



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnus, vel
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam
insignium memoriam in menses diesque ...**

Nádasi, János

Antverpiae, 1665

Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Pars Secvnda.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9625

A N N V S
DIERVM MEMORABILIVM
SOCIETATIS IESV.
PARS SECVNDA.



A. N. V. S.

DICTIONARIUM MEMORABILIVM

SOCIETATIS IESV.

PARS SECUNDA.

1. Iulij
Lustrat
obit 1.
lij 196
Soc. 41

Gratio.

Hispan
obit Hi
li 1. Iulij
1605 20
eo. Soc.



3

ANNVS

DIERVM MEMORABILIVM

SOCIETATIS IESV.

MENSIS IVLIVS.

PRIMO DIE.

P. IACOBVS
ALVARVS.



Lypponenſes diſer-
ſertè affirmant, hunc
virum perfectis virtu-
tibus calo fuiſſe ma-
turum: famam eſſe,
ipſum non ſemel di-
uinâ planè virtute ægrotis penè de-
ploratis ex inſperato ſalutem attuliſ-
ſe, quos inter fuit adoleſcens è prima
nobilitate, cui Iacobus manum impo-
ſuerat, S. Ioannis Euangelio recitato:
quo etiam remedio conualuit alter,
cui ex carbunculo fauces intumue-
rant, medicis nil contra morbum ni-
ti potentibus aut ſcientibus, remit-
tente mox tumore ad crucem à Iaco-
bo parti affectæ impreſſam:

P. IOANNES
HIERONYMVS.

Tolerantiâ, & Eccleſiaſtæ mune-
re præſtans inter primos Hispa-

niz, eoq̃ue celebratiſſimus habeba-
tur, poſt iuuentutem laudatè, inno-
centerq̃ue ſine vlla grauiore noxâ exa-
ctam. Granatenſe Collegium regebat, Caſtilæ.
cùm à procaciſſima fæmina obſcœni
flagitij eſt accuſatus. Hiſpali Prouin-
cialis eam rem Patrum cuidam viro
prudenti, ac non incurioſo veſperi in
cubiculo ad candelæ lumen clam ex-
poſuit, vehementi dolore plenus. Is
verò qui hæc audiebat, poſteaquàm
nihil veri mendacio illi tam enormi
ſubefſe conſtanter dixiſſet, adiecit:
Ego, ô Pater, pietatem, caſtitem-
q̃ue P. Ioannis ita perſpectam habeo,
adeoq̃ue eum ab hoc flagitio immu-
nem ſcio, vt ad innocentiam viri te-
ſtificandam, atque ab omni ſuſpicio-
ne vindicandam auſim nudam ma-
num ardenti foco inferere: interq̃ue
verba manum protinùs extendit, &
in mediam lychni ardentis flammam
ingeſſit, ac tam diu immotam ſine vl-
lo doloris ſenſu eam Scauola hic Chri-
ſtianus iſtic tenuit, donec omnia quæ
dicenda fuere narraſſet, ac Prouincia-
lis rei nouitate attonitus, non ſine ad-
miratione tam præclari experimenti

AA 2

ab

1. Iulij
Luſitanus,
obiit 1. Iu-
lij 1596.
ſoc. 41.

Gratiæ.

Hiſpanus.
obiit Hiſpa-
li 1. Iulij
1605 ætat.
60. ſoc. 43.

Patientia.

ab omni disquisitione tunc facienda cessavit: & innocentia euocati eò P. Ioannis paruit, Ioanne Baptista coadiutore Granatæ pro Rectore suo cum oraret diuinitus id, vt aiunt, resciscen-
te, fore vt Rector cum innocentia gloria Hispali Granatam reuerteret. Doloribus correpta proterua accusatrix, se ipsam percutiebat, cruciatus illos turpis mendacij supplicium esse falsa, & coram Prouinciali, testibus, ac Notario veniam petens calumniæ sceleratæ Romæ quoque apud Gregorium XIII. innoxius est compertus ab omni suspitione hæresis, quam ei nescio quis imposuerat. De omnibus his innocens eius patientia triumphauit.

P. PAVLVS
ÆMILIANVS.

Italus Limæ
1. Iulij 1659.
ætat. 66.

STUDIO animarum, Indicarum linguarum peritiâ, sed potissimum

II. DIE IVLII.

P. PAVLVS
BVZELINVS, ET SOCII DVO.

1. Iulij.
Belga ad
Neoportū.
anno 1600.
ætat. 37.
Soc. 15.

IN castris Regis præclare laborauit pro salute animarum. Captus à victoribus Barais est, cum Catholicos milites saucios confitentes audiret, ac omni ope iuaret. Præerat sociis Petrus: & de se, ac suis clarè testabatur, se non Archiducis, sed Dei stipendiis militare, nec sequi castra vt militem, sed ad animas militum procurandas. At hæc ipsa exacerbauere iras victoris hæretici: quare semel iterumque sclopi glande traiectus occubuit. Et post illum

longa patientiæ arte fuit spectabilis: quippe qui per ipsos 20. annos omni oculorum luce orbat, tranquillâ voluntatis cum diuino nutu consensione, se in Deo amando, & in perforandis rosariis ad pauperum vsum texendorum granis occupabat, honoris Deiparæ prouehendi etiam tunc pro viribus studiosus. Ter tantum in hebdomada comedebat: & neque tunc plus capiebat quàm quanto cibo alij vesci solent quotidie. Horridâ è ferio catenâ frequenter accinctus, flagris ad eò in clementer se accipiebat, vt audientibus horrorem incuteret. Nullum admittebat cubiculi administrum: sexto ante mortem die disertè ac ex vero prædixit, quo die esset e vira migraturus.

Carm.

B V.

Mortif.
leum.

Mort.

P. Laurentius Euerardi, ac
P. Otho Campensis.

Vterque magno animarum luerificandarum studio nobilis, multis ab hæresi reuocatis ad fidem, agonem suum vnâ cum Petro fortunatè compleuit.

P. BERNARDINVS
REALINVS.

ANTE initam Societatem, tum adhuc adolescens, piè secesserat vt coronam Beatissimæ Virginis, è Parthenij Rosarij globulis attentius recitaret; cum Beatissimam Dei Matrem, vnâ

Belgæ ibid.
ætat. 33.Soc. 17. alij
ter æt. 43.
Soc. 16.Italus obiit
Euplis.1. Iulij 1616.
ætat. 86.Soc. 13.
B V.Vocat.
Rosarij.

Castit.

Oratio.

Negotia.

Castit.
Iaculoni.

Vespri.

B V.

Lectus.

Litania.

Oratio.

P. IOANNES

RIVVLINVS.

IN hoc bono sene illud præter alia
potissimum commemorabile est,
quod impensius mentem in eam indu-
striam intenderit, ut suauissimum Dei-
paræ amorem latè (in iuuentute ma-
ximè) propagaret, idque libellis dono
datis, quò ad plures, & facilius, ac
vnà in illis, velut in vehiculo, amor,
& honor Deiparæ Virginis, perueni-
ret. Eapropter *fasciculum laudum Bea-
te Virginis*, teneris erga Deiparam pie-
tatis officiis cumulatè instructum li-
bellum, luci dedit, & large distribuit.
Inde illi hoc Deiparæ die obita felix
mors: & illa Dei matris erga eum a-
moris significatio, quæ creditur eius
aspectu fuisse recreatus.

P. IOANNES

GONDINVS.

PRæclaris animarum expeditioni-
bus editis inclutus, non sine emo-
lumento magno Auditoris ab eius ore
obscura quæque dilucidè explicante
pendentis, nec vnquam fessi. Magna
egit contra impuditiæ ingenium in
spectaculis, vestibus, colloquiis mul-
tifariam gliscens, ac noxium. Putant il-
lum ætate suâ inter omnes fuisse præ-
cipuum in zelo animarum: nec potuisse
se parem esse laboribus nisi sustenta-
retur diuinitus. Quotidiana illi, & ca-
stigata confessio. Ne quid ipse obsta-
culi poneret fructui animarum. Quo-
tidie se disciplinâ, quotidie seroso ci-
cilio castigabat. Alter illi lectulus,
imago Crucifixi tota cubiguli supellex
erat. Addebat dicenti auctoritatem
vita sic acta, & cælestis ille lucis ra-
dius, qui de Ioannis ad concionem di-
centis

A.A. 3

centis

Vngarus
Tyndarus.
2. Iulij. 1. 28.
B.P.

Mort.

Hispanus
Toleti 1. Iulij.
Fij 1629.
ætat. 60.
Soc 41.
Castitatis

Zelus.

Laborans.

Confes. quæ-
tid.

Mortific.

Concio.

vnà cum diuino paruulo intra mater-
nas vlnas videre sibi v sus, ab eadem,
ut se in Societatem Iesu daret, impen-
sius est inuitatus. In Societate rosa-
rium item recitanti adfuisse fertur ea-
dem Dei Mater, quæ omnia impura-
rum imaginum turbamenta è mente
illius absterfit in omnem vitam. Coar-
guit illum Christus acriter aliquando,
quod obedienter quidem, sed aded
præproperè fuerit negotij quiddam
aggressus, ut opem diuinam implora-
re in mentem illi, præ properatione
non venerit. Tum ipse vtebatur, tum
alios immundis cogitationibus vexa-
tos, felici omnium qui consilio paru-
re successu, docebat, ut cum aliis, tum
cubitum concessuri, pectus cruce sig-
narent, ac dicerent: *Per sanctam virgi-
nitatem tuam, & per immaculatam con-
ceptionem tuam, purissima virgo, emun-
da cor meum, & carum meum in nomi-
ne Patris, & Filij, & Spiritus sancti. A-
men.* Anno 1598. Beatissima Virgo illi
iterum conspecta dicitur *Iesum* paru-
lum in lectulum porrexisse, ac aded
tenerè cum illo egisse, ut in lachrymas
gaudij solueretur. Tum quoque illam
aliquando vidisse fertur, cum eoram
eius imagine litanias vnà cum aliis è
Collegio sociis recitaret; sæpè aliàs et-
iam, & propè semper cum de illa co-
gitaret, illam intuitus. Cuidam toto
corpore perillustri scintillas iacere, a-
liis (idque sæpè) vultu toto collu-
cere inter orandum conspectum aiunt
luculenti testes. Maximilianus Dux
Bauariæ ab illo per literas petit ut sibi
filium à Deo impetraret. Respondit;
habiturum, id quod factum longè post
mortem P. Realini. Reliqua seruo in
eius vitam.

Vocatio.
Resarium.

Castitas.

Oratio.

Negotia.

Castitas.
Iaculatio.

Vesperti.

B.P.

Lectus.

Litania.

Oratio.

centis ore profectus resplendere non
semel conspectus fertur.

P. MATTHIAS

KLINKA.

Moranus
Cremisij
2. Iulij 1633.
ætat 65.
Soc. 42.

Concionet.

Seu Adolescentum conuictus, seu Collegia sociorum gubernaret, masculâ virtute id præstitit, animo mensuram pusilli corporis supergresso. Valebat suavi de diuinis rebus familiariter colloquendi dote vnde non pauci eo adnitente ad varia religiosorum instituta transcripti sunt. Ad concionem per annos plusquam 30. diebus Dominicis, ac festis dixit fructu in mores publicos redundante, & apparatu semper nouo, cum conscriptas anno vno conciones aliis donaret, ipse verò quorânnis alias conderet, studiosè strenuus, & præclaro naturæ genio ad omnē obedientiæ nutum, ad plures occupationes pluribus occupandis pares futuras, vt idoneus ita promptus. Labaci Author fuit, effecitque vt tenuioris fortunæ nobilium filiis honoratè alendis domus excitaretur. Quodam

loco nocte in sextamdecimam Augusti eunte, Anima illi quædam è Purgatorio adesse visa est, sacrum petens. Eo tempore calidus quidam halitus illum à somno experge fecit: & mirantem atque quis esset quærentem vox nota Amici è prima nobilitate viri (cui ipse à confessionibus erat) perculit, quâ ille dicebat, se de vita migrasse, ac diuinum ab eo sacrificium postulare. Heri sanus, & Sacramentis in B.V. Assumptæ festo expiatus, adeoque ceu sodalis indulgentiis potitus, quomodo in purgatorio attineretur interrogauit P. Matthias: & ille, expiarum heri & sanum se cubitum concessisse, at inopinâ morte migrasse affirmans, Purgatorii causam sui eam esse dixit, quod heri à prandio, præter sitim, modicum vini vitrum amici inuitatu bibisset: id se nunc luere. Quare sacrificio se pro illo, quam primum id per sacras Missæ leges liceret, litaturum promisit Matthias, & addidit: si non redeat, signum fore, illum subsidio amplius non egere. Præstitit quod promiserat Matthias, & anima illa non rediit.

Purgatoriū
16. Aug.

Medicini.

Temperantia.

Hispania
Occania
3. Iulij

Oratio.

Vesper.
Obedient

Humil

Hope.

III. DIE IULII.

P. PAVLVS

MANTVANVS.

3. Iulij
Italus
Panormit.
1575.

Humilitas.

Charis.

Hunc S. P. Ignatius in coadiutorum temporalium numerum receperat; sed quia humilitate profundâ, patientiâ, zelo, & magnis habilitatibus ad maiora idoneum vidit; voluit, vt sacris ordinibus initiaretur. Incitatus illi erat animus ad ardua toleranda. Vnde pro redimendo Patre quopiâ tunc fortè à Mauris intercepto vltro ipse obtulit vt seruituti Mau-

rorum addiceretur: id quod & charitatis impulsu fecit, vt illum in libertatem assereret; & humilitatis, quâ illum præ se Societati vtiliorem fore censebat, liberaretur; & fortis Animi, quo tolerare dura omnia expetebat. Id quia impetrare non potuit; oblatam aliam arduam virtutis Provinciam obtinuit, vt peste læguis quam posset strenuè seruiret: id quod præstitit vsque ad mortem hodie appetitam.

P. HER-

P. HERNANDVS

SEV FERNANDVS MARQUEZ.

Hispanus
Occaniæ.
3. Iulij 1584.

Oratio.

Vesper.
Obedientia.

Humil itat

Mort.

Cum Oceaniæ se sanctimoniam nomine suspici videret, ad id ægre tulit ut aliud migrare petiuerit: vir aliis admirabili erga omnes mansuetudine tranquillus, atque supra modum amabilis. Fama erat, illum inter orandum colloqui eum Angelis; idque de ipso testatus est eius Rector ea de re interrogatus. Certe vitabat publicas urbis plateas cum foras prodiret, ut honores populi que affluentis eumque suspicientis frequentiam vitaret. Cum sæpe à dæmone ac variè affligeretur, & ne noctu quidem per eum illi quiescere liceret, ne tum quidem mansuetudinis suæ oblitus, quiescere dicebat dæmoni: Abi hinc, sine me dormire: ita enim iubet me facere obedientia; nec nunc tempus est ut mihi sis molestus. Illustri famina illum pro confessorio desideranti, mirari se dixit cur ipsa id veller: in se enim nec nobilitatem, nec scientiam, nec virtutem reuerere, eò quod esset filius hominis manu & sudore suo victum querentis: ad hæc se nec doctum esse, nec se virtutis quicquam in seipso, sed noxas plurimas reperire. Inde sapienti illi famina maior erga virum tam humilem æstimatio, amor, desideriumque increvit. Mortis suæ conscium fuisse inde compertum est, quod Patri, quocum loquebatur ecquis prior è vita discederet, luculenter dixerit: R. Vestra brevi mihi Sacramenta morientium ministrabit. Id quod ita evenit. Supra conclaue morientis clarum quoddam lumen splendere est visum. Omnes Parochi ære campano eius mortem celebrare. Ad cadaver magna fuit vis populi rosaria ei admodum, & è veste quod poterat rapien-

tis. Lene illi per omnem vitam, ac perpetuam quadam, nec ullo turbamento percilli se passam mansuetissimæ suavitatis laude mite fuit ingenium. Vnde amabilis reliquarum virtutum chorus illo velut è sipario emicabat, eumque oculis omnium venerandum faciebat, citra ullam seuerioris virtutis notam. Ex illius tumultu post annos aliquot patefacto, magnam cum omnium admiratione suauissimum odorem afflatum celebris fama percipiebat.

Mansuet.

Mort.
Odore.P. IOANNES
CORNELIVS.Hibernus
Dorcestr. 2.
3. Iulij 1594.

Purgator.

Sacrifici.

Matrem viduam in Anglia ad fidem orthodoxam, & intra triennium facile 30. familias, conuertit. Dicendi dote tam erat amabilis & robustus, ut vel semel auditus, eos à quibus audiebatur redderet sibi obnoxios. Animas purgatorij iuuabat, pronunciato, quoties manus lauabat, psalmo, *De profundis*, &c. item pecuniam quam in missionibus nancisci poterat erogata; sacrificiis, ciliciis, flagris, ieiuniis. Magistrum suum mortuum vidit sacrificia postulantem. Inter sacrificandum pro Barone quodam, illius animam conspexit in silva inflammata, *Miseremini mei*, &c. clamantem; & se accusantem, quod fidem orthodoxam ob humanos respectus non satis fortiter fuisset palam professus; quod in aula tempus vanè triuisset; quod innocentis Reginae Scotiae capitis damnata ipse quoque cum aliis aliqua pars fuisset. Hæc omnia se quidem confessione in vita expiasset; at pœnas commeritas adhuc luere. Nec nisi capite videbatur è vasto illo incendio eminere. Vidit hæc eadem is etiam qui sacrificanti Ioanni aderat sacri minister: & Ioannes ista narrans, octoginta illos qui sacro illi aderant, atque

Charitas.

Sacrum.
Euch.

Mortis.

Mors.

Mors
illuſtr.

atque obscuram quandam flammam
istic aduerterant, flentes flens & ipse,
dimisit. Dæmones facti sunt; pelli se è
corporibus incensâ P. Ioânis charita-
te quâ ipse flagrabat. Adegit dæmonē,
vt cum diuinam hostiam post sacrum
ipse Pater in pyxide, seu custodia, de-
poneret, diserte dixerit: Agnosco in
hoc Sacramento potentiam tuam, ô
Deus! Aliàs vidit dæmonem in linea
fœminæ fasciâ, velut auiculam; aliàs
autem, vt cartum. Plura flagra lace-
rabat crebro vsu quotannis, & sæpè &
dire se cædens: cilicino adhæc sago
nodis aspero vestitus vsque ad genua.
Captus, & in odium fidei cædendus,
morti nobili se parabat per cilicia, fla-
gra, ieiunia. Vota Societatis in carce-
re nuncupauit coram aliis, plenus la-
chrymarum, & voluptatis. Mors il-
lius fuit plenissima tenerrimæ piete-
tis: quam subiit suspendio, & consu-
etâ carnificatione. Caput eius patibulo
affixum fulgere radiis est conspectum.

P. ALPHONSVS MIRANDA.

Hispanus
Guamang
1. Iulij, aliis
3 Iulij 1609
ætat. 60.
Soc. 40.Mortific.
Modestia.Noctu pre-
cet.

Bp.

Singulari Deiparæ fauore Societa-
tem ingressus. In Europa, & in Per-
uana miris modis quidam per illum
conuersi. Castitas illius à calumni-
toribus accusata nihil habere maculæ
deprehenſa est, idque cum laude. Hæc
ille seuerâ in corpus asperitate custo-
diebat. per ipsos 40. annos lecto non
vsus continuis ieiuniis, ciliciis, flagel-
lis in se ipsum sæuiens, & oculos mo-
destiâ mirâ coercens. Vnde Indam
quandam, quæ in templo nostro sæpè
illi loquebatur, nunquam in facie vi-
dit. Sub noctis mediæ tempus, maru-
tinum è diuino officio persoluebat,
adiecto B.V. officio, & 7. psalmis pœ-
nitentialibus; reliquum omne spatium
diuinæ contemplationi dabat. Dæ-

mon illum horrido aspectu sæpè ter-
rere conatus, nil effecit. Aliqui, & per-
cussus ab eo affirmant, vt capitalem
inferni hostem. Duobus ad frugem
redire nolentibus pœnam mox ad fu-
turam prædixit; quam illis breui tau-
rus intulit cornibus illos pœgens, & al-
terum è vita exturbauit, alterum è
mente; eapropter exauthoratum po-
stea, quia muneri suo iam imparem.
Suam, & aliorum quorumdâ de socie-
tate mortē ex vero prædixit. Cuidam
visus est 20. horis culpas in Purgato-
rio expiassè, ac tum ad superos euolasse
cum tumulo conderetur quo tem-
pore eidem eius facies repente læto
quodam sed modesto risu hilarata est
visa. Aiunt etiam eius corpus per 4. Mors.
menses, & dies quinque repertum in-
corruptum, vestibus, ac loculo putre-
factis.

P. STEPHANVS ARATOR SIVE SZANTO.

Hunc de integra hæreticorum syn-
Hodo, seu de trecentis, doctè
triumphasse disputando, affirmat no-
stra Bibliotheca scriptorum. Sed lu-
bet ad verbum ea hic dare, quæ de illo
Austriæ annales typis dedere. Tribus,
inquiunt, in corpus nostrum allectis
non potuit Olomucienſe collegium
sarcire iacturam P. Stephani Aratoris
septuagenarij inter mortales, in socie-
tate quinquagenarij, vigesimo ab hinc
anno professi. Omnibus disciplinis
apprimè instructus fuerat, & virtu-
tum multarum vsu insignis, quibus
vtrisque præditiis & Societatis decus,
& fidem Catholicam vbicumque ver-
satus est magnopere dicendo scriben-
doque promouit. Catechismum in-
star Romani multis controuersiarū fi-
dei capitibus locupletatum Hūgarico
sermone concinnauit; ac deinde Te-
stamentum

Hungarus
Olomucij
3. Iulij 1611
ætat. 70.
Soc. 50.

Zelus.

Fides.

stamentum vetus ex collatione Hebraici Græci, Latiniq̃ue Contextus vernaculè interpretatus est cum facultate superiorum maiorum, ad Hæreticorum reuincendas fraudes, singulari Catholicorum commodo: quibus nouum Testamentum adornabat eodem genere interpretationis, cum eum strenuè laborantē mors occupauit. Congressus frequentissimè cum hæreticorum Principibus, ac maximè cum quadraginta, eoq̃ue amplius adulterati verbi præconibus, vi disputationis omnes fregit, ac falsitatis coarguit. Longum sit inire numerum eorum quos vel concionum, vel priuati sermonis, vel scriptionum suarum validissimis momentis adductos in Catholicorum cœtum ab inueterata hæresi pertraxit. Libertate dicendi aduersum hæreticos publica q̃ue vitia tamen plurimorum odia in se concitauit, hominis tamen innocentia & eruditio (quam ipsi etiam hostes suspicerent, ac venerarent) eum facillè tuebatur. Omnium ordinum proceribus Vngaris carus fuit in primis; quorum tamen gratiæ si quid publicè peccarent non ita condonauit, vt non vel coram, vel per litteras pro noxæ ratione castigaret. Stephano Battorio Polonorum Rege, vsus semper est beneuolentissimo; cuius famam aduersus æmulos, & maledicos apud summum Pontificem, & Cardinales egregiâ oratione defenderat, euiceratq̃ue Catholicum semper vixisse, quod obtrectatores pernegabant. Is igitur ad Polonicum sceptrum prouectus confestim Patrem sui studiosum ad se euocauit in Transyluaniam, eumque in Varadinensis Collegij possessionem autoritate suâ misit. Sanguinis pro Religione Catholica profundendi cupidissimus cum semper fuisset, nec tamē ex voto res cederet hac se cogitatione solabatur cum efflaturus esset

Animam, quod moreretur pro eadem fide exul.

P. PETRVS DE
ESPINOSA.

Hic tum adhuc puer in Hispania voto se obligarat defendendæ Immaculatæ Conceptioni Matris Dei. Educatus est persanctè; quippe qui iucundè narrârit aliquando Matrem suam cum lachrymis ante suum lectulum in genua prouolutam dixisse magno verborum pondere, vt mortem potius quàm vllum lethale peccatum admitteret; atque vt vel vmbra obscœni alicuius dehonestamenti maximè caueret: seque id obsecranti piæ Matri spopondisse, ac perdiligenter seruasse. Virginitatem suam custodiuit modestiâ, humilitate, ieiuniis, ciliciis, duro humi lectulo, flagellis armatam; quin etiam ab aliis aliquando petiit flagellari. In Paraquaria cum Paulipolitanorum sæuitiam fugerent Christiani, stupenda tulit, factus bubulcus, lanio, didascalus, omnibus omnia ad animorum corporumque obsequia. Noctu cum in eum irruerent barbari, & ille Deū, Iesum, Mariam inuocaret impensius, execrati ea nomina barbari respondere; vana esse illa nomina, nec adesse illos quos vocaret. Ita illum contra blasphemias voces piè porro loquentem, varièq̃ue vexatum, fisco capite obtruncauere. Cadauer à tygridibus propè deuoratum; manus tamen reperta integra, digitis in Crucem commissis. Eodem tempore Iuliano cuidam de Societate, ducentarum leucarum interiectu distito, gloriosus apparuit, ac dixit: Benè tibi sit, Frater mi Iuliane: ego lætus ad Superos abeo, Iulianus postridie narrauit ea quæ viderat, & audierat per quietem: & po-

Hispanas.
in Para-
quaria. 3.
Iulij 1637.
Soc. 24.

Educatio
bona.

Castitas.
Mortific.

Fides.

Mors.

BB

Ita

Mori
præmissa.

stea cum cædis nuncio collata tempo-
ra ostendere tunc id factum cum Pe-
trus cæderetur. Quartus ipse fuit Pe-
trus, post tres quos in Societate habuit
fratres, omnes viros Apostolicos; quo-
rum vnus prædixit, fore vt ipse in fi-
dei Christianæ odium cæderetur, ipse
quoque Petrus ante quàm initiare-
tur, aliquando in templo Deum pre-
catus, visus sibi est à barbaris trahi,
vexari, occidi.

P. DANIEL
STIGELIUS.

Getmanus
Glacii.
3. Iulij 1649.

S Acram Virginem, cui scelestus qui-
dam ab ea semper repulsus dæmo-

nē Asmodeum, Ioach dictum, immi-
serat, ab infelici illâ Dæmonis impor-
tunitate liberauit: vnde dicebat mo-
niali Dæmon; se quadratum illum *Cassius.*
nebulonem aquis mersurum. Alium
Rabion dictum, anno 1630. Nouædo-
mi abegit. Ieiunia Mariana, & cilicia *B V.*
tam constanter seruabat, vt ne in ex-
trema quidem ætate, ac nec in poda-
gra, cilicium, & reliqua omiserit; ac
etiam supremo vitæ suæ sabbato ieu-
nârit. *Morise.* Sed & sabbato migravit è vita.

IV. DIE IULII.

P. ISIDORVS
BELLINVS.

4. Iulij
Italus in
mari 1551.

Memorabilis fuit P. Isidori & in
vocatione constantia, & in
moriendo fortitudo. Vtraque
sic exequitur orlandinus: Isidorus,
qui idem Sbrandus appellabatur è
primis fuit, qui Societati se Romæ ad-
iunxere. Post operam per benè posi-
tam in humanis diuinisque literis, &
Conimbricæ; Philosophiam Messanæ
docebat: miroque Dei beneficio, dum
solicitatus sepè, ac grauiter à monacho
suo fratre, vt eius in ordinem transiret,
eum demum sequeretur, apertis in
itinere mentis oculis diabolum esse
exclamans, qui ab vocatioe se prima
sua deduceret, ad socios (qui interim
pro eo preces ad Deum nunquam in-
termiserant) reuertit. Et quia emanâ-
rat inter discipulos fuga; congregatis
omnibus non dubitauit egregiâ cum

Vocatio.

Vocatio.

Societatis prædicatione suæ veniam *Humilitas.*
inconstantia deprecari, & palàm reli-
giosa vota in eorum instaurare con-
spectu. Inde nouo impetu perfectæ
cursu sapientiæ repetito, ipsâ in vrbe
Messana dum classis adornatur, pri-
uatis congressibus, publica quæ verbi
diuini prædicatione vtilitatis Melitæ
singulares attulerat. Post generali
confessione Iobeleoque cum domesti-
cis aliis expiatus, multa præclara mo-
liens à Natali comes abducitur. Ecce
autem quarto nonas Iulias, cum ad
Lopadusam insulam venisset classis (ea
inter Melitano & Aphrodisium iacet)
sæda adedò tempestas duas antè lu-
cem horas terribilissimâ cum caligine ex-
titit, vt è quindecim triremibus octo
demergerentur, in hisque Prætoria.
Quibus robur, ars, animus suppete-
bat, in saxum ad quod fluctibus trire-
mes allidebantur, euadebant: quo, &
Natalis quamuis natandi imperitus,
& vsque ad vltimum in media morte
pro

Anglus
Præ
Iulij 15

Claritas

2. V.

Fiducia
ga Christ

pro animarum charitate moratus, non sine peculiari Dei tutela, nescio quo arrepto fune saluus euasit. At Isidoro idem tentanti brachium allisa ad saxum triremis interceptum absceidit, sic ut modicâ è cute penderet: qui diu inter fluctus luctatus in triridem tandem rursus receptus nihil prætermisit, quod non solum optimum religiosum, sed fortissimum etiam virum deceret: non modò vincens dolorem sed & constantissimè, quæ eo articulo opus erant periclitantibus inclamans, quo ad ipsâ solutâ triridem, & haustâ fluctibus ipse cum quàm plurimis periiit.

P. ÆGIDIUS
ANGLVS.

HVius Patris vitæ index est insignis mors quam Pragæ obiit posteaquam illam præsentione quadam prædixisset. Preparabatur vè præcesset Magister Tyronibus; interea socij munere insigni virtutum documentoungebatur. Eminebat in illo acrior quædam in pluribus vnâ muniis nauiter obeundis excellentis animi contentio, studiumque omnes, ac semper expedito proruptæ charitatis amplexu, solatio, ac omni ope adiuuandi, seu animi ægritudine seu corporis ægritudinâ teneretur.

Biduo ferè à morte aberat Ægidius cum inter rei domesticæ curatores, is qui culinam curabat vir egregiæ virtutis, ipso Visitationis Mariæ die, positis humigenibus eius diei gloriâ attentâ mente versabat: & apertis oculis vidit locum in quo erat lucerrissimo sole perfusum. Atque in hisce splendoribus visus illi Christus dextrâ Ægidium sustinens. Hæc ille Ioanni Paulo Campanæ Rectori retulit. At Ægidius munitus cælestibus Sacra-

mentis mortem opperiebatur lætus. Venite, aiebat, exultemus Domino. Exultate iusti in Domino! Exultabunt Sancti in gloria. Et plura sic in Domino exultantem interpellare visus dæmon, breui euauit, cum nihil in illo cruenta bestia reperisset. Tertiâ ante mortem horâ à Campano numquid dicendum haberet rogatus; equidem se habere quiddam respondit: verum excludi se temporis, quod breue admodum superesset, angustius; atque illam vitæ particulam curis aliis transcribendam. Ita pestifera febris hominem pretiosum acerbâ morte prostrauit, seu potius Christo in amplexus asseruit.

P. LVDOVICVS
RVIZ. COAD.

HVnc inter suos Heroës, & victimas censuit charitas peste contractis gloriosè immortuum. Nunc lauta, nunc tenuis, iterum opulentior illi domi res fuit; & lene lepidumque ingenium. Inter alia impudicæ cuiusdam lectum igne arte immisso ita inuoluit, ut pudore perculsa impudens illa fœmina compluto profugerit, vir verò se in S. Francisci disciplinam dederit. Post alias ex aliis vicissitudines (quas exequitur in Heroibus Alegambe) in societatem ægrè tandem receptus, mendicato pedes Murciam ire iussus est, ita ut erat cultu eleganti & splendido: ibi 44. diebus in obscuro arctoquæ conclauis exercitiis S. P. Ignatij excultus est. Ad acrimoniam ingenij coërcendam domi, forisquæ variè tentatus, perstitit indolè generosâ. Rem domesticam scitè procurauit idoneo pro Tribunalibus ingenio, ac lingua promptus. Variis obedientiæ documentis postea quoque probatus, fœminæ, quæ Patrem illius venenò

BB 2

inter

M. vi.

Hispanus
Compluti
4. Iulij
1599.

Castell.

Vocatio.

Patientia.

Anglus
Pragæ 4.
Iulij 1591.

Charitas.

B. P.

Fiducia ex
Christum.

inter emerat magnâ facilitate ignovit. Valuit præclarâ industriâ, ingenio, pietate, ac ex his autoritate. Unde à flagitiis eluit plures SS. Eucharistiæ Sacramento, ac templis iuri nitorem reuerentiamque restituit. Male de pudicitia non semel accusatus, ac disquisitione facta innocens deprehensus, laudibus celebratus est: is vero qui eam accusarat Coadjutor, tristis, ac fœdâ morte extra Societatem periit; ut ei prædixerat Ludouicus. Plura de illo Alegambe.

Accusator.

P. THEODORVS

RISWIG.

Belga Neo-
magi. 4.
Iulij 1624.
Ætat. 60.
Soc. 44.

Charitas.

Prædictio.

Iudicium
Dei

AB hæreticis hoc ipsum ad id sufficere quod Iesuita esset dicentibus, in carcerem catenamque compactus, ibi sexto ferè mense felicium ærumnarum decessit. Moriturus, num alieno esset animo ab eo quem suæ captiuitatis, adeoque mortis acceleratæ, authorem esse nosset, rogatus; respondit: se alienum ab illo animum minimè habere. Prædixit tamen Dei tribunali sistendum breui & illum & se; atque ibi causam vtriusque discutiendam. Vates fuit, etenim ille de quo loquebatur, & quem priore ante se loco expresserat cum de morte loqueretur, aliquot horis ante P. Theodori mortem à vita ereptus est. Alius item eius mortis reus, linguâ tetrum in modum intumescens ac exerta miser interijt.

P. ANTONIVS

DANIEL.

E primis hic vnus fuit qui ad arduas illas Huronum Neo-Indias profectus sunt: ibique per ipsos annos 15. strenuè sudauit. Illius, ac sociorum operæ pretium sunt illi mille septingenti, qui intra paucos annos Christo istic adiuncti sunt. Antonius hoc die manè diuino sacrificio operatus, cum Hi-roquæos ad cædem aduentantes audiret, quosdam antea iam dispositos quos potuit illic baptizauit; ut æternæ illorum vitæ in periculo illo prospiceret. In templo vnâ omnes Christiani in preces effusi, ab illo certatim pœnitentiâ expiati, & persanctè incitati ad mortem pie oppetendam, cum diceret: Hodie erimus in Paradiso, fratres! Hi-roquæis ethnicis barbaris in templum se infundentibus prodiit obuius; & sagittis confossus est, Iesum clamans. Singuli barbari vulnus aliquod, etiam mortuo, infixere; ac templum, igne iniecto, vnâ cum caduere combussere. A morte cuidam de Societate, viro excelsâ demissione, ac sanctimoniam famâ memorabili semel iterumque conspectus, impensè suavit ut infidelium animæ omni omnino adhibitâ operâ & diligentia iuuarentur: sibi autem datas à Deo plures animas, vnâ secum æternis gaudiis potituras.

Gallus in
noua Fran-
cia 4. Iulij
1649. ætat.
49. Soc. 18.

Fides.

Fides.

Mors.
Disce à
mortuis

Animorum
Zelus.
Calum.

Belga 5. Iulij
3. nonas
Iulij mon-
ribus 1601.
Soc. 5.

Regula.

Hispanus
Oropesæ.
5. Iulij 1611.
Ætat. 70.
Soc. 37.

6. Iulij
Italus Ro-
mæ 1581.

V. DIE

V. DIE IVLII.

P. P E T R V S
CARLERIVS.Belga 5. Iulij
nonas
Iulij mon-
ribus 1606.
Soc. 35.

ACer in laboribus vir, & gratus omnibus natiua suauitate, ac humilitate, etiam cum per plures annos praesset. Nouitio Coadiutori æger ad vnguem dicto audiens fuit. Legumstrarum obseruantia in illo tenera & attenta, vt nequid macula in vllam admitteret. Vnde in ægritudine postrema petiit, impetrauitque legumstrarum breuiarium seu Epiromen sibi dari; vt ad illud speculum suos mores componeret, seque illo oblectaret, labeculas, si quæ adhæssissent abstergeret, atque acriorem obseruantiam erga illas, & reuerentiam animo destinaret.

P E T R V S
CARILLVS COAD.Hispanus
Oropelæ.
5. Iulij 1615.
ætat. 70.
Soc. 37.

DE hoc ita scripsi in pretiosis occupationibus morientium in So-

cietate. E magistro & Philosopho coadiutor vt fieret, impetrauit. De Christi doloribus, & de diuina eius Matre loquentes, libentissimè (nec ferè vnquam sine lachrymis) audiebat. Pro præparatione ad mortem cingebat se serreo cilicio; quotidianâ, eâque geminâ, verberatione; vnâ, eâque præparcâ potius quàm frugali, comestione contentus. Oratione præmissâ dicitur futura prædixisse, secuto euentu. Moriturus, vltimis conuictus viribus è lecto se collegit humi in genua: erexit brachia orantis gestu, ac instar S. Pauli primi Eremitæ morientis expandit; orauit; & felix anima mentem in Deum eleuatam etiam ipsa felici migratione secuta, cadauer in illo situ flectentis, & elatis apertisque (quasi ad æternitatis amplexum) brachiis orantis reliquit.

Humil.
Mors.

Mortif.

Oratio.

Mors.

Orans.
Moritur.

VI. DIE IVLII.

A N T O N I V S
ZANNETTI COAD.6. Iulij
Italus Ro-
mæ 1581.

HVmili loco natus. cum improbos æqualium mores domi ferre non posset, aiebat se locum quæsiturum in quo nullæ in Deum

blasphemix iactarentur: quod nobilis quidam vir ex illo cum audisset, illum direxit ad collegium Florentinum; vbi Rectori narrauit id quod erat, & receptus est. Vixit in Societate innocentia suâ, & laboribus omnibus charus; ac lentâ febris contabuit.

Vocatio.

Zelus.

BB 3

P. ACHIL-

P. ACHILLES

CAGLIARDI.

Italus Mu-
ting 6. Iulij
1607. ætat.
70. Soc. 48.

Pia collo-
quia.

Morbus.

Patientia.

PER ipsos 18. menses morbo confi-
ctus est magno virtutum exem-
plo, eius vocatio iucunda, & diuinæ
prouidentia plena ab Orlandino de-
scribitur. Brixia per 6. annos, quibus
collegio præerat cum scholasticis no-
stris in conclaue accitis de spiritu, &
rebus ad profectum spectantibus con-
ferebat diebus festis; testatis illis, non
minorem se inde fructum ac è Ty-
rociniis biennio retulisse. Sæpè ipse
fuit officiorum nobile supplementum
cum præfesset. Vnde fiebat, vt eodem
die manè concionem, postmeridiana
horâ priore lectionem in templo, po-
stea allocutionem ad nobiles in ora-
torio sodales haberet, exquisito spiri-
tu, atque ingenio; quod vtrumque in
eius commentationibus elucet. Me-
moriam, oculorum ac omni se mouen-
di facultate postea destitutus, gratia-
rum Deo assidue agendarum oblitus
non est; diuinæ voluntati offerens o-
bliuionem, cæcitatem ac omnem il-
lam ægritudinem suam magno ver-
borum pondere sensuumque. Extre-
mo quadrimestri apoplectiuus, totâ
dextrâ parte ita erat emortuus, vt iam
putresceret. A mente quoque alienus,

nil nisi de Deo deque sanctorum Pa-
trum sententiis loquebatur, ad hoc
tantum illi sufficiente memoriâ.

P. ALPHONSVS

HERNANDEZ.

CORPUS cilicio, pedes iniectis in Hispanus
calceos scrupulis verabat; seque Barcinonæ
dirè cædebat quotidie. Oculos omni 6. Iulij 1611.
custodiâ seruabat mundos ab aspe- ætat. 46.
ctu libero, potissimum scæminarum. Soc. 17.
Vnde Marchionem quandam longo
licet tempore consistentem audire
consueuerit, nunquam tamen aspexit;
nec sciebat, vetulane esset an iuuenis.
Diuinum officium non nisi de geni-
bus recitabat; & B.V. officium adde-
bat quotidie. Incredibiliter amabat,
& quærebat, ea quæ nihil prorsus ele-
gantis habebant: cauenda esse aie-
bat paruula hæc semireligiosorum in-
cautorum idola, etiam cum valetudi-
nis detrimento. Malle se dicebat in
cubiculo perpetuò latere, quàm pro-
deundo legis alicuius violandæ peri-
culum subire. Moriturus dixit se tan-
tâ salutis suæ fiduciâ esse plenum, at-
que si à Christo eam sibi promissam
audisset. Obiit nullius vnquam gra-
uioris peccati reus ab ipso fonte lustrali,
vt fama refert.

Hispanus
Barcinonæ
6. Iulij 1611.
ætat. 46.
Soc. 17.

Mortific.
Oculi.
Oratio.

Temperia.
B.V.

Regula.

Mori.

VII. DIE IVLII.

P. IOANNES

BAPTISTA PISCATOR.

7. Iulij Ita-
lus Neapoli
1591. ætat.
48. Soc. 25.

SANCTI Caroli Borromæi ephebus,
Seidemque percarus fuit Ioannes;
atque demum è Romano seminario
(eodem permultum annuente) socie-

tati adscriptus est. Romæ postea in
Tyrocinio, Beati Aloysij Magister, &
in itinere Neapolim comes fuit, pre-
tiosâ planè temporum distributione.
Collegio Neapolitano præfectus Re-
ctor, oblatam sibi à Claudio Præposi-
to Generali 4. votorum professionem
non admisit, Coadiutoris formati
gradu,

Iter sancti.

Humilitas.

gradu, in quo iam erat, modestè contentus. Visitator, Prouincialis, alique ferebantur, illius viri præsentiâ, & quadam reuerentiâ ductos se componi ad maiorem modestiæ severitatem. Putatur Angelus adolescentis specie illi ad portam accersito auri tantum dedisse quantum sufficiebat ad instantem penuriam subleuandam; & ex oculis euanuisse. Plura id genus diuinæ prouidentiae in æconomicis angustiis experimenta, eam quâ corda sæpè introspiciebat, & futura prænunciabat lucem, & alia, seruo in eius vitam. Iam æger cuidam prædixit grauem illi tempestatem imminere; sed Deum, Deiparam, & se quoque de cælo illi adfuturum. Et verò adfuit illi breui periclitato de religiosa vocatione. Etenim cum ille anxius animi P. Ioannē inuocaret, bis illi vigili perillustis vt fama perhibet, apparuit: tertio adfuit dormienti; & præteruolans dixit fore vt omne id quo affligebatur turbamentum illico euanesceret, non secus, ac ille repente transibat. Per sex annos dicitur cilicium non exuisse; multum se cædendo sibi sanguinis elicuisse quotidie; virgineam pudicitiam seruasse intactam; ipsâ eius admirabili modestiâ in eo viuum quoddam virtutis simulacrum præseporatè; diuinâ vi sublatus in aëre inter orandum pependisse; nec semel splendore cælesti fulgere conspectum.

P. SEBASTIANVS

MORALES EPISC.

Lufitanus
incerto die
anno 1688.

Vrgentibus legatis Iaponicis Romæ apud Pontificem, & in His-

pania apud Philippum Regem vt Ecclesiæ Iaponicæ Episcopus daretur, quippe quæ supra ducenta capitum millia, & in iis Reges quoque nonnullos censeret; Sebastianus tunc Lusitanæ Prouincialis, autoritate maiorem ad id munus delectus, & 27. Martij consecratus Vlyssipponæ, cum septem sociis soluit in Indiam. Sed cum nauigantes lethargus exitialis infestaret, ac Sebastianus assiduâ sedulitate ad omnia charitatis officia ægris adesset; vitæ finem in opere illo inuenit, vir aliàs maximis quibusque rebus laudate patrandis non impar, si viuere licuisset.

P. PETRVS

CASSI.

ANNO 1614. Daifusamæ furore in exilium relegatus, Hierosolymas, postea Romam, inuist peregrinabundus. Romæ Societatem amplexus, in Iaponiam vt securus rediret, remigis personâ reclusus, per biennium nudo capite ac pedibus occasionem penetrandi quæsiuit. Cum necdum reperiret, Manilam ceu mancipium, abiit. Sic excubias elusit; & Nangasacki multos aquarum tormentis conterritos, ac eapropter in fide nutantes, magnâ industriâ confirmavit: alios iam lapsos reduxit; Iendi postea comprehensus, ac variis tormentis, & morte affectus.

Iapon. Iendi Iulio 1619 ætat. 51. Soc. 9.

Zelus.

VIII. DIE IULII.

P. ARNOLDVS
VICINVS.

8. Iulij Gal-
lus Anicij
1596. Aet.
56. Soc. 34.

Confessio ge-
neralis.

Humilit.

Nihil vnquam se à Præpositis pos-
tulare aiebat, nisi vt nunquam
regeret, ac nunquam in patriam mit-
teretur. Iussus tamen, rexit collegia,
& Prouinciam singulari laude mode-
stia, assiduitatis, pietatis, ac lenita-
tis. Cum alia multa, inquit de illo
Aniciensis, tum illud præcipue illi
debet Aniciana ciuitas; vsum ab ipso
inductum semel ad minus, vitæ totius
peccata confitendi: quam in rem scri-
bitur ita incubuisse concionibus, pri-
uatis hortationibus, & operâ iis præ-
standâ, vt ad duo earum millia, &
amplius, vnus ipse exceperit. Ad vitia
exuenda, maximè conducere aiebat;
omnes conscientia suæ latebras in
confessione aperire; vlcera omnia (&
ea maximè in quibus plus est verecun-
dia) ac lenissima etiam quæque, dete-
gere, idque seuerè.

P. NICOLAVS.
SVSIVS.

Belga Cor-
traci 8. Iulij
1619.

B. V.

Imitatio.

Pernagnum erat in hoc viro eruditio
seculorum, & felicitas in theatris
pio ingenio persequere adornandis; ma-
gna erga maiores obseruantia: sed om-
nia hæc supergressum est studium co-
lendæ ornandæque Deiparæ; de cu-
ius pulchritudine dissertationem lu-
cubrârat; eamque aded animo imbi-
berat, vt quidquid ageret, ad pul-
chram exempli Mariani amissim, ac-
curatâ, & ex amante verè animo pro-
fectâ imitatione exigeret. Illi vitam,

calamum, ingenium, suos mores e-
mendatè accuratos, omnia sua & sin-
gula ex asse addixerat, MARIA scri-
bendâ, dicendâ, precibus, visitatio-
ne, imitatione colendâ alios imitari,
seipsum verò etiam superare cõsiliis.

P. IOANNES
DEL CAMPO.

ROMÆ cum alia omnia quæreret,
diuinæ vocis intus ad cor sibi lo-
quentis neque vllam sibi quietem
permittētis vim sustinere se posse ne-
gans, Societatem amplexus est. Vil-
lagartiense tyrocinium liberalitate
suâ ornavit; at virtute nobilius, ma-
gno Ludouico de Pôte magistro vsus;
qui ait illum orandi dono, & mortis
pro fide subeundæ insigni desiderio,
denique visis quoque cælestibus, fuisse
inclytum. Salmanticæ studiis eius
nihil ademiroratio, & ex hac nihil
studia decerpserè, hisce duabus velu-
talis se inuicem in illo iuuantibus.
Ibidem P. Ludouicum de Ponte mo-
nuit vt agro P. Montoya V. Prouin-
ciali attenderet ne quid illius animæ
ad migrationem felicem deesset: mo-
riturum enim. Roganti Ludouico vn-
de id aded affirmatè diceret; respon-
dit Ioannes sibi ad P. Mantoya inui-
sendum ingresso obiectam speciem
hominis mortui in illo conclau de-
positi, & dictum, eum esse Patrem
Montoya. Nec secus euenit quàm di-
xerat. Monitus à P. de Ponte, ne mi-
rabilibus hisce visis se multum addi-
ceret; amplius cogitabat, an fortè quæ-
dam eorum quæ videret essent vm-
bræ phantasmatis inquieti, an omnia
cælo

Hispanus
in Indiis
incerto die

Vocatio.

Agri vi-
sendi.

Mort.

Fructus
visionibus

Mortif.

Mortif.

5. Iulij
Hispanus
Manila
Aet. 33.
Soc. 16.

Crucifixus
Angelus
for.
Lectio.

è cælo venirent. Hæc cogitanti atque oranti dictum à Deo: Si tibi esurienti ramus fructibus onustus offeratur, quid agis? Respondit Ioannes: fructus lego, & comedo; ramum abicio. Atque hoc ipsum, inquit Dominus, tibi cum his agendum est. E visis hisce fructus lege; discce humilitatem, patientiam, aliasque virtutes; & reliquis de visione cogitationibus supersede. Hæc de illo de Ponte. Abulæ vix nunquam dormiebat in lecto, agebatque vitam omnium horarum ad sacras expeditiones, ac nutum obedientiæ expeditam. Diebus festis, duabus ante alios horis surgebat; ut extra urbem ad sacras operas concurreret, cum interea mediam Grammaticæ classem doceret diebus aliis. In brachiis gestabat duas laminas crebris foraminibus asperas villarum instar quæ defricando caseo adhibentur: corpus totum sacco cilicino inuolvebat. Tandem Philippinas ut adiret obtinuit. Servatur Abulæ illius flagrum quo in se sæviebat, quatuor claviculis cruentis horrendum. Incomptum habeo an hic idem sit cum Ioanne illo

à campo de quo dicam 11. Augusti: & per me licet opinari eundem esse. Ego quæ de utroque assero, è diversis planè fontibus accepi quæ scriptis, quæ impressis.

P. LUDOVICVS

FROES.

PER annos 49. in Indiis, per 34. in Iaponia multa præclare scriptis, gessit ac perpeffus est, exul non semel & ad mortem destinatus à Bonziis, præmio quoque illi proposito qui eum interimeret. Linguae Iaponicæ mirabili gnaritate ac felicitate valebat coram Imperatore, ac populo. Orandi etiam, ac à Deo petita impetrandi admirabilitate floruisse aiunt non pauci ab illo corporis quoque incolumitate adiuti. Augustinus Sanceri Iapon Donatus, vir spectatæ virtutis, aiebat visum sibi post mortem P. Ludouicum Froës, qui defixis in cælum permagnâ intimæ pietatis significatione oculis, dicebat Augustino: *Fac id quod ego facio; & lauda Deum.*

Lusitanus
Nangasachi Iulio
1597. Soc.
50.

Oratio.

Disce à
mortuo.

Oratio.

IX. DIE IVLII.

P. BARTHOLOMÆVS
DIDACVS DE SAVRA.

Celebrem quemdam Crucifixum per 6. menses visens, benedictionem ab ipso flagitabat: & verò quiescens aliquando benedici sibi ab illo visus est inexplicabili animi voluptate: quod sibi contra peccati præcipitium præsidio fuisse censebat semper. Angelum quoque custodem in veste candida lucentem aspexit ut credit. Ab alio Sancto quopiam li-

brum ei oblatum fama est, cum hisce verbis: *Bartholomæe, lege.* Atque tunc aiebat se primùm adeundæ Societatis desiderium concepisse. Ostensus illi aliquando diuinitus est vermiculus sese humi voluens; quo symbolo didicit se non posse è terra nisi ope diuinâ emergere. Aiunt aliàs eum à Iesu paruulo in sinu B. Virginis sedente vocem audivisse: *Bartholomæe, amice mi.* In Societatem dare nomen meditati S. Franciscum apparuisse, dicentem: *Esto constans;* qui videri desierit. Cum iterum deliberaret, ac dubitaret; ad

Vocatio.

Humilitas.

Iesus.

Vocatio.

B. F.

C C

reco-

Agri
fendi.

Mort.

9. Iulij
Hispanus
Maniz 1631
ætat. 33.
Soc. 16.

Crucifixus
Angelus cm.
801.
Lectio.

recordationem nominis *MARIÆ* constabilitus, & inflammatus, in hæc erupit: Ergò ad honorem *MARIÆ* ingrediatur Societatem; ad honorem inquam *Dominae* meæ Virginis *MARIÆ*. Et fecit; Deiparæ Angelisque vnice in Societate addictus, ac vota in horas instaurans. Die immaculatæ Conceptionis B.V. magnis obsequiis filij officij Deiparam colere ac illam pro matre habere optabat, & hoc donum sibi dari à Deo per illam petebat. Mox exardescens vult se id facturum in omnibus, *quod magis Deo placere videbitur*. In Mexico multa passus est ab importuno Dæmone, à quo malè tractabatur, sed quem ille ridebat. Christus aliquando illum redarguit, quòd in passionis mysteriis expendendis, haud satis diligenter versaretur. Anno 1622. 18. Dec. de B. V. Matris expectatione recitans officium canonicum, visus est sibi à iacente in *MARIÆ* utero *Iesv* infantulo hæc audire: *Mi sacerdos*. Proximo ante mortem die rogatus, quid eo tempore illi afferret plurimum leuamenti, conticuit & mox mediatè sic respondit: *Præsidium Beatissimæ Virginis*. Cuius opem aiebat se in minimis etiam quibusque rebus expertum. Eodem die ac anno extinctum scribunt aliqui *P. Laurentium Massorium*.

Singulari ho-

B.V.

Deo placere

Christi Pas-

B.V.
Iesv.

B.V.

P. CAROLVS

CLVSELLVS.

Demissione suâ, & pleno sinceræ charitatis candore, atque modestia, in ipso vultu quandam Sanctimonie syngrapham præseferbat, omnia interpretatus è genio charitatis. A Sanctis Angelis monitum affirmant, vt sacra pro ægro quodam suæ Congregationis *Marianæ* sodali sexies procuraret, fecit & sodalis conualuit. Apud ægrum alium recitatis Deiparæ litanis repente à sensuum vsu alienus factus videbatur, iis, qui aderant admiratis; & mox ægrum efficacitate magnâ hortatus est, vt accersenti se Deo lubens pareret, mortem illi prædicens, licet tunc nihil dum fuerit obnunciatum à Medicis. Mercatori prædixit, ægrum filium illi à Deo concessum ad vitam: hortatus item est vt cogitationi de sacris ordinibus suscipiendis conceptæ morem gereret. Pro Rancæo Senatoris filio per artes diabolicas muto, sacris operatus est, & illi vi diuini sacrificij aiunt redditam loquendi facultatem. Tremebat iudicia Dei, licet Virgo, & innocens. Hodie pro diuino sacrificio se parantem apoplexia, & mors consecuta oppressit: ac exequiæ magnâ sanctum illum appellantis populi frequentia peractæ.

Gallus Bur-
digalæ 9.
Iulij 1630.

Charit.

Sodali B.V.
Angeli Sa-
cra.Hispani
Debor
10. Iul
1594.
34. 80.

Fidel.

Sacrific.

B.V.

Mor.

Casti

Obedientia.

X. DIE IVLII.

P. PETRVS

SILVIVS.

Belga 10.
Iulij Mo-
guntiz 1571.

Hic Romæ Adolefcens à domestico quopiam illius simplicitatem abuso contra S.P. Ignatium

tentatus, cum ab errore propè abesset acerbissimo mentis ac sensuum stupore correptus, stipitis, aut saxi instar hærebat. Illo torpore lenatus agnouit culpam, lachrymis diluit, & malum omne euauit, Vnde illum vigilantis pro superioribus diuinitatis instin-

ctum

tum fuisse credidit, vt obedientes se subderet, nec se à serpente vllò in Paradiso seduci sineret. Postea mirabile, atque amabile demissionis, obedientiæque documentum per Italiam, Bohemiam, Germaniam, Belgium factus Laynij, & Polanci amanuensis, inferiorum, ac deinde superiorum disciplinarum magister, ad græcam, ac latinam eruditionem, ad confessiones domi, forisque, ad studiorum præfecturam, ad quidquid vbiicumque adhiberetur æquè promptus ac idoneus errorem illum persanè luculentis magnæ virtutis exëplis affatim expiauit.

P. G V N D I S A L V V S
DE T A P I A.

Hispanus
Deboropæ
10. Iulij
1694 ætat.
34. Soc. 18.

Fidelis.

B. P.

Mori.

Cassitas.

I Ntra 17. dies barbarum Cicimecarum idioma perdidit, charitate memoriam sustentante. Primus nec sine fructu lætabili peruolauit ad culationem Topianæ gentis, quæ homines vorat, ceruos, cuniculos, aquilam, nouaculam è silice formatam, variis temporibus adorat. Cinalocenses, deinde instruxit, vbi & ingenia mitiora, & terra bis quotannis frugifera; vbi fur, aut mendicus nullus. Ad vicinos efferos homines missus, cum P. Martino Paëz breui duo millia capitum baptizauit; & viginti, aut plura, templa condidit. Nacabeda senex quispiam libidinibus fœdatus, eoquæ monitoris, impatiens, Gundisaluum, cum Deiparam è rosarij serie ac formulâ salutarer, callidè aggressus, adduxit eò ficiarios; quorum vnus clauam in Gundisalui caput impressit, ac Iesum clamanti brachium alij, & caput amputarunt. Coorto terræ motu, Ethnici ad eius tumulum cum donis supplices adire. Sicarij fassi sunt; eum idcirco, cæsum, quod è suo illo Euangelio castitatem prædicaret, atque vr-

geret. Post mortem spectatus est fœminæ, quam conuerterat, in aurea domo, cuius vestibulum duo adolescentes lucidi occupabant. Illuc visus est permultos introducere Gundisaluus. Perebat & illa eò ab illo, ceu noto suo ac spiritali olim Patre, admitti, atque induci: at Gundisaluus; Nec dum, inquit, est tempus: neglexisti plura quæ à me didicisti. & particulatim in confessione hoc atque illud (& quædam illi peccata singillatim suggererebat) omisisti. Euigilauit illa: & accersito quodam è Societatis Patribus, tam ea quæ viderat, quam deinde omnia totius vitæ peccata, nullo voluntariè prætermisso, sincère aperuit.

P. A L P H O N S V S
DE A R A G O N A.

N Eapoli natus, & in Societatem cooptatus, B. Aloysij planè viua effigies ab iis qui vtrumque nouerant habebatur. In Paraquaria scholas; & sodalitia mirificè administravit. Apud Vruagenfes templum S. Nicolai eidem Sancto impensè commendauit; & mirum fuit, illud ignem ab hoste irruente sæpiùs diligenterque iniectum non concepisse, licèt ardente sole ac siccâ idoneaque igni materiâ. Labores, pericula, cæli iniurias non narro, quia passim nota. Puerum horridis vlceribus coopertum ipse abluit sine stomacho, purgauit, procurauit. Liberalis erat erga pauperes etiam in illa tenuitate, ac penuria: & circumferebat secum descriptum in scheda illud Prouerb. 28. 27. *qui dat pauperi non indigebit: qui despiciit deprecantem sustinebit penuriam.* Portabat secum & formulam votorum: cui hæc latine ad calcem adiecit arcanis notis: *spiritu corde, practicè nostrum institutum prosequendum*

Mori.
Calumnia

Domus ad-
reca.

Disce à
mortuo.

Confessio.

Hispania
Paraquaria
1619. ætat.
44. Soc. 27.

S. Nicolaus.

Charitas.

Vocatio. *quendum; & ad id affici debes tanquam ad Dei donum & inuentum.* P. Nicolaus Duran Prouincialis audito illo, in ratione conscientiae dixit ad socios: Arcanum, & ignorum thesaurum in Alphonso latere. Cædendo se inclementer, vulnera sibi alta infixerat, & quibus vermes etiam erumpere deprehensi. Ita patiendi Domi & foris auditate inclutus, orandi potissimum efficacitate ad miraculum prorsus excelluit: quippe qui dicatur etiam à B. Virginis ade incendium orando auertisse. Cum enim congesta, pro extruenda B.V. sine macula concepta fabrica, materiae ignem iam imminere videret, procumbens ingenua; Ne patere, ait, ô Domina, ô mater, ne patere vt comburatur hæc materia tuo templo destinata. Stupere omnes, qui aderant, flammam statim retrocessisse quæ proxima imminabat. Fertur & absentia ex vero dixisse. Coram B.V. imagine se abiiciebat in genua, & è forma, quæ se illi anno 1602. mæciparat aliisque tenerioribus illius opem implorandi modis in charta meditate descriptis, totum illi *Cor* suum explicabat.

P. DIONYSIVS DE SANNOIS.

Belga Audomari. 10.
Iul. 16 2.
ætat. 52.
Soc. 32.

DE illo sic litteræ: Pater è nostris cui dum viueret, fuerat perfamiliaris, è flammis lustralibus illi se videndum præbuit. Eius congressus, &

colloquium auxit, & cumulanit desiderium iuuandi animas purgantes: item illum strenuè incitauit ad virtutes amplectendas (vbi ab illo amico didicit, viros religiosos tormentis atrocibus idèd torqueri, quia diuino obsequio, & proximorum saluti procuranda parum fuere addicti. Alia epistola de illo sic habet: Eluxit in eo orationis amor, & virtutum humilitatis, patientiae, in superiores obseruantia ac animarum iuuandarum singulare desiderium, maxime ex quo vnus è nostris in Purgatoriis ignibus detenti sibi olim familiarissimi fructus est colloquio & conspectu. Ab eo nimirum didicit quàm multi religiosi in alia vita torqueantur, qui segnius Dei, & proximorum spirituali obsequio sese dedidère.

Potissimum verò quod inde percepit tum ille tum alij qui rem (etiam ad nos Romam tunc anno 1642. à P. Florentio Montmorencio perscriptam) intellexere, fuit flagrans ac exquisitum studium ægros in agone vltimo accuratè acscire iuuandi: quos anima illa dicebat enixe adiuuari ab animabus illis à Deo conspectu adhuc exulibus; sicut Angeli suis in morte clientibus fideles assistunt. Idem agere animas vnà cum Angelis. Addebat verò, hoc animarum ad æternam salutem iuuandarum munus esse excelsum, & admirabile coram Deo. Estq; inquit, magnus ille in Societatem Iesu Dei affectus, quod illis vtatur tanquam adiutoribus & ministris ad salutem animarum.

A. P. Philip.
po du Baill.
son.

Zelm.

Purgator.

F. Philippi
du Baillon

Zelm.
Animar.

Charita.

Mortuorum
CHRA.

Gallus
ginna
Iulij 16.

12. Iulij
lus To
1607, a
40. Soc

Conf. gr.

XI. DIE

XI. DIE IVLII.

P. PETRVS

PEQVET.

Gallus 11.
Iulij in a
gro Carpē.
toralenti
1591.

ORandi arte, ac singulari gratia eos adiuuandi quorum confessiones audiebat præstans fuit; eorumque aliquos ad insignem virtutis eminentiam eduxit. Mors illum reperit in officio hæorum inter obsequia charitatis apud peste contactos: quam posteaquàm oppetiit, scholastici aliquot illum in sacrificali veste velut sacris operantem luce circumfusus pulcherrimâ, semel ac iterum asperere.

Confessarii.

Sacris.

P. BERNARDVS

AVBASIVS NOVITIVS.

Gallus A-
ginnæ 11.
Iulij 1617.

Svanis in illo morū indoles, ac ad se sibi in subigendum adeo generosa

emicuit, ut se planè peruicerit, sui que imperium obtinuerit. In morbo quicquid illi præbebatur, amplas gratias reddebat. Per sex menses adeo se assuefecerat sensim ad Dei ubique præsentis recordationem, ut citra vim suavi facilitate, animo esset in Deum ferè semper intento. In morbo amara sensim sorbebat, ut solent gulosi dulcia, & potionem à Pharmacopœo porrectam per ipsos 14. dies alacri vultu hauriebat, vsque dum Medicus gustatâ illâ se nil æquè amarum gustasse vnquam professus, damnauit Pharmacopœi seu ignorantiam, seu indigentiam; atque id à Bernardo tam diu tam hilariter hauriri potuisse, neque vnquam errorem illum ab eo manifestatum fuisse, cum summa admiratione laudauit.

Præf. Dei.

Patientia.

Ador. fide.

XII. DIE IVLII.

P. PETRVS

VITALIS.

11. Iulij Gal-
lus Tolosæ
1607, ætat.
40, Soc. 20.

Hæreticorum ducentis plures paucos intra annos Ecclesiæ reddidit suâ illâ peritiâ, suauitate, oratione æger ad confessionem generalem elegit quem putabat peritissimum, ac maximè idoneum. Cum inuiseretur, in lachrymas soluebatur, id vnum dolens acerbè, quod tempus, quod optimè poterat collocari, perdidit consumpsisset: cum tamen nota fue-

Conf. gen.

rit omnibus assiduitas viri, ac diligentia perattenta. Eminebat in ægro patientiâ, mirabili silentio dissimulante inuoluens dolores. Vnde curatorem in admirationem rapuit pacatilla eius quies, cum non sine magno commiserationis sensu plagam in eo scdam, & luculentam eamque totam exustam reperisset. A mente alienatus ad conscientiam expurgandam sibi quotidie reddebatur tanto tempore quantum sufficebat; item ad viaticum, & extremam unctionem sui statim factus est compos: uti & si quid-

Patientia.

Conf. quæ-
tid.

C. C. 3

piana

Obed.

quam iuberetur. Sed, & ad mortis obnunciatum periculum gratias Deo egit; illud incipiens *Latatus sum in his quæ dicta sunt mihi*. A multis pro eo in vita retinendo ad sacra lipsana est supplicatum. Confixit sub extremum cum hoste tartareo: mox *victoriam*, & *Deus in adiutorium meum intende*; cecinit; ac igneas plures aspirationes lachrymasque adiecit; eos qui aderant ut Deum strenuè colerent ardore tanto cohortatus atque si diceret pro suggestu.

Tentatio.

Mors.

P. IOACHIMVS ARENTS.

Belga Bruxellis 12. Julij 1614. æt. 64. Soc. 14.

Iuris prudentiæ laureâ, innocentia, sacerdotio, fidei zelo foris celebratus & pro religione non pauca sub hæreticis turbamentis perpeffus; in Societate postea totus in eo erat, ut animas perstudiosè quæreret; ac animum flagranter orando, corpus verò cilicio assiduo flagellisquæ sanctè excoleret. Quantumlibet fractâ valetudine vteretur, somnum tamen nullo necessitatis obtentu producebat, nisi prius è lectulo ad P. Ministrum proreperet, ac nocturnæ suæ insomnia quietem peteret. Perebat, flagitabat, si quid humile, si quid difficile agendum occurreret: unde in collegio tameris ætate iam graui, diu super mensam agnoscere egit. Habuit in Societate fratres quatuor: ipse quintus, & natu maior obiit suo illo (quod ante initam Societatem vrbe carere iussus erat) exilio piâque pro religione industriâ foris, inter nos autem accuratè attentè ad minima queque religiosè obseruandâ exempli documento memoriam imitationemque commeritus.

Mortif.

Obedientia.

Humil.

P. FRANCISCVS DE LA PARRA.

Cum nec in splendore opibusque domesticis, nec in honorato sanctioris officij munere, neque in amicis, aut quacunque necessitudine tranquillitatem maiora & solida expetentis animi reperiret; Societatem expetiit magnam natu; & multa quæ obstabant peruenit. In Societate spectabilis fuit seuera illa Francisci paupertas, facilis ac felix animi ad eam obedientiæ accuratioris obseruantiam accommodatio, erga maiores fiducia, charitas impigra erga omnes. Ut verò Vtreræ patriæ suæ quam optimè faceret, Vtrerensè Societatis Iesu collegium excitauit: adeoque viuit istic memoria & beneficiæ illius liberalitatis; fundatoris quoque nomine honoratæ; & præclaræ ad omnem disciplinæ laudem virtutis.

Hispanus
Vtreræ 11.
Julij 1671.
æt. 10.
Soc. 61

Vocatio.

Paupertas.

Fundator.

P. GEORGIVS GIEDROYC.

De hoc in meis heroibus charitatis plura dedi è quibus excerpto pauca. Eius origines à magnis lithuanicæ Ducibus repetitæ, ab eius virtute nobilitatæ sunt. Nunquam à prima tyrocini scintilla elanguit. Magnum illi ad virtutem excelsum vectigal fuit verborum, & ciborum parsimonia, oris custos assidua, ne quid nimis, vel cibi, aut potionis, vel verborum admitteret. Christi vulnera illud ei silentium consecrabant, illa ei fitim animarum accendebant, respectum humanorum non curantiam persuadebant, verbis efficacitatem addebant quibus etiam schismaticos quosdam ad Catholica, mox ad religiosâ instituta

Lithuanus
Vilnæ 11.
Julij 1659.
æt. 43.
Soc. 20.

Silentium.

Temperantia.

Crucifixum.

Fides.

Iter.

Fides.

12. Julij Si-
culus Sy-
culus 1609

B. P.

Latrones
conuersi.

Zelus.

Bohemus
Brunæ 13.
Julij 1659.
æt. 33.
Soc. 14.

Iter.

Fides.

Hispanus
Vetere 11.
Iulij 1651.
ætat. 10.
Soc. 61

Vocatio.

Paupertas.

Fundator.

Lithuanus
Vilnæ 12.
Iulij 1651.
ætat. 43.
Soc. 20.

Silentium.

Temperant.

Crucifixum.

Fides.

instituta pertraxit. Per iter cum aliquando ad domum viri hæretici diuertisset, noctu peruigil, familiam, illo inconscio, exomologesi sacrâ expiauit; idque non semel. Integritas atque teneritas conscientiæ tam vigil in illo eluxit, ut vir non imperitus de illo di-

serte pronunciârit, eum in Societate nullam, etiam venialem culpam, plenâ deliberatione commississe. Corpus multifariam afflictabat, & illud peracri verberatu lacerabat, dimidiâ etiam horâ huic sauitiæ non infrequenter impensâ.

Mortif.

XIII. DIE IULII.

P. SEBASTIANVS
CABARASIVS.17. Iulij Si-
culus Syra-
culus 1005.

B.V.

Latrones
conuersi.

Zelus.

Huius industria est illa quæ trium B. V. Sodalitatum ab eo deinde institutarum rudimētum fuit, quâ ille certos quosdam colligebat, ad quos de B. V. concionem haberet, eiusque erga nos benignitate explicatâ, omnes ad eius amorem alliceret, fructu etiam in religiosos ordines luculento Nec desunt, qui congregationum Partheniarum institutionem ad hunc referant. Certè amplificator fuerit è primis vnus. Latrones à quibus egregiè vapulârat per illum ad frugem conuersos generalem vitæ exomologesim peregrisse, illis apud viros Principes veniam ab eo impetratam ac eorum aliquot sylvas cum Religiosis cœnobiis commutasse prolixè narrat in anni 1605. litteris Syracusanum collegium. Ita illorum saluti ac viatorum securitati consultum est paucis lachrymis, quibus eorum periculum deplo-rârât, verbis quoque pondere magno adiunctis.

P. G A S P A R
AICHA.Bohemus
Brunæ 13.
Iulij 1659.
ætat. 33.
Soc. 14.

Hic ante Societatem impetratam, Hex amicis vitâ sanctis quem-

piam flammis vndique horridum; in Societate verò, B. Aloysium videre sibi est visus coram, ingentia cælestia-que pollicitum. Cum Magistri Nouitiorum socius esset, aiebant tyrones in eo se viuas modestiæ regulas lectitare. Pios libellos legendi studio fuit apprimè addictus; dicebat se primas religiôsæ vitæ desiderandæ scintillas è lectione pia concepisse. Omnibus humanis respectibus imperabat, oculo in Deum vbique præsentem assiduè defixo. Quare nihil sine superiorum facultate agebat. Foris bibere cum noleret, amico ne minanter quidem importuno cessit, adeoque maluit cyathum vino plenum sibi in faciem effudi quàm libare. Toto ante diem supremû triennio quotidie se morti Parabat iis precibus quibus Ecclesia migrantium animas Deo, sanctisq; commendat verbis accommodatissimè, pro illo articulo compositis. Militem febri malignâ æstuantem inuiserat, & hausto inde morbo ac morte factus est victima charitatis. Moriens pro extrema felicitis mortis tesserâ in manu habere inuentus est piam formulam testamenti quam anno 1656. 30. Dec. conceptam, in pectore gestârât cum imagine S. Xauerij. In illo gratias agit linguis omnium creaturarum quæcûque sunt in mente Dei, pro omnibus beneficiis quæ ipsi & creaturis omnibus concessit aut concessurus est bonus.

B. Aloysius
Modestus.
Lectio.

Regula.

Mors.

Charitas.

Mors.

nus Deus : & particulatim pro donis quibus Societatem ornauit, ac eos qui in ea fuerunt, & futuri sunt. Offert suum corpus corpori Christi, animam animæ, cor cordi, ad amandum Deum vnâ cum corde Christi. Instauit

rat actus fidei, spei, charitatis, contritionis : dat se in fidem Deiparæ, Angelis sui custodis, Sanctorum suorum : atque ita munitus vult paratus quotidie inueniri ad mortem.

XIV. DIE IULII.

P. IOANNES
REBELLS.

hunc erga Dei matrem amorem cultumque in se, ac aliis fouendum & amplificandum elegisse.

*Pis colla-
quia.*

P. THOMAS
DE MONTTOYA.

14 Iulij Lu-
sitanius Eho-
12 1602. 21.
et Soc. 45.

Mortific.

*Oratio.
Crucifixus.*

*Patientia.
Purgator.*

E.V.

Quam diu nobiscum vixit, nullam diem omisit, quo se non caderet, nec raro vsque ad sanguinem; quippe hamis aspero flagello vsus unde illi vlcera, & dolores. Quicquid temporis conscientia disquisitione, quicquid oratio mente concepta, vel voce deprompta occupat, id omne ille flexis genibus traducebat, ad reuerentiam Deo habendam in negotio Dei; quicquid obnunciarent ætas, morbi que. Crus illi ferro, & flammis carnificatum: at ille crucifixi simulachro postulado, defixis in hunc oculis fortiter omnia tolerauit, quasi in carne non sua fieret laniena. Animas Purgatorij perquam assiduè industriis adiutum ibat, concionibus ad id alios cohortatus, sodalitatibus quoque illarum in subsidium constitutis. Deiparæ autem enixius colendæ studium admirandum in modum cordi habebat: aiuntque illud eius operâ per Lusitaniam luculenter propagatum: de illius rosario, & de illa, dialogos scripsit, ac multa excogitauit ad illam cultu semper ampliore colendam; aded, vt abunde satis fecerit illi pactioni, quâ fertur aliis Patribus in familiari de rebus diuinis congressu alias virtutes contentione singulari quærendas eligentibus particulatim

Qua tyrones, quâ Indos in scholis, quâ populum palam docendo magnos labores exantlauit per annos plus quam 30. istis exactos. Apud Basaias propinarum illi venenum ferunt; quo labefactatus, longâ in morte vixit, labore tamen improbo. Aiebant Indi sibi purum castimonie amorem eius aspectu afflari. Mira fuit eius in silentio arctè seruando religio, & verborum parsimonia cum esset loquendum. Prandebat parçè; nec cœnabat. Per plures hebdomadas coactus est sedere, nullâ ferè interpiratione quietis ab asthmate, quod è veneno sibi propinato acceperat. Interea tamen fuit Thomas semper & zeli, & magnæ patientiæ suæ compos, eo solatio, quod, in fidei odium, fuisset odio apud illam gentem cui Christum prædicarat.

*Indus è no-
ua Hispania
Manile 14.
Iulij 1607.
ætat. 59.*

*Fides.
Castitas.
Lingua.*

Fides.

PHILIPPVS
NOTTIN COAD.

Ab hæreticis in fidei Catholicæ odium Cruci ferreæ insidere iussus,

*Belga Tra-
iecti 14. Iulij
1638.*

Fidu.

*Gallus
Sponti
Iulij 16*

3.7.

sus, manibus pedibusque per extremos digitos ad tergum reuinctis, & manicarum ac pedicarum aculeatarum tormento dirè insertis. Collo innoxum erat collare ferreum, trifariam aculeis confectum, quorum alij recti eminebant, alij sursum, deorsum alij vergebant; igne quoque quo ipse lenitè torreretur, admoto. Vbi vsta pellis ibat in bullas & pustulas, illis ferro apertis acetum cum sale ac pyrio puluere infundere. Sic per decem ipsas horas cruciatus Philippus, capite deinde plexus est, obrentu prodicionis, re ipsa odio fidei orthodoxæ; vt patet è narratione à Bullonio Duce conscripta; & è calumnia ab hæreticis confata per Lansmannum, cui ob vitæ spem mentito, vitæ promissæ loco mors illata est. Philippus in loco supplicij obiecta omnia falsa esse affirmavit, ac dixit se mori innoxium, & pro Catholica, Apostolicâ, Romana Ecclesia.

GERARDVS
DOMINIQUE COAD.

Hinc pietate, mirâ simplicitate, in officiis assiduitate fuisse perinsignem aiunt qui cum illo vixere. Deiparæ Virginis fuit studiosus constanter. De illa libenter & audiebat & loquebatur. In extremâ senectâ eius coronam semper sibi voluit præ oculis esse de sella pendentem, vt esset ad manus: fuit in ea versanda & recitanda multus ac frequens. Illi penso atrexebat orationum quiddam quas piè magis quàm concinnè rhythmis Gallicis olim Christo in cruce patienti, collachrymantique Deiparæ cecinerat. De rebus cælestibus & frequens & libens colloquebatur. Quocirca libentius cum iis versabatur quos videbat id genus colloquiis impenitus de-

lectari. Quos inter fuit is qui tunc Mussiponti Theologiam scholasticam explicabat. Huic postea (mortuo ferè ante triduum Gerardo) die S. Alexij, aliquando post mediam noctem ad oratorium ingenua procumbenti orantiq; (vt annuus ei mos est, idcirco quod præfati S. Alexij vita olim apud Ribadeneiram lecta religiosi eius propositi dux fuerit, & magistra) sese in cubiculo spectandum offerre est visum tum ingens & repentinum lumen, tum Charissimus Gerardus Coadiutor, & quidem cum veste Societatis. Interrogatus à Patre, an Deo frueretur! capite, quod splendor ambiebat, modestè annuit; & ore, cui stellula micans inerat tanquam præmium colloqui frequentis de Deo & rebus spiritualibus, quibus dum viueret mirificè vnâ cum Patre illo afficiebatur, commendauit dicto Patri sermonem huiusmodi, vt quid inferis amarum, superis verò gratissimum. Deinde mox ex oculis se subduxit, hærente Patris cordi consolationis sensu liquidissimo. Hæc omnia illicò ad P. Thomam le Blanc eius Collegij tunc Rectorem, postea Prouinciæ Præpositum, retulit is Pater, ea chirographo quoque suo testatus, Rectore etiam subscribente. Variusque chirographum penes me est dum hæc scribo; & simul eiusdem Patris literæ Ensichemio 30 Ian anno 1661. ad me datæ eorum quæ de Gerardo narraui testes. Certè ea res postea nostris tacito Patris nomine, narrata, propensos aliàs ad pia colloquia animos ad continuandum pij sermonis vsum haud mediocriter incitauit.

XV. DIE IULII.
LII.

DD

P. IG.

Vocatio.

Stella or.
Pia collo-
quia.Amarum
inferis.

P. I G N A T I V S

AZEVEDIVS CVM SOCIIS 39.

Lustrianus
in mari ad
Palmam in-
sulam For-
tunatam.
15 Iulij
1570.
Silentium.
B.V.

Mortis,
Rosarium.

Imago.

Fides.

B.V.

Stat. 28.
Soc. 9.
Crucifixus.

Ilustri genere natus, in Societate ad virtutis exercitum toto die aliquando nihil omnino locutus est. In dulci suo silentio absorptus pallebat ab assidua corporis afflictatione, fluebatque in lachrymas pietatis. Imitandæ Virginis Matris puritatis ergo, vestem cilicinam candidam gestabat. idque ex voto Dei Matris reuerentiâ nuncupato. Eboræ collo energumeni rosarium Deiparæ iniecit; & pertinacem dæmonem, qui multos fatigârât, eiecit. In puppi navis quâ in Brasiliam vehebatur cum sociis, altare erexit, illique Romæ secum aduectam S. MARIE Maioris imaginem imposuit. Ad Palmam (quæ vna est Canariarum seu Fortunatarum insularum) Piratæ hæretici in eum & socios irruere, Ignatius, arreptâ Dei Matris effigie, socios cohortabatur ad vitam optimo Deo consecrandam. Conclamavit Soria hæreticus piratarum antesignanus, ad suos piratas; vt Iesuitas occidant: *hos enim ad profeminanda praua dogmata in Brasiliam proficisci.* Ignatius in B. Virginis imaginis complexu conculcatus, capite saucius, lanceis confossus, Romanæ fidei veritatem contestatus, atque vt pro hac socij fortes occumberent omnes vnice hortatus, vnâ cum illa Deiparæ imagine cecidit. Hanc illi è complexu cum auellere haud satis facile possent furenter properantes hæretici, eum seminecem in mare abicere; vbi etiam corpus ab aquis se efferens, Deiparæ imaginem, mortuis quoque brachiis adstringebat.

Benedictus Castrius.

Ibidem in Crucifixi complexu se Catholicum clamans, tribus glandibus

ictus à sclopo, cæsus, confossus, in aquas iniectus est.

Emmanuel Aluarus.

In facie sauciatus, tabulæ affixus, confractis cruribus, & ossibus, adhuc socios hortatus ad mortem in causa tam nobili magno animo obeundam, in mare proiectus est.

Blasius Ribera.

Coram Beatissimæ Virginis imagine neprouolutus, confracto gladiatorum capulis capite, obruncatus est.

Petrus Fonseca.

Coram eadem B. V. imagine, in maxilla pugione confossus occubuit.

P. Didacus Andrada.

Inter audiendum confessiones sicis confossus, cum in mare deturbaretur clamabat: *Pugnemus fortiter, socij; demus pro eo sanguinem cuius sanguine redempti sumus.*

Simon Acosta Nouitius.

Cum liberali aspectu nobilitatem generis testaretur, eoque viam sibi ad fugam patere videret; non tantum fugam non inuit, verum etiam coram Soria hæretico Principe piratarum fidem orthodoxam contestatus, tenebrum iugulum dedit; & in fluctus præceps datus est.

Aliis pluribus veste nudatis ferrum hæretici altè in viscera adegere: ac ne natatu euaderent, præcisâ quibusdam brachia prius quam conicerentur in mare. Ludibrio habitæ sacræ vestes, arque reliquiæ: S. Theresia hoc ipso 15. Iulij & sabbati die, hoc anno 1570. P. Balthasari Aluarez diserte dixit, quot, & quomodo sint occisi: eosque affirmavit à se visos in cælo martyrij coronâ illustres. P. Ignatius Hieronymo fratri suo absenti radiis coruscus apparuit. Anno 1616. 19. Nouembris multi de Societate qui in Paraquariam nauigabant, cum eo ipso in loco, vbi cum sociis Ignatius cæsus fuerat, in malacia cõstississent, gaudiis mille

milleperforati, visas à se aquas sanguine tinctas, & manu haustas stillantibus sanguinis guttis purpureas apparuisse, & gustatu quoque suaves fuisse sanctè testati sunt. Visos tunc etiam socios vulneratos, alios pectore, alios alià corporis parte, non secus quàm si cædes illa tunc patreretur. Adolescentens nobilis indole ac virtute, Sanctus Ioannes dictus vulgo, tironum ac sociorum modestiam adedò adamavit, ut ab Ignatio Societatem impensè flagitaret, cum iis assidue in omni exercitatione versatus; & licet necdum tiro, tamen candidatus, cum socios occidi videret, se illis immiscuit, poritus morte quam exoptarat, Adauctus dictus. Nomina omnium sunt:

Alexius Delgadus Lusit. ætat. 15. Novitius.

Alphonſus Vaena Hisp. ætat. 30. Soc. 3. aurifaber.

Alvarus Mendez. Lusit.

Andreas Gonzalez. Lusit.

Antonius Correa. Lusit.

Antonius Fernandez. Lusit.

Antonius Suarez. Lusit. Minister.

Benedictus Castrius. Lusit.

Blasius Riberius. Lusit. ætat. 27. Novitius.

Dominicus Fernandez. Lusit. Coadiutor.

Emmanuel Alvarus. Lusit.

Emmanuel Fernandez. Lusit.

Emmanuel Paceccus. Lusit.

Emmanuel Rodriguez. Lusit.

Ferdinandus Sanchez. Hisp.

Franciscus Alvarus. Lusit.

Franciscus Magallianez. Lusit.

Franciscus Perez Godoius. Hisp.

Gaspar Alvarez. Lusit. Coad.

Gonzalus Henriquez. Lusit. Diaconus.

Gregorius Scriuanus. Lusit.

P. Iacobus Andrada. Lusit.

Iacobus Perez. Lusit.

P. Ignatius Azebedius. Lusit.

Ioannes Baëza. Hispanus.

Ioannes Fernandez. Lusit. Coad.

Ioannes alter Fernandez. Lusit.

Ioannes de Mayorga. Hisp.

Ioannes à S. Martino. Hisp.

Ioannes Zaurus Hispanus.

Ludovicus Correa. Lusit.

Marcus Caldeira. Lusit.

Nicolaus Dinis. Lusit.

Petrus Fonseca. Lusit.

Petrus Nunnez. Hisp.

Petrus Fontorus. Lusit. Coad.

Simon à Costa. Lusit.

Simon Lopez. Lusit.

Stephanus Zurara. Hispanus.

His 39. addunt aliqui adolescentem illum Ioannem Adauctum Societatis candidatum. Stephanus Zurara Te Deum laudamus cecinit cum eiceretur in mare.

Non tacendus inter hos omnes Franciscus Perez Godoius è P. Balthazaris Alvarez disciplina ad hanc mortem profectus. Hic rogatus in tirocinio; quid ita nitidè culinæ supellectilem brevi iterum inficiendam expoliret; respondit; se, vesperi quotidie, unà cum singulis diei totius occupationibus peractis, Deiparæ sistere. Nolle autem se coram illa erubescere cum vasis parùm exquisitè perpurgatis. In ipso cædis, mortiumque calore, illud quod sæpè à P. Balthasare Alvarez audierat, & pro sacro axioma usurpabat acroama sociis idēdem repertum exclamans: *Eia, fratres, non degeneremus à præclis cogitationibus filiorum Dei.*

NICOLAUS.

LVILLERIVS. NOVITIUS.

DE hoc ita scripsi in præiosis occupationibus morientium in Societate. Colonia Nicolaus Luillerius Soc. Jesu Novitius demittendi sui ac

DD 2

ad

Germanus
Coloniæ 15.
Iulij 1578.

B. V.

Vesperis

Accuratio
in minimis

Filij Dei

ad nutum obedienter omnia faciendi virtute præcellens, æger tandem ad mortem cum doloribus eximie exercebatur, à Deo ad illos ferendos etiam robur accepit, notabili planè ad crucem ferendam inuitamento. Visus est, inquit Sacchinus, sibi videre Christum Dominum, prægrandi Cruce oneratum, cuius ille vestigia minori cum cruce maiori tamen molestiâ sectaretur. Verum cum aliquando vidisset Dominum graui sub pondere labantem & commiseratus veller in oneris eius partem succedere; se uero ad eum vultu conuersus IESVS. Qui, inquit, magna, & aliena feras, qui tua, eaque leuiora, non potes? Hac voce miro amore succensus, quamplurima tolerandi, relicto sociis illustri excelsi pectoris exemplo, ad idus Iulias breuem cruciatum cum æterna iucunditate mutauit.

P. SIMON
RODERICIVS.

Lusitanus
Vlyssiponæ
15. Iulij
1579.

Hic è multis turbati animi salubris variè tandem eluctatus, magno documento fuit, magnos etiam prolapsioni magnæ esse vicinos, non obedienter subint, caueantque infidiosas fallacias Dæmonis depeculatoris diuitum etiam animarum. Fuit Simon è decemprimis Ignatii, Patris nostri sociis vnus, multifariam quidem non semel querelas miscens, querelisque aliorum vicissim obnoxius, verum culpâ demum agnitâ, quâ suauissimum Ignatii parentis animum temerè non sine scandalo irritarat, ab illo indulgenter acceptus, è reo se innocentem fecit. Certè illum laudat Ignatius in iis literis, in quibus illum Lusitanix Prouincialem creat. Et fuit ille eius Prouintix fundator è primis vnus. In carnem asper, suauis

in alios. Conimbricensem Episcopatum sibi à Ioanne III. Rege oblatum, cum lachrymis recusauit, obnixè contra obtestatus. In aula sapienter, ac religiosè versatus est; eamque, *carcerem*, & *Purgatorium* appellabat; nec erubescere ollâ pultribus plenâ onustus ire ad visendos carceres aulâ spectante; nec ad suæ stirpis, & familiæ commoda vnquam vsus est eâ Principum gratiâ, quâ pollebat. Virginitatis florem humilitate, in se ipsum asperò dominatu, & bis fugâ (dum à procacibus tentaretur) seruauit illæsum. Quæ vidit, quæ prædixit habet eius vita, vbi etiam inter diuinum officium recitandum à terra dicitur subleuatus, B. Virginis pulchritudinem suspiciens ad illa verba. *Adstite Regina à dextris tuis*. De illo moriente in pretiosis occupationibus morientium in Societate descripsi: P. Simon Rodericius è primis Ignatii decemuiris vir à suis animi perturbationibus, tentationibus, doloribusque corporis multifariam exercitus; talentis, dexteritate, zelo insignis; æger non parcebat lachrymis, gemitibusque, quibus lacebatur beatam æternitatem, diuinique conspectus desideria irritabat. Sæpè Ignatium, optatissimum vitæ socium, ac Parentem, amicis vocibus compellabat, eiusque & vnâ cum eo communis videndi fruendique Domini studio æstuabat. Veni, Domine, veni Deus animæ meæ; ades dum, Bone Iesu; ne cunctare diutius sed me quàm citissimè hinc ad te ipsum abripias. Aiunt ipso, quo Simon migravit momento, virum grauem, & pium à somno excitatum, fenestrâ apertâ vigilantibus oculis conspexisse manifestissimam lucem domui Professorum Societatis rectâ imminentem, è qua illi in animû plurimû liquidissimæ voluptatis influeret. Manè comperit lumen illud Roderici conclau

Patentia
etiam in
minimis
pretiosa.

Humil.

Martise.

Humil.

Castit.

Orans.
B.V.

Mori.

Confessio.
Disce à
mortuo.

Italus Co-
culit 15.
Iulij 1583.
Mat. 33.
Soc. 15.

B.V.
Mortific.
Castit.

Oratio.
Zelus.
animatus.

Charitas.

Mori.
B.V.

B.V.

clau incubasse. Anno 1616. senem Vlyssiponæ (quem olim confitentem audierat) per quietem inuifit, se illi spectandum obtulit, grauiterque monuit vt peccata pœnitentiæ sacramēto elueret; id quod ab annis iam triginta omiserat.

P. RUDOLPHVS AQUAVIVA ET SOCI.

Claros natales, iam inde à puero, nobili virtute ornauit, quando augustissimæ Dei Matris officio quotidie recitato, sabbato singulis hebdomadis perseueranter ieiunabat, & per quatuor ferè horas orandi spacia producebat. Adolescens postea, vti Thomas, fœminam impudicam tione fugauit; ab eo tempore nihil in carne vnquam rebellionis expertus. In Societate quotidie per horæ dimidium se acriter verberabat, vt Indiam impetraret. Ad Mogores ire iussus, præter eos quos exantlabat labores, corpus mirè variegatè verabat pro eo populo ad Deum adducendo. Inde Goam, hinc ad Salsertas insula, Superiorum missu, profectus est: vbi à barbaris gladio sub genibus vulneratus cecidit in genua, & collum ad vulnus mortemque accipiendam explicuit ac exporrexuit: quo tempore collum illi gladio transfixum est; alio illi humerum vulnerante, alio sagittam ex arcu expediente in pectus. Moriens: *Ignosce, aiebat, illis, Deus meus! S. Xaui, ora pro me!* Tum ter adiecit: *Iesv, suscipe hanc animam meam* Bernardinus Nursinus, postea inclyti illius Fundatoris, Camilli de Lellis, socius, Rudolpho tum adhuc in Italia agenti dixerat: se à Beatissima Virgine accepisse illum fore martyrem ibi quò ire optabat. P. Ioannes Fernandus noster, hoc eodem 1583. anno, & 15.

Iulij die vidit totam seriem eius cædis quæ tunc in Rudolpho, & sociis patrabatur; Angelo ei dicente: id ad gloriam Dei esse. Conspectus etiam est Rudolphus in coronâ gemmis conspicuâ. Anno 1613. Neapoli quidam dicebat; Rudolphum non esse venerandum, etiam priuatâ reuerentiâ, quippe qui apud barbaros vitâ non nisi per infortunium sit priuatus. Is ipse postea Vicario Archiepiscopi discretè dixit; sibi adfuisse Rudolphum luce multâ illustrem, & interrogasse, num se nosset? Neganti verò sibi, dixisse; Cur ergo ignotum lacefferet? se esse Rudolphum quem ipse linguâ perstrinxisset; & euauisse. Vnâ cum Rudolpho tunc trucidati sunt hi socij:

P. Alphonsus Paiecus.

Huic lancea in pectus adacta. Dum extremum collo vulnus expectaret: *Christe, inquit, lancea pro me confixe; per illam tuam lanceam te rogo, parce his; & novos fidei magistros eis mitte.* Sic obiit. Aiunt, in ore occisi repertum cereum agnum Dei, impresso SS. IESV nomine insignem, quem paulò ante ori, velut pro tessera sui agonis, immiserat.

P. Petrus Berna.

Idola euerit; formicarum gregem (quem barbari colebant) egestâ terrâ dissipauit, & sale consperxit; illis id perquam indignè furenterque ferentibus. Inde coortum in illum ex illo fidei zelo plurimum odium; & pulchra mors. Vertex illi amputatus; oculus alter telo traiectus.

P. Antonius Franciscus.

Solebat hic inter eleuandum in sacrificio sacram hostiam martyrium à Deo flagitare; vt per illud hostia fieret Deo vino. Ipso quo cæsus est die, sacer sanguis in calice sacrificantis ad calicis vsque labrum exundans ebullit, diuinâ significatione mirabilis, & cor accendens.

DD 3

Fram-

Angelus.

Calum.

Lingua.

Hispanus
ibid. 21. 22. 23.
34. Soc. 16.
Charitas.
Mors.Or.
Iesv.Italus ibid.
erat 30.
Soc. 6.

Fides.

Lustrum
ibid.
Sacrum.

Luscianus
ibid.

Fides.

Mors pra-
dicta.Luscianus
Conimbri-
ca 15 Julij
1614. ætat.
87. Soc. 67.
Oratio.Mortific.
Humilitas.

Modestia.

Franciscus Ananea. Coad.

Laurâ domi re natus. Coculiniis dicebat; se apud illos templum Christo excitandum moliri; quemadmodum alibi quoque iam fecerat. Illi rabie inde incensi, ferro in gutture, ferro in costis vulneratum atque prostratum, seminecem circa idolum rapruere. Cum iuberetur pede altero stans idolum supplex adorare, ac id execratus, negaret se lapidibus daturum quod Dei esset, arbori alligatum, pro scopo collocare, sagittis petuere; omnibus in eum, & socios inter iaculandum conclamantibus: *Hic templum erigetur: hic Crucem figetur.* Paruuli, paruulæque iras maiorum pro modulo imitati, corpus illius vellebant, fodiebantque mucronibus, telis, arundinibus, manibus, &c. Instrumenta sanguine illius & sociorum vincta, idolis consecrata. Supremum vulnus Francisco in vertice impositum: & ille fidem professus illico emortuus est. Ferunt, olim arcæ cuidam incubantem Franciscum vaticinatione verâ prædixisse, fore ut olim in odium fidei casus in illa conderetur. Euentus veritatem dicti affirmavit.

P. GEORGIUS

RIGIVS.

Per annos 40. Conimbricæ Ministri officio mirabili virtutis laude, ac ministrorum exemplo functus est. Mirabatur fieri posse ut mens orantis aliud vagetur. Ex ægri vlcere manantem saniem semel iterumque exsuxit oblatam sibi 4. votorum professionem non admisit, tribus contentus vulgo voce omnium domi, & foris sanctus dicebatur. Fœminæ vocabulum egrè vsurpabat, adeo verecunda illi fuit lingua. Oculi pudici modestique. Vnde illos nunquam efferebat.

Rarissimè prodibat in publicum intra biennium cerpè vix semel domo pedem extulisse est deprehensus. Integra illi semper fuit Virginitatis gloria, imò, & conscientia ab omni per omnem vitam letali labe illesâ; nullo & iam veniali peccato in Societate plenâ voluntatis deliberatione admissio.

P. IOSEPHVS

DE CALATAYVD.

Gandix per annos 40. summâ natiui operarij laude eximiaque virtute perstitit. Quidam de illo dixit, cum ad illum peccata expiaturus accessisset, illum à se visum toto vultu radiis collucente; seque ab illo granium scelerum admorum, quæ hætenus abdite occultasset. Nihil unquam colloquiorum in sacro illo tribunali admisit, magnâ Sacramenti, & loci veneratione. A loco quopiam in quo missionem meditabatur, à viro quodam potente abesse iussus, exiuit; ad Christum illum prouocavit pulvere quoque de pedibus diligenter excusso: & miser ille mox repentinò corruit, vitâ functus. Pater verò à ciuibus reductus est. Quosdam sanos comonuit, ut se vicinæ morti pararent. Fecere, ac breui mortem obièrunt. Aliis contra ægris, ac depositis, morbo illi fore superstites ex vero prædixit. Diuinum officium recitantem illustris è purgatorio cælum petens anima salutavit ut fama est. Ante sacrificium quotidianâ se confessione parabat, & in illo celebrando totus lachrymis inundabat; nunquam infra mediæ horæ spatium operatus, ne Deo, ut aiebat, & sancto fundatori faceret iniuriam in hominum gratiam. Quotidie semel ac iterum in se acriter sæniebat, dimidio corpore cilicio textus propè assidue, Castitas illi semper integerrima

Mortific.
Castitas.

Innocentia.

Hispanus
Gandix 15.
Julij 1616.
ætatis 71.
Confessarius.
Oratio.

Confessarius.

Missionis.

Oratio.

Purgator.

Confess. quotidiana.
Sacrum.

Resp. humani.

Mortific.

regerrima flore virgineo, præceptrix magnæ illius modestiæ, quæ enitescabat, oculis potissimum; quorum modestiæ aiebat singularem in cælis gloriam seruari; sicut oculis S. Ioannis Evangelistæ. Silentium nunquam omnino violauit.

P. ANTONIVS
MAZERVS.

HVnc præclari vtileque labores, & non vnum in aduersis fortiter ferendis experimentum plus quam ordinariâ virtute inclytum reddidit. Cum obtentu nescio quo, à superiore durioris ingenij fuisset à Societate dimissus, sibi benè conscius cessit præcipiti tempestati; & Episcopo interea diligentem operam dedit, Societatis veste nunquam dimissâ, neque vllâ mercede admissâ; ne quid peccaret contra nostri ordinis institutum. Per scriptâ torâ eâ re ad Claudium Aquaiuiam tunc Præpositum Generalem, ac Romæ expensâ, iis quæ contra illum afferebantur auditis, inconsideratè cum eo actum pronunciauit Claudius adeoque Antonius in Societate retentus est: in qua supra quinquaginta annos vixit, obedientiæ potissimum laude insignis. Rogatus à Rectore aliquando an, si iuberetur paratus esset per Urbem incedere sine veste; illicò vestem exuit, & promptum se ad eundem quocumque iuberetur stitit. Si vel domi quopiam verbo lacefferetur, vel foris in cultione barbarorum telis impeteretur, fustibus verberaretur, serenâ fronte perstitit, semper roboris sui compos. Tot licèt annos, & cum laude insigni nobiscum esset, neque tamen in vllum gradum coopraretur, altâ obliuione omissus, tamen obliuionem illam pari silentio sepeliuit, neque contra vnquam quic-

quam vel dixit, vel scripsit.

P. IOANNES
SIGERSREITTER.

CVm (quemadmodum scripsi in Cannuis) olim iuuenis Dilingæ in theatro peccatoris ad Deum seridè conuersi ac vitæ antea actæ dedecora desistentis personam ageret, diuino instinctu, se sensit veris lachrymis perfusum. Ergò ream, & veteris licentiæ non immemorem conscientiam coram Deo, Dei que Matre affluenter deplorauit post scenam absconditus. Inde illi gliscentes bonæ scintillæ in pectore iam Purgato, eò increuere, vt animum ad obeunda S. P. Ignatij exercitia prudenter adiecerit, ac Societatem petierit, & impetrârit. In qua humaniora, & Philosophiam docuit; rexit collegia Ratisbonæ. Dilingæ, Monachij: tum sex annis Nouitiis præfuit; mox tertianis per annos quatuor Cum Dilingæ Collegio, & Academiæ Rector præfuit, atque cum Henrico Episcopo drama quoddam spectaret, è summo Theatro, structoris incuriâ hominis demortui Caluaria ad P. Ioannis pedes vsque deuoluta, vsque adeò viuam mortis illi seu imaginem, seu quoddam omen impressit, vt per septem ac viginti reliquos vitæ annos illam velut quotidianam expectârit. Vnde cubitum cōcessurus psalmum 50. recitabat, vt indulgentiis plen. auctus eâ nocte decederet, si Deus illam ei supremam destinasset. Moriens; Veni, aiebat, & mors optata, non me terrebis. Paratus sum, quantum id religiosus potest: plus tamen me parabo, si plus mihi temporis Deus indulerit. Cælestem spheram ad spectandum sibi oblatam sexto ante mortem mense intuitus: sperare se aiebat, non pictos

Germanus
Ingolstadij,
13. Iulij
1655 ætat.
72. Soc. 51.

Vocatio.

Mors.

Vesperis.

Mors.

verum

verum veros carlos intra semestre spectaturum. Ad Prouincialem Congregationem euntibus valedixit, tanquam interea moriturus. Et obiit antequam illi reuerterent; vir egregie humilis, pius, & candidè sua dubia proponens etiam iunioribus proponentibusque non prius respondens quam petito è cælis lumine: ac nonnunquam dicens,

Oratio.

se nescire quid sit respondendum. Sacrificium missæ, Christi patientis historiam, & ordinarias suas exomologeses lachrymis aliquando asperxit; sed, illam potissimum, quam pro ultimo Iubileo instituit, Tenerimus in eo amor paupertatis, & regularum: quippe quas ne quidem in atomo lædi veller.

XVI. DIE IULII.

P. P E T R V S
S A N C I V S.

ue sociorum à medicis depositorum preces ubi fudit, disertè pronunciauit, & ex vero, in vita manuros.

Hilpanus
Mexici 16.
Iulij 1609.
ætat. 31.
Soc. 58.

Vocatio.

Humilitas.

Manè.
Mortific.
Sancti.

Paupertas.

Mexicana epistola disertè affirmat, illum Cōpluti sensisse se verbis quasi à cælesti voce articulatè expressis ad Societatem Iesv impelli. Huic obsecutus, auditis postea Indicis literis, suam desidiā obiurgans excitabat sese, ac voto firmavit, se Societati, quantum in se esset, in infimis coci aliisque officis famulaturum. Mexicanæ deinde Prouinciæ fundamenta iecit, navigatione cymbalis horas earumque exercitationes designantibus distinctâ, planeque sanctâ illuc profectus. Ibi tria erecta ab illo seminaria iuuentur; & Collegiorum initia constituta. Per ipsos 25. annos postmeridianam lectionem habuit ad concionem; ubi etiam librum de Regno Dei lucubrauit, postea luce donatum. Statas habuit suas flagellationes matutinas, crebram inediam; perpetuam à vino abstinētiā. Cum sanctis familiaritas illi tantâ fuisse perhibetur vt obuios cælites, vel ex ipsa oris specie se agnoscere posse affirmaret. Mortis accepto nuncio vnicam è papyro icunculam retinuit; reliqua superioribus dedit, vt pauperrimus moreretur. Ipse certè pro vno altero-

P. F R A N C I S C V S
B A S I L I V S.

Anno 1559. triennis relictus orphanus, à Beatris Patris Sorore cœnobij Polizziensium sanctimonialium Antistita in ipso cœnobio educatus est ad annum ætatis vsque octauum; id quod eâ tempestate in vsu fuit. Societatem anno 1572. amplexus, Romæ in Theologia Francisci Suarez discipulus, postea Philosophiam, Theologiam conciones pro dignitate tractauit; aded, vt religiosas virorum & virginum domos egregie locupletaret. Illum dicentem Messanæ cum audiret fœmina sterile hactenus matrimonium suum dolens; ô, aiebat; si vel vnum filium à Deo impetrarem quem dedicare possem Sancto isti ordini in quo tam raræ virtutis viri sunt. Et anno euoluto filium peperit qui tametsi vnicus, Societati se addixit. B.V. officium quotidie recitauit, ieiuniis quoque ad illius festa adiectis. In S. Iosephi honorem etiam horarias preces composuit. Noctu quoties experegebat, dicebat: Benedicta sit S. Trinitas,

Italus Med.
fanz 1614.
lij 1620.
Educator.

Concio.

B.V.

S. Ioseph.

SSS, Trin.

nitas,

No...

Hilpanus
Mexici
Iulij
ætat.
Soc.

B.V.

17. Iulij
Spanus
cronij

Angela

Confessio

Nostr.

nitās, atque indiuisa vnitas confitebimur ei, quia fecit nobiscum misericordiam suam.

P. FERDINANDVS
DE MENDOZA.

Hispanus
Hispani. 16.
Iulij 1648.
Aet. 73.
Soc. f.

B.V.

I Am inde ab ætate tenerrimâ quotidie rosarium Deiparæ piè recitabat. Fuit cū pensū illius necdum perfoluri oblitus cubitum concessit: sed ubi experrecto in mentem venit rosarium obliuione omissum, se se illicd peruenit ut surgeret. Tum rosarium recitanti adfuisse dicitur splendore cælesti mirabilis virgo Mater, quæ ut in benè inchoatis pergeret illum cohortata, suam ei opem in difficillimis quibusque promisit. Et præstitit. Societatem ingressus & ingenij ac doctrinæ

specimen illustre dedit in cathedris, & in gubernando prudentiæ. Nullum diem omisit quin se flagris inclementer exciperet; orandi quoque studio apprimè addictus. Quare ut plus orare posset, minùs dormiebat.

Mortif.

IOANNES

ACKERMAN COAD.

H Vmilitate, laborandi assiduitate, hac piâ hilaritate fuit amabilis. Fuit socius dolorum (licet non mortis) P. Iodoci Mayering, & Andreæ Martini quos in mortibus illustribus ad annum 1634. narrat Alegambe, aitque tunc nostrum hunc Ioannem inter cadavera iacuisse, multa passum, tamen superstitem.

Germanus
Herbipoli
16. Iulij
1654.

XVII. DIE IULII.

P. PETRVS
ANTONIUS MARSINEZ.

17. Iulij Hispanus
Luncronij 164.

Singulari erga pœnitentes charitate, patientiâ, dexteritate præditus erat, non sine admirandis euentibus. Suâ suauitate, ac ad audiendum promptitudine quendam tranquillitati restituit, qui ab octo iam annis per artes Dæmonis ut Crucifixum, & rosarium abiiceret suadentis, & miracula se cum illo facturū falsò promittentis, Sacramenta vsurpare non poterat; cū & Confessarij illum horrerent, nec Eucharistiam posset accipere. Alius in finē vitæ ab illo deprehensus, conspecto ad latus P. Petri viro luce circumfuso eodemque hortatore omnia, quæ à 40. annis tacuerat flagitia sublatâ voce lachrymisque vberim

fusus confessus est, Dæmonibus ne quicquam minaciter absterrentibus, ne id faceret. Aliàs in loco deuio errans, reperit fœminas duas, quarum altera iam animum obstinârat, peccata sua nunquam suo Parocho confiteri, cū tamen istic alius confessarius nullus esset, altera, sanguinis fluxu debilis, per 8. dies Deo supplex petierat ut diuina prouidentia confessarium sibi submitteret. De Rosario cū diceret ad concionem ingens cereus supra B.V. imaginem ardere conspectus est, Populo P. Petrum ardentem B.V. cereum appellante. Aiunt illum cum æger à medicis depositus olim decumberet, statim atque Deo promisit se Societati daturum nomen, à morbo conualuisse: cū verò à destinatione illa relanguesceret, periculum rediisse. Inter obsequia charitatis apud peste cō-

B.V.

Cereus B. V.

Vocatio.

E E

tactos

Mors.

tactos lue ictus Abecia amico sacerdoti, à quo extremum vngebatur ploranti, si scires, inquit, charitatem, quâ propediem iungendi sumus in cælo, haud fleres. Triduo post Abecia ille morientem P. Petrum secutus, vaticinationem illius implevit.

P. ANDREAS

BOTTELBERCH.

Belga Mechliniæ 17.
Iulii 163.
ætat 56.
Soc. 38.

B V.
Sabb.

Humil.

Imag. B. V.

Castitas.

Conf. quot.

Charitas.

Mors.

PER ipsos 27. annos magno fructu, & religioso exemplo concionatus est; & quidem de B. Virgine tam feliciter doctè, flagranter vt B. Virginis Ecclesiastes diceretur: Hanſuickanam B. Virginem cum sabbato quouis inuiferet, illam eminus conspectam vcrbis Angeli salutabat, eodemque die domi aliquod humilitatis officium obibat. Beneficia illius perscirè laudabat; seque aiebat non semel ab illa sospitati à graui agitudine restitutum. Cum Archiepiscopo quoque Mechliniensi transegit, vt palam Deiparæ imagines colendæ proponerentur in locis magis conspicuis, atque illustribus. Felix fuit in amoliendis imaginibus impudicis: & in persuadendo, vt magistratus vetaret, ne vllus palam natate auderet. Animum confessione quotidie perpurgabat. Angeli ei illi oculi fuere potissimū cum foeminas visitaret, & fuere illi veri indices perpetuæ illius pudicitia virginitate illas florentis. Duobus ante mortem mensibus videbatur mortē opperiri; adeo se omnibus exuebat, adeo ardebat dicendo, adeo accuratè ad singula erat attentus. Ager quid veller rogatus; calum, respondit; & simul animam exhalauit.

P. BERNARDVS

REVSS.

HVnc tum adhuc puerum P. Ioannes Vasquez Pernuij Procurator in comitem adſeuerat. Vbi etiam ad Societatem postea est admissus. Quotannis anniuerſariâ eius diei luce quâ illi primò adhæserat, positus coram P. Ioanne genibus gratias ei agebat, si adefset; per literas, si abesset. Primus castimonie nitor in illo emicuit, Deiparæ singulari auxilio conseruatus. Ad immanem in America meridionali Ciunciorum gentem dum tenderet, eo ipso tempore quo religioso Sacerdoti eius itineris comiti; pro mortis, quam imminentem expectabant, apparatione, vltimū confitebatur, in valle Apollo, sagittis vnâ cum illo, aliisque confixus est. Tribus iam sagittis faucibus, Crucifixum arripuit, & sublaris in cælum oculis expirauit. Corda, illius, & aliorum, extracta, & vnâ cum sagittis combusta sunt. Aiunt illum iam antea prædixisse, futurum vt in fidei odium à Ciuncis caderetur. Et verò idcirco Societati nomen dederat, vt Christum gentibus annuncians mortem cruentam gloriosus opereretur.

P. ALPHONSVS

ESQUERRA.

Hic sui Patris misertus, eum licentius viuentem, fufis pro illo ad Deum precibus conuertit; ei que persuasit, vt Beatissimæ Virginis officium (velut pro amuleto benè viuendi) quotidie recitaret. Vnde ille moriens aiebat; se per filium suum saluari. De Patris morte (per quietem an aliter, incertum) absens certior factus, mox è lectu-

Pargator.

lectulo surrexit, & pro illo defunctorum officium recitavit. Postquam Archidiaconi, visitatoris, aliisque functus fuisset officiis, rum Societati sese transcripsit. Bis quotidie se inclementer cædebat; quotidiano præterea usus cilicio, coque ferro & acuto adeo ut illud ægre posset à carne auellere. Cum diceretur: ecurr in his adeo modum excederet, respondit: *Quia victus tendo ad mortem*. Toro Aduentu, ac sextâ quavis feriâ, & Sabbato seuerè ieiunabat. Statim atque Societati se addixit, constituit amore Dei Matris omnia ea deferere, nec vnquam admittere quæ aliquid saperent deliciarum. Cibos nec sale, nec aliter condiebat. Herbis ipsis vesciebatur sine sale, aceto, oleo; nisi à vicino moneretur, ut adhiberet. Vinum non nisi extremis aliquot vitæ mensibus bibit; idque iussus. Ad cubiculum nihil vnquam esculenti, poculentiue admisit, vlllo ætatis vel valetudinis obtentu, totis viribus id deprecatus, licet à superiore aliquid mitteretur. Cum de Christo à discipulis in Emaus manere coacto, seu inuitato, meditatus ponderaret quomodo ipse quoque iam sanctè cogere Deum posset, ut cum illo maneret Deus, responsum internum audiit manifestè: *Fac tibi vim; & facies illam mihi*. Vnde illi nouum, ac potens ad se assidue peruincendum calcar accessit. Aliàs, cum se Deo totum offerret, audiuit claram, sed internam, vocem, quæ aiebat, illum esse sicut eum qui dicebat amico: Accipe hos 500. ducatos: & nunquam eos illi dabat, neque de arca eximebat. Extremâ ætate surdus cum esset, inde quoque sui contemnendi occasionem captabat: gestabatque suspensam è collo tabulam cum literis alphabeti; quas Alphunso ostendebat qui ei loqui optabat, monstrato eo literarum ordine quem verba dicenda poscebant. Cum

aliis præesset, induci non poterat ut noui quicquam indueret. Rosarium serico filo insertum non prius acceperat, quam ei loco serici chorda è fidibus inderetur. Biscoctum, ut vocant, panem, qualis ægris porrigitur, ne in morbo quidem admisit, cum diceret; bolum illum pro religioso esse nimium pretiosum. Nunquam, nisi acceptâ à Maioribus facultate vel vnicam chartæ particulam, aut aliud quicquam, acceperat aut dedit. Tota eius supellex erant duæ è charta imagines; altera Christi cruci affixi, altera Dei Matris; cuius cultu perficiebatur in arte salutis. Etenim cum aliquando quiddam à superiore sibi impositum, excusatione interpositâ fuisset à se amolitus; & postridie, more solito, se Dei Matri in seruum & mancipiolum (ut ille loquitur) commendaret; responderi sibi in corde audiuit: Ad quid volo te ego; nisi ut seruias, labores, obedias? Quæ vox illum, sui memorem, in verecundiam, & in lachrymas vbertim dedit. Quocirca illico à superiore id quod heri detrectarat petiit, atque obtinuit: & didicit eo experimento, in Dei Matris reuerentiam deinceps magis religiosè parere. Anno 1621. 6. Octobris, quo die officium recitabatur de Angelo tutelari, fama est, post orationem matutinam visum ab illo Angelum custodem ad latus specie adolescentis armati, formâ præstantis pileo tecti, & manu lanceam tenentis. Alphonsus cum illo per conclaue inambulans, veniam ab eo flagitauit, quod parum reuerenter cum illo antehac egisset per omnem vitam; quod erga illum adeo inurbanus fuisset, ac ingratus adeo erga Deum. Hæc dicenti vberes lachrymæ prorupere. Tum se abiecit in genua; & minores, quas vocamus, horas recitauit Angelo semper stante ad latus: qui Alphonsus postea ad Missæ sacrificium eun-

Paupertas.

B.V.
Obed.Ang. Cust.
6. Oct.
Manè.

Oratio

E E 2

tem

Sacrum.

Angelus.

Euch.

B. V.

Oratio.

Exercitia.

Sacrum.

Oratio.

B. V.

tem scribitur ad aram vsque comitatus; adstitisse celebranti; caput aperuisse; denique Christum in Eucharistia de genibus adorasse. Sumpto sanctissimo Sacramento videbatur sibi Alphonsus maiore cum reuerentia aspicere, haberi que ab Angelo quam ante sacrum. Videbatur item sibi videre illum presentem toto biduo: cumque inter recitandum B. Virginis coronam MARIÆ nomen pronuntiaret, Angelum propius recitanti sese adiunxisse. Inde Alphonso dolor acrior de peccatis, euagationum mentis depulsio faciliior, suauior in orando ardor & quies, cibi autem sumendi diminutio magis attenta, & seuera.

Alias tertio exercitiorum spirituum die post sacrum, perhibent Christum longè pulcherrimum ac splendore illustrem ab Alphonso conspectum; qui intra Alphonsum considere visus, ac eius animam instar formosæ paruulæ adstantem manu prehensam allocutus, dixerit: *Mane mecum paruillum.* Atque tunc intellexit Alphonsus, Deum velle, vt post sacrum gratias Deo prolixius redderet, ac tempus illud meditando potius quam in precibus voce fundendis transigeret. Tum se oculis animæ in Christum defixis, illum aliquantisper cum summo suo solatio aspexisse, Christo manus animæ tenere viso, animā verò hiantibus in Christum oculis quiescente. Idque sibi sæpius euenisse. Vnde hanc deinceps tenebat rationem gratias agendi post missam, vt primò totis oculis in Christum quem receperat aspiciendo habitaret, postea verò preces, etiam voce, depromeret. Ad orandum se diligentissimè comparabat; & postea horam ferè dimidiam dabat discutiendo, ecquid, quomodo, uè egisset. Extremis annis in ore illi semper habitabat *Aue Maria. Gloria Patri &c.* adeò vt etiam æger & in fo-

mno illa repeteret. Cum sanus esset, officium diuinum, & Beatissimæ Virginis semper de genibus recitabat. Librum illum, cui titulus, *Passus Sanctissimæ Virginis*, totum scripsit flexis humi genibus, quatuordecim annorum lucubratione adhibitâ. In vigiliis festorum Deiparæ, ac diebus Sabbati in triclinio se flagellabat. Cum à nemine se videri putaret, vbicunque Dei Matris imaginem videbat, fugebat humi venerabundus genua, & aliquantulum in ea salutanda morabatur. Hæc magistra consultrix illum expoliebat; & si quid erraret, commonebat: hæc ad filium introducebat. Cum aliquando versum illum *laua quod est sordidum* mente tractaret, videre sibi visus est animam suam instar paruulæ immundæ, ac è pluribus pannis confuto variè centone vestitæ: cumque sordes illas ac pannosam & variam vestem intelligeret esse symbolum affectuum terrenorum quibus erga suos consanguineos ferebatur, profundo cordis dolore tactus ingemuit, & videre sibi visus est illicò Dei Matrem panno quodam sordes suæ animæ abstergentem, atque maculas auferentem. Sed & post hæc videbatur illi conspici vlcus in anima, è quo pus & sanguis scaturiebant. Quod vlcus licet Virgo Mater assidue abstergeret, illud tamen manabat porro assidue. Atque hæc geri ei visa toto eo tempore quod durabat oratio, & ea quam adhibere solebat orationis disquisitione, item horæ minores canonicæ, & Beatissimæ V. Matris officium. Tum rosario inchoato videre sibi rursus visus est, quod Virgo Mater curando illi vlceri adhuc intenta, illud manu presserit, perpur-garit, clauserit, planeque absterferit, cicatrice relictâ. In hoc vlcere didicit Alphonsus macularum suarum, & sordium fontem esse affectum erga suos sanguine sibi coniunctos, quorum commo-

Spiritus
sanctus
Cor.Contritio
B. V.

Cor lectum

Spiritus S.
Anno

Mandatum

Confessio
nec.

Eucharistia

Humilitas

Crucifixio
B. V.Examen
particulareMors.
Mandatum

commoditatibus (perituris licet, ac breuibus) aduertit angi se studereque impensius. Atque hunc esse (vt ille loquitur) suarum prolapsionum Regem. Illa verò verba *veni, lumen cordium* expendentis Alphonfi cor Spiritus sanctus (vt Alphonfus videre sibi videbatur) instar columbæ se super illius cor ponentis insedit, iostro illud hinc atque inde verberans, vellicansque. Pro quodam impensius oranti Christus; *An te, aiebat, plus miseret hominum quam me illorum misereat?*

Aliàs cum contritionis actum singulari studio elicere fuisset connisus, intellectuali, vt aiunt, visione spectauit; à Dei Matre sibi cor Iesu ad vespendum offerri, ac in os porrigi dulcissimâ sui cordis hilaritate. Atque id sibi ait à Deipara quotidie repetitum vnus anni spatio, & amplius, vsque ad diem corporis Christi: quo die cum pro more *Aue Maria* recitaret, meditationem inchoaturus, adfuisse illi fertur Dei Mater, quæ magnam hostiam manu gerens, fractam eo modo quo eam sumpturi sacerdotes solent, ei in os ipsa imposuit, posteaquàm *Domine, non sum dignus* maximâ cum reuerentia pronunciaisset Alphonfus. Simul verò ait se extremos Deiparæ digitos exosculatum, atque inde sibi cor magno se profundissimè demittendi studio fuisse accensum, lachrymis vbertim manantibus. Anno 1623. post vltimum sacrum in exercitiis octidui celebratum, videbatur videre sibi animam suam à Beatissima Virgine in huius Christi latus inferri, Christo ipso etiam adnitente. Aliàs de Christi doloribus cogitans videbatur sibi à Christo amplexu stringi; ita vt Christus torum Alphonsum velut imbiberet, seu intra se condere videretur. Pro felici morte oranti manè vox dicitur ad aures è caelo perlata: *Intellectum tibi dabo: & instruem te in via hac quâ*

gradieris: firmabo super te oculos meos.
Plura de illo in vita ad annum 1637.

P. IOANNES

PAVLVS CARLETTVS.

Magnus orandi artifex fuit, & magister, quâ experimento, quâ rectione aliorum, quâ lecto, ac penitus medullis condito P. Iacobi Aluarez de oratione tractatu. Magna illi inerat spirituum discernendorum perspicientia: vnde dolî ab eo sunt in eo argumento nō semel deprehensi. Quapropter ab astutâ fœmina sic detectâ, eoquē iratâ, periculum subiit ne ad inquisitionem traheretur, de obsecrnis facinoribus per summum mendacium accusatus. Varia illi erat mentis cum Deo præsente perpetuò occupandæ industria, & iaculatoriæ aspirationes cum aliâ, tum hæc latina: *Deus meus, & omnia; volo tibi tua, volo tibi tua.* Qui cum illo conscientia suæ negocia tractabant in moribus, & in modestia vestium noscebantur. Fœminas cultu nobiliore vestitas impensè horrebat, nec oculis dignabatur. Oculorum ac linguæ dominatu insignitè excelluit, nunquam nisi benè de vilo auditus loqui. Ægro illo, expositum in templis pluribus SS. Euch. Sacramentum, & preces instituta: at ille se obiturum disertè prænunciabat: id sibi aliquot ante morbum diebus promissum à Deo, cum quereretur se hîc tam diu hære, nec Deum vnquam vidisse, à quo tot beneficiis fuisset ornatus. Incidit aliquando in Ioannem Baptistam Mochum Ianitorem (de quo alibi) eo ipso tempore, quo ille Angelum custodem ad cubiculum, vt prior præcederet inuitabat; & videre sibi vius Angelicum illum spiritum; ei reuerentiam humi prostratus exhibuit, admirabili lætitiæ suauitate per dies plures

Italus Placentiæ. 17. Iulij 1647. ætat 49. Soc. 25.

Oratio.

Iaculat.

Lingua.

Amor Dei

Ang. Custos.

Pia collo-
quia.

Cor.

Tempus.

19 Iulij.

plures inde redundante perfusus. Ex ore P. Ioannis diuina cum quibusdam tractantis visæ sunt flammæ quædam igneo volatu erumpere, quæ ad eiusdem cor appulsæ videre desinere. Alteri cuidam ostensum est diuinitus, P. Ioannem præ concionatore quodam (probæ licet notæ viro) Deo esse magis acceptum. Tempus illi summo erat in pretio, ne quid ex eo deperderet. Et si quid se temporis perdidisse opinabatur lachrymis expiabat. Terriò post mortem die duobus ante Solis occasum horis cuidam è suis, cuius

conscientiam gubernarat, magno splendore paludamentisque amictus apparere visus dixit se ferè tridui spatio in flammis Purgatoriis expiassè noxas, quas in Congregationibus, ut vocant commiserat. Explicuit simul caruleo paludamento quo splendebat assiduum orandi studium indicari; candido, puritatem, rubeo, charitatè, ac tolerantiam aduersorum. Eidem, si quid aggredi veller, consultus P. Ioannes consilium dabat, & futurum successum sæpiùs indicabat,

Purgator.

Oratio.
Calum.

XVIII. DIE IULII.

P E T R V S

DOLIGIER COAD.

18 Iulij Gal-
lus Auenio-
ne 1604.
ætat 56.

Patientia.

Mors.

Morientes.
Noctia.

AB ingrauescente ischiade mira patientiâ & laborum perpeffione perstabat, alacritate perma-
gna mirabilis. Vespero ad synaxim diei sequentis ut se pararet, confessionem obierat, & eâ nocte placidè in idipsum dormiit, ac requieuit in pace, mortuus manè repertus. Eâ nocte de nostris non nemo brachio tacto excitari, se ac moneri sensit, hac etiam voce auditâ:
Vigila Deoque vnum commenda è fratribus, qui iam nunc agit animam.

ad obsequia eius quam vnicè amabat, commendabat, luculentæque facundia extollebat inter socios beneuolentissimæ charitatis. Planè ex illius virtutis indole, genio, disciplinaque proficiscebatur quicquid ageret, diceretur. Hilaris ægrotum minister ac totus charitas. Hydropem ita ipse tulit, ut dissimulanter planè illum habuerit, cuius bene valenti par animi tranquillitate, licet iam ne decumbere quidem posset in lecto, sed mortem sedens opperiretur in sella.

Vocatio.

Charitas.
Morbum.

DOMINICVS

FABER COAD.

Religiosi laboris assiduitate magno exemplo præluxit coadiutoribus ut orandi ac laborandi impigritate se Societati probarent. Florentiæ cum templum ædificaretur egregiè suam operam nauauit Deo, cum esset faber murarius. Respondit pio labori liberalissimus Deus. Etenim ait de illo Societatis historia, cum ex longo morbo propè extremum vitæ curriculum accessisset

Florentiæ
incerto die
Vide hist.
Soc 1581. n.
60.
Angelus.

Morbum.

N O E

LEO COAD.

Germanus
monachij.
18. Iulij
1513. ætat.
70. Soc. 48.

Cum literarum esset omninò rudis Cac Societatem se facilius impetraturum à quopiâ iam audisset, si literas condiscerat, adultam iam ætatem ad infimos paruulos ad elementa literarum discenda lubens demisit. Idoneus erat ad omnia, & promptus

cessisset, eleganti facie adstirisse iuvenem, qui se venisse dicebat, ut illi supremo tempore adesset. Nempe hisce solatiis dignatur cælum eos qui sancto laboris Dei causâ perseveranter impensâ sudore madidi, requiescunt à laboribus suis.

EMMANUEL

A COSTA COAD.

Lustratus
in Brasilia
incerto die
anno 1637.
ætat 33.
Soc. 13.

Mortif.

Sedulus in labore, diligens in valedudinarij munere, sibi verò magnopere semper infensus, afflictiandi se vsu perpetuo clarus eminebat. Vnde magna id genus supellex postea reperta penes eum est quâ ille se cruciabat. Farnambucum an abire vellet rogatus, respondit se nauim illicò conscen-

surum, si iuberetur, licet cum discrimine capitis manifesto. Maiorum enim, aiebat, est præcipere, & meum obedire. Nocte qua Emmanuel migravit è vita, vir simplex ac rectus, & cuius probitas fidem faciliè commere-tur, dixit visam sibi è collegio nostro progredi illustrem pompam, quæ de Societate mortuum quempiâ, triumphali potius quàm exequiali apparatu efferebat, non in feretro, sed in tape-te sericeo decumbentem. Secutam gloriosum funus frequentem candida-torum coronam, quæ multa vndique luce illustris, flores candidos sparge-bat, signa lætitiæ. Hærebat hæc vi-dens ecquid vellent; sed manè nunciata sonante campano ære Emma-nuelis mors dubitationem illi omnem exemit.

Obed.

Mort.

XIX. DIE IULII.

P. LAVRENTIVS
MASSONIVS.

19. Iulij Ita-
lus Manilæ
1631. ætat.
75. Soc. 49.

Zelus.

Crucifixus.

B.Y.

Baloyfij in Theologia Romæ Condiscipulus, postea in Orien-tis India magnos labores exan-tlauit itinerum, probrorum, verbo-rum, carcerum, nauigationis, frigo-rum, famis per annos 30. vnde illi per-fecti viri nomen ab Hispanis, indi-genisque adhæsit. Copiis Catholicis Sacramenta ministravit, victoriam-que pollicitus cum Crucifixo præiuit, & victoriâ potiti nostri Ternatem in-sulam recepere; ubi foricum ingentem vim sacris exorcismis ritè execratus abegit. Aliàs cum Barauus Victor vi-ctos omnes persequeretur, Patrem, Laurentium istic immorum ignarus omisit; id quod Beatissimæ Virginis o-pe factum, quæ noctu illi conspecta

est & visa hostem morari ne noceret Laurentio. Enimuerò ita ei videba-tur, cum hostem ipse præiret, a ho-stis præeuntem sequeretur, sed non assequeretur, iniiciente illi moras eâ quam videbat Virgine Dei Matre. Triduo impastus latuit in vepreto tandem cum sitiret, repente, ut aiunt, aqua è terra profiliit ad frim Lauren-tij restinguendam, & eâ extinctâ eua-nuit aqua in terram redux. Frequentes illi manabant ab oculis lachrymæ, quòd se nescire diceret satisfecisse illis peccata sua eluisset. Quotidie se (ut ie-iunia, & cilicia crebra taceam) verbe-rabat; à demonibus quoque aliquan-do ita malè tractatus, ut lectulo de-buerit hære affixus. Nullam vn-quam legem Societatis visus est ne-glexisse, vel præterisse. In morbo bis quotidie sacram exomologesim obi-bat, ut se vnde quaque perpurgaret.

Siti.

Oratio.

Mortif.

Confess.

quotid.

P. IOAN-

P. IOANNES

RIBERA.

Hispanus
Cali. 19.
Iulij 1649.

Confessio.

Prædictio.

Concio.

Dæmon.

A pud Popai anenses, ac latè in Quitenſi vice. Prouincia, quæ ibat potens opere ac sermone ita animos permiscebat, vt Niniue vndique seriâ pœnitentiæ significatione appareret. Tribus, qui mineris præerant, Sacramenta procrastinantibus minaciter prædixit fore vt sine Sacramentis morerentur, nec Deum inuenirent, cui nunc vocanti parere contemnerent. Ita euenit. Etenim eorum vnus repentino morbo, alter inter canandum à Mauro seruo in iugulo faucius, Tertius ab eo qui cum cum sua vxore impudicè versatum fuisse suspicabatur confossus, citra SS. Pœnitentiæ, ac viatici Sacramenta interiëre. In Toro vrbe cum abiturus quendam necdum peccata confessum sciret, palàm pro concione monuit; vt qui confessus non fuisset, id nunc faceret Patre præſente, ac inuitante. Nam si nunc prætermitteret, futurum, vt Patrem necdum in proximam Ansermæ urbem appulsum desideraret, nec habere posset. Perstitit alter peruicax: & Patre digresso, venam secari sibi curauit: quâ imperitè apertâ lāsâque arteriâ, miser ille Patrem ad confessionem accipiendam acciri ne quicquam clamans extinctus est. Rem vbi audiit P. Ioannes, aiebat se penitus non meminisse tale quidpiam à se dictum. Dæmonē, qui palàm concionabundus dicebat se Adamum esse, qui terræ cultionem, & Petrum, qui salutis viam Populos doceret, ac arte illâ eos ad idola trahebat, ad silentium coëgit: seductos ab illo omnes expiauit,

diuinâque synaxi refecit. Ægro illo dicebant Calenses, paratos se vitâ illius vel dato in pretium cordis sanguinæ toto redimere.

P. FERDINANDVS

VASQVES.

Hunc annuè laudant à Mexicanæ linguæ scientia, & incredibili studio indigenas adiuuandi. Vnde Parochi & lachrymis, & exequiis quàm splendidissimis sunt eum persecuti. Aiunt eadem, mulierem istic fuisse libidine, aliisque vitiis infamem hæc sibi visa est per quietem videre Vasquium, atque audire magnoperè mouentem, vt cuidam de Societate de suis flagitiis confessâ, honestam vitam institueret. Cui illa ita morem gessit, vt à mortuo benè viuere, didicerit, fidemque fecerit eorum quæ narrabat.

Angelopolis
in Mexico
1593. locor.
to die.Discedit mor.
te.

Confessio.

P. STEPHANVS

BAROELIVS.

Hic Parauio Bassanum missus, omnes locupletandi se occasiones summâ abstinentiâ repudiabat, nullis interea seruandorum hominum viis, nullis artibus prætermisiss, vt anno 1547. de eo loquitur Orlandinus: qui etiam ait, nihil illi ab vllò missum fuisse, quin gratè comiterque remiserit: eoque sensisse, in ore pauperis esse longè fecundissimum Dei verbum. S. P. N. Ignatio fuit impensè addictus; & de eo loquens, liberatum se olim Romæ grauiſſimo morbo S. P. Ignatij precibus fufis ad S. Petri in Monte aureo, memori mente prædicabat.

Italus Ge.
nuæ 1587.
die incerto.

Zelus.

Paupertas.

S. P. Ignatij.

XX. DIE

XX. DIE IULII.

P. MICHAEL

DE REYNO.

DVo in hoc viro laudate præ aliis memorantur. Alterum, quod magnâ patientiâ, constantiâ, & assiduitate, ipsos 20. annos Grammaticæ institutioni inter scholasticum puluerem impenderit rarâ laude; alterum, quod incredibili orandi studio singularis, nobile eius occupationis argumentum stimulumque habuerit beneficiorum Dei memoriam, gratumque animum. Quapropter diuina beneficia particulatim descripta in scheda è collo suspensa gestabat ad cor, ceu tesseram officij memoriæque perpetuæ ac sanctimonix amuletum. Prædixit, Madritanum Collegium non prius fundatorem habiturum, quam fundato, quem ille impensè virgebat, Catechismo. Vtrumque factum anno 1600. aiunt annua Coll. Manticiani seu Madritensis anni 1604. Mariâ annâ Austriacâ collegij fundatrice.

P. AMBROSIVS

GERARDINVS.

Magnæ humilitatis ac pietatis, ac patientiæ admirandæ, fuit P. Ambrosius. Cum enim, vt per scriptum de illo est in annuis, totus ferè vlcus euassisset, quippe ex quo indefinenter vermes scaruriebant maximâ copiâ, qui carnes exedebant non sine dolore, ac fæore terribissimo; nunquam tamen, vel minimum edidit impatientiæ, aut mæstitiæ signum; sed animo pariter ac vultu tranquillo eos con-

solabatur, qui ad ipsum consolandum tantis oppressum doloribus non sine commiseratione lachrymisque accedebant. Addunt tamen in summis Iulij mensis caloribus sit extinctus, quoter odor halare de cadaueribus confestim solet, in P. Ambrosij cadauere sine fæore vlllo, odorem quendam, & suaueolentiam deprehensam; cum tamen viuum eius corpus, & putredo, ac vermes, graueolentiâ suâ naribus accedentium fuerint permolesti.

Mors.

IOANNES
LASCOVVSCHI SCHOL

Symma in hoc eluxit cum ingenio insigni humilitas, quam, dum in scholis doceret, cum obsonatorem palam sequeretur, verbis, vestibus, omni exercitatione testabatur. Quoridie se acriter verberabat. Licet nullius vnquam peccati mortalis reus crederetur, tamen à confessariis martyr internus vocabatur, ob anxiam animi conscientiam, quæ illum toto decennio sollicitum miserrimè laniabat. Eos quos magistratus morte plestebat, precibus, & flagellatione sui prosequabatur. Nostros mortuos non coronæ tantum recitatione, sed & adiectis flagris iuuabat.

Polonus
Cracouiæ
20. Iulij.
1624. ætat.
25. Soc. 10.
Mortif.

Purgatoriū.
Mortific.

P. GERARDVS

PAESMAN.

Iisdem crucis ferreæ atque acutæ, collaris, manicarum, pedicarum aculeis dirè horrentium, ignis lenti, salis & aceti tormentis, quibus Philippus

Belga Traiecti 20. Iulij 1638.

FF

lippus

lippus Nottin 14. Iulij narratus, hoc die per horas decem, obtentu prodicionis, re autem verâ odio Catholicae fidei, ab hæreticis cruciatus mortem oppetiit gloriosam, vti post eum & Rector Collegij.

P. IOANNES

BAPTISTA BODDENS,

Belga ibid.

Ceruisiæ coctor quidam hostiliter quidpiam machinatus, ac tentus, in tormentis suggestos sibi à tortoribus (leuamenti & veniæ spe) Patrem Boddens Collegij Rectorem, & socios nominatim, dixit conspirationis esse participes; cum tamen ille nec Rectorem, nec socios vnquam nouerit, in magno manifestoque mendacio deprehensus. Fecit id ille spe vitæ retinendæ, certâ eius veniâ illi promissâ ab iis qui calumniæ conflatae autores erant hæreticis, sed turpiter deceptus, ex inopinatò cæsus est: id quod è Bullonij Ducis narratione liquet. P. Ioannes Bapt. Boddens per 22. horas primùm, deinde per quatuor alias durissimè cruciatus, intestino quoque ignis vi erumpente, ea passus est quæ fusè narrare otium non patitur, & calamus erubescit, sed non erubuit impudens & inhumana hæretici furoris sæuitia. Diffissa illi genua, læua manus emortua, caput securi abscissum. Hæc omnia in fidei Catholicae odium patrata esse, fama publica inter Catholicos, priuata instrumentorum supplicij veneratio, corpora honoratè sepulta, Ducis Bullonij epistola, & denique ipse Apostolicus Nuncius grauissimè contestatus est, literis ad Præpositum Generalem 6. Aprilis anni 1642. exaratis. Hæreticus Ministellus multis egit, vt illos ad perfidiam adduceret, sed contemptus est, & reiectus.

P. FRANCISCVS CORCIONVS.

DE hoc viro qui se in magna illa Neapolitanæ luis calamitate dedit victimam charitati, in heroibus meis ita scripsi. In domo professæ rei domesticæ procuracionem administrauit scitè, religiosè, vtiliter. Amavit hunc virum, & eo ad pœnitentia Sacramentum vsa libenter est per multa nobilitas. Inde illi administratio data est sodalitij SS. Eucharistia, cuius sodales *Zitti*, seu *silentiarij*, à tacendo, dicuntur; quod in sacro quodam silentio sua peragant. Hunc cœtū aiunt Sodalitatum in Societate vetustissimum atque ipso S. P. N. Ignatio superstitè institutum, postea à Greg. XIII. approbatum. Hoc velut Instrumento vsam Societatem ad Neapolitanos diuinis mysteriis frequentandis assuefaciendos. Valuit etiam autoritate atque industriâ per illud Sodalitium ad molitiones ætatem laturas, & opera pia vt vocant condenda. Eiusmodi sunt duo illa domicilia, quæ *conseruatoria* nuncupauère: alterum malè nuptiarum, alterum Virginum quæ pietatem, ac artes, quibus vitam sustentent edocentur. Prouidentem etiam diligentiam nauauit per illum cœtum, vt commoditas non deesset pro extrariis exercitia petituris; nostris autem viaticum ad missiones profectis. Denique Sodalitatis illius molem permagnam latè porrectam, eoquæ laboris plenam, non solum in flore conseruauit, verum etiam prouexit, auxitque magnis (etiam purpuratis) proceribus, ac ipso Prorege in illam adlecto, & Ferdinando Imperatore illi præfecto. Iam eius virtus plus quàm ordinariis incrementis sese attollens, eius in vulgus & vtilitates.

&

Modestia.

Testis.

& opinionem augebat. Intra se ipsum sese abdens, totus demissio, totus fuit modestia, & quoddam imitamentum Angelicæ imaginis. Erga alios, totus calor, totus charitas, totus cor videbatur; cum obsequio anteverteret afflictos, & inopes consilio dirigeret, ac promptè opitaretur. Illud vaticinationis illius veritati datum, quod Patrum cuipiam, quem metus pestis propè mortuali quodam mœore per-

culerat, Angelico quodam vultu serenus, citrà dubitationem asseueranter dixerit, atque ardentè: Caue timeas; fili, hoc malum te de vita non auferet. Dixit is Pater; se iis auditis mirum in modum tranquillatum. Et diu postea post tot vndiquaque tamque crebra pericula, eius prædictionis veritatem viuus, ac sanus testis affirmavit, superstes tot aliis, vnà cum ipso Corciono, eà luc absorptis.

XXI. DIE IULII.

P. GONSALVVS

P. IACOBVS

ALVAREZ.

A COSTA.

21. Julij Lusitanus in mari Iaponico. 1573.

Examen.

Oratio.

Fides.

Oratio.

Mort.

Celebrabatur ab orandi, & stata æris campani seu obedientiæ tempora obseruandi studio Gonsalvus; cuius documentum fuit, quod ad Conimbricam eo loco, quod socij ad recreandas vires ruri conueniunt cum primo æris campani signo ad prandium dato, se in odeum conscientiam introspectum recepisset, ac signo alio seu aliter, seu obliuione, neglecto, socij alij ad prandium conuocati venissent illo inconscio, ille obliuione omissus in odeo periphas octo horas genibus nixus perstiterit, usque dum sub imminentis cœnæ tempus istic repertus est. Adeo illi obtemperandi orandique voluptas præ prandendi necessitate fuit. Hic postea missus in Iaponiam Visitator multa tulit fecitque, donec in mari, hoc die, naufragio haustus, in littore mortuus est repertus orantis instar genibus humi positus, manibus verò sublati in cælum, quod animâ præmiserat corpori secuturo. Eius vitam latius do ad annum 1573. inter vitas illustres.

In pulpito, in cathedra, in rectione Prouinciæ vniuersæ fuit P. Iacobus vir tantus, ut inter suæ ætatis primos haberetur. Oratione, ac summi capacitæ ingenij par fuit summis quibusque muneribus pro dignitate gerendis. Quatuor fratres habuit in Societate, quibus ipse accessit quintus; & Romæ fuit Magister Claudij Aquaniæ, postea Præpositi Generalis. Antonius de Pazos Castellæ Præses, deinde Episcopus Cordubensis, tanti eum, ob dicendi felicitatem, ac docendi soliditatem faciebat, ut illum vnà cum Proceribus inuisurus, dixerit, Eamus, visamus vnum ex antiquis Ecclesiæ sanctæ Doctoribus.

Elapsis à P. Iacobi morte annis triginta, corpus eius repertum est incorruptum, & ad S. Mariæ de Prato translatus; cum à Societate illud petente ciuitatis Regalis Magistratus ad illum thesaurum à se dimitrendum adduci non posset.

Hispanus in Ciuitate Regali. 21. Julij 1585.

Mort.

FF 2

P. CHRI-

P. CHRISTOPHORVS
CORQUERA.

Italus Ba-
roli 21. Iulij
1639.

Itineta.
Charis.

Sancti.

Mortific.

Charitas.

IN Barolitano collegio per ipsos 46. annos magno virtutis præstantissimæ nomine vixit. Adolefcens, aliquando in ediam, etiam triduo, cum vno, alteroq; panis frustulo tolerauit. Gaudebat si quid alij haberent quo vires reficerent: ipse nihil præter quotidiana attingebat. Tres, ac triginta cælitcs delegerat præcipuâ religione colendos eo serè modo, vt appetente cuiuspiam ex illis festo per 8. dies à carniū esu abstinens, quotidie se verberaret, & lintea è lecto abiceret. Quicquid arduum habet exercitia charitatis, ipse primò sibi deberi aiebat siue noctu siue interdiu. Nobili viro segetes à caloribus aridas

exuri questo, eoq; mœstiori; Bono animo esto, inquit, hac nocte affluenter Deus segetes opportunâ pluuiâ recreabit: atque vt maiore gaudio tecumulem, spero aioq; te à Deo masculâ prole beandum. Vtrumque affirmavit euentus. Fœminâ vterum gerenti neque conscia masculumne ferret, an fœminam dixit, velle se proli nomen dare Ignatij: & verò illa masculum enixa est. Eidem postea iterum grauidâ hunc, inquit, Franciscum vocabimus. Respondet prædictioni & hic partus masculus: Tertio grauida Patrem de nomine consuluit: at ille rem silentio dissimulanter inuoluit. & illa fœminam peperit. Mortui P. Christophori corpus septimo ab obitu mense viuudum, ac recens repertum est arcâ licet ita putridâ, vt in alia noua condi debuerit.

Prædicit.

Belga
gis S.
noci
lij 163
Soc. 8.

B. V.

Mortific.

Mort.

Castit.

B. V.

XXII. DIE IVLII.

P. BARTHOLOMÆVS
COCHIVS.

22. Iulij Hispanus
Majoricæ. 1587.
Soc. 30.

Cancio.

Mortific.
Situ.

EXempli sanctimoniam, & dicendi felicitate magnam frugem fecit. Vnâ illius cōcione octo obscenæ mulierculæ aliquando conuersæ. Ad de mitigandos discordiosæ similitudinis furores videbatur aptus natus, & ad lites autoritate suâ terminandas, ita vt Prouerbio iactaretur; *Ipsè dedit*; & communis Patriæ Pater diceretur. Incredibili siti laborabat à diro hydropè accensâ; nunquam tamen, vel sæpius, vel plus guttulâ vllâ admisit (etiam cum præficer, aut ad populum diceret) quàm quantum Medicus, & Va-

lerudinarij minister iubebant. Aderat Morienti Alphonsus Rodriques, & cælos apertos videre sibi visus est vt à cælitibus exciperetur anima P. Bartholomæi morientis.

Mort.

Sabbat.

FRANCISCVS
DE MONTALBO. SCHOL.

HVnc Villagartiensis Domus annuæ aiunt nullâ letalis noxæ labere vnquam contaminatum; eundemque visum subire cælestem gloriam triumpho insigni, palmâ quoque pulcherrimâ spectabilem.

Hispanus
Villa-Gardi
22. Iulij
1627.

Mort.

Mort.

Italus
bonæ
Iulij
1627.
Soc. 2.

M. FRAN-

M. FRANCISCVS
VANDEN BRANDEN.

Belga Belgis S. VVI. naci 22. Iulij 1623. Soc. 8.

B. V.

Mortific.

Castitas.

B. V.

Sabbatum.

Mort.

Italus Bihonæ. 22. Iulij 1629. ætat. 38. Soc. 5.

Cum Deiparam enixè amaret, atque in scholis nostris ante initam Societatem de illius cultu permulta sæpè audiret, multa in eius honorem præstabat quotidie. Inter alia illud de illo fertur, quod per annum Beatissimæ Virginis honori & amori in ediam sibi indixerit à pomis, nucibus, aliisque fructuum cupediis, quibus ætas illa vel maximè oblectatur; ut pio isto obsequio quale quale sui palati, seu fructuum illorum sacrificium Deo, per Dei Matrem, offerret. Ancillam, quam domi procacè aduerterat, timebat impensè, eoque parentes tandem perpulit ut illam sua sibi habere iuberent. Nunquam domo abiit nisi venià à parentibus impetratà. In Societate nihil arduum esse credebatur, quod ope Deiparæ pervincere se posse non speraret: eiusque armatus auspiciis, atque ductu nihil diffidenter aggrediebatur, nil non feliciter ad finem deducebat. Ipris cum doceret, B. V. statuam per sodales Angelicos erigi curavit in scholarum arca, publico Mariæ pietatis inuitamento: & coram illa diebus Sabbati cereum accendit. SS. Sacramentis sæpè visendi tenereque colendi, paupertatis, temporis, librorum, suauissimæ comitatis amantissimus; si exandescere se sentiebat, silentio se domabat. Ager; & me felicem, inquit, morior religiosus.

P. FRANCISCVS
TAMBRINVS.

Altanifettense in patria sua collegium aliquot millibus aureorum iuuit; pietatis; & sacro cuidam silentio

(etiam cum Rector Collegio præf-
set) attemperatè addictus. S. Xaue-
rium vnice colebat iam inde à puero:
nempe posteaquam in profundum ar-
ctumque puteum prolapsus ac in cœ-
no istic, & aquâ volutatus, vidit ho-
minem eo cultu, quo pingitur S. Xa-
uerius lineâ veste, quam superpelli-
ceum vocamus; stolâque amictus; qui
manu Francisco porrectâ, illum aquis
iammersum eduxit, ut super aquam
emergeret mox inde so spes extractus.

S. Xaverium.

THOMAS
NICOFORI.

Svb disciplina Seminarij educatus, multum ante, ac post initam So-
cietatem operæ industriæque artulic
ad commodam rei Christianæ apud Iap-
ponios. Idcirco exilium, & ærumnas
à suis ciuibus odio fidei illatas susti-
nuit. Postliminiò redux ab exilio,
Nangasachi flammis addictus, & vi-
nus illustri morte in igne consumptus
est.

Iapon. Nā-
galachi.
22. Iulij.
1633.

Fides.

P. RAYMVNDVS
GVIRBAL.

In erudienda iuuentute, ac effusâ
Ierga pauperes charitate laudatè
versatus est, simplicitate animi, tran-
quillâ suauitate, humilitate ac indu-
striâ insignitè conspicuus. Eximie il-
lius charitatis fœtus Billomi fuit (ut
aiunt literæ Billomenses) pius ille ma-
tronarum cœtus (misericordia vocant)
iis legibus institutus, ut per illas pau-
perum salutem ac necessitati abundè, ac
prouidenter occurratur.

Gallæ: Bil-
lomi. 22.
Iulij 1656.
ætat. 64.
Soc. 46.

Zelus.

Charitas.

P. EMMANVEL

MARTIVS.

Iustanus
in Malabar.
Trichelo-
pali. 22. Iulij
1656. ætat.
63.

Fides.

Oratio.

Mortificatio.

A Banno 1624. in India, & ab anno 1625. in Malabarica Prouincia laborauit, alterum eius fulcrum post P. Robertum Nobilium. Multa pro fide istuc scripsit: multa pro eadem perpe-
sus est. Quater ea propter detru-
sus in carcerem, quod eam doceret;
bis adeo sanuum in modum vapula-
uit, ut sanguis illi per varias corporis
partes erumperet; cicatricibus diu du-
rantibus, & facie tota liuida. Quater
ductus in exilium publico populi sub-
fannantis ludibrio expositus est, fune
arque lapidibus de collo pendentibus;
ipse interea plenus liquidissimæ volu-
ptatis. Orabat assidue. Nec deest qui
iuratus affirmet; illum a se visum ra-
ptum, sublimemque in aere cum ora-
ret. Nunquam vultu, aut vocem per-
turbatione vlla mutauit, semper sibi
simillimus. Totis triginta, & amplius
annis quibus istuc laborauit, nunquam
vestes ad nocturnam quietem exiit;
nunquam lectulum habuit, pallio ter-
raque contentus, etiam cum febribus
æstuarer. Totis iisdem 30. & amplius
annis nunquam carnibus, aut piscibus
vesci voluit. Et dici potest perpetuo
ferè ieiunasse; cum ad refectiunculam

nonnisi paruulum è milio panem ad-
mitteret, per dies plures nullo alio ci-
bo refectus. Itinera pedibus exantila-
bat, nullà die prætermisà quin vir-
gineo suo corpori flagris infictis velu-
ti pensum quotidianum persolueret.
Nunquam vlli vlla in re molestus fuit:
nulli aliquid perenti vnquam quic-
quam negauit, si præstare id posset.
Quicquid ad suos vsus habebat, di-
spersit dedit pauperibus, paucissimis
ipse contentus. Quinque templa ere-
xit. Totis diebus erudiendo suo gre-
gi intentus, cum illo preces ac examen
conscientiæ instituebat, adeo perfe-
ctè his functus, ut Christiani ex eius
disciplina profecti ipsis etiam Socie-
tatis tyronibus propè pares essent, &
exemplo ad fidem non paucos ipsi
quoque pertraherent. A Ioguis sacri-
ficulis, illum plenum idolorum a con-
uersis acceptorum saccum domi ha-
bere questis, ad necem quaesitus, non
à Christianis modò sed & à multis E-
thnicis defensus est, qui nempe virtu-
tem in illo suspiciebant, & amabant.
Lignea sella quâ utebatur, etiamnum
in veneratione est apud Christianos
qui se ab illo lustratos in gloriæ suæ
parte ponunt: qui etiam templum su-
per illius tumulum erexere, non qui-
dem illius nomine, sed ut se ac suos ad
fidem, ac virtutem, illius etiam viri
memoriâ excitarent.

Charitas.

Fides.

Iohar-
guis Rh-
nis 21. I.
1610. So-

S. P. Ign.

Gallus-
nionis
incerto

XXIII. DIE IULII.

P. ANTONIVS

LOPEZ.

Hispanus in
Peruana.
23. Iulij
1596. ætat.
33. Soc. 32.

D Octrinâ, sui demissione, zeli ma-
gnitudine, latè percrebescente
sanctimonie famâ conspicuum
Antonium, arduis peregrinationibus

magnas Indis utilitates attulisse di-
cunt cum aliâ, tum anni 1596. literar:
vbi etiam clerici, qui frequentes ad
eius exequias confluerant, aiunt eius
cadauer admirabilem odorem fra-
grantiam emisisse. Epistola verò anni
1609. hominis meminit, qui se Lope-
cij peregrinabundi comitem sæpe nu-
merò

Cadaver fra-
grans.

Odor.

24. Iulij
spanus
pluri 157

Vocatio.

S. Diac.

Fidel.

merò fuisse aiebat. Is ex ore plurimum id credentium atque affirmantium asseuerabat, veneno necatum ab iis barbaris, quorum intemperantiam & ebrietatem, aliaque scelera, è Christianæ legis dogmatibus, monitor, nunc blandus, nunc acrior coarguebat; ab iisque pro martyre nunchaberi.

P. NICOLAVS.

PERRIVS.

Ioharinus
qui Rhedo-
nis 23. Iulij
1610. Soc. 6.

Videbatur extremo vitæ suæ anno mortem prælagire tum quia sæpius dictitabar; certum esse, futurum, vt eo anno istic sociorum vnus è vita migraret: tum quia se morti accinxit maturè, confessione iam inde ab incunabilis repetitâ: fama etiam fuit conspicuum illi S.P. Ignatium in Tyrocinio adfuisse.

S.P. Ignat.

MICHAEL

SARTRE COAD.

Gallus Aue-
nionæ 1598.
incerto die.

VM ruri ferè solus degeret Oeconomiæ administrandæ causâ, &

XXIV. DIE IVLII.

P. PETRVS

DE SAAVEDRA.

24. Iulij Hi-
spanis C6.
Iulij 1572.

CVm piissimæ suæ coniugi superstes, & de Societate Iesu amplectenda deliberabundus ad S. Didaci sepulchrum supplex consilium à Sancto illo flagitaret, strepitum Sancti corporis, & vocem (nesciebat intusne tantum an foris quoque) sonantem audiuit, quâ nunciabatur, è ma-

Vocatio.

S. Didacm.

à procacibus fœminis non semel ad turpia variè virgeretur, sese humi proiciebat in genua, & conceptam votorum religiosorum formulam recitabat ardentè: aiebatque id sibi semper præsentissimo remedio fuisse ad omnes turpes imagines è mente penitus abstergendas. Eam sibi legem fixerat, & per sanctè seruabat, vt si inopinatus quispiam euentus illi tempus examinis, vel orationis matutinæ interuertisset, nihil omnino cibi admitteret, nisi prius orandi, & conscientiam discutiendi tempora religiosè expleset.

Castitas.

Oratio.

Cùm ad collegium pro sacra synaxi sumenda pedes per 20. milliaria aliquando contenderet, inedia & labore elanguit ferè ad deliquium. Tum de genibus fudit preces; & (vt aiunt Auenionenses literæ) candidissimum panem in via conspexit; quo refectus, inusitatum vigorem sensit ad reliquum iter nullo negotio deuorandum.

Euchar.
Communio.

Oratio.

Cadaveris
grati.

Odor.

Purgatio.

obtu-



obtulisset. Plura dedi de illo in vita.

P. COSMVS

ALAMANNVS.

Italus Me-
diolani 24.
Iulij 1634.

Vocatio.

Oratio.

S. Th. Aqu.

Omnia SS.
enism.

Benedictus Cosmi Pater primus fuit qui Societatem Mediolanum appulsam hospitali sinu excepit, eo sanctæ opere pretio, ut quinque eiusdem Benedicti filij in Societatem immigrarent. Quo in numero fuit Cosmus, inter deliberandum repente voce illâ ad cor auditâ monitus: Societatem, Cosme, amplectere; ita pestilentiam euadens, in suscepto verò proposito te perseveranter permanfurum ne dubita; ita promissam perseverantibus salutem assequere. Paruit monito 16. annos natus anno 1575. & ad tyrocinium profectus, audiuit Mediolani pestilentis morbi cladem latè, ac fœdè grassari, & tunc intellexit internæ illius vocis arcanum, quo dicebatur sic pestilentiam euasurus. Obediendi, & Orandi artibus à Deo impetrare putabatur quidquid ab eo flagitaret. Etenim quàm ille promptus erat ad Deum in superioribus audiendum, tam promptè audiebatur à Deo cum oraret. Pauperum Confessiones tam lubens accipiebat ut eo humanis erepto ad pœnitentiæ ab illo administratæ sedem plures accederent, eamque osculis honorarent. B. Aloysius Gonzaga nescio quid mœoris in Cosmo aduerterat: & explicato è Psalmis versu quopiam, omnem illi doloris aculeam sapienter exemit. Hebescentem oculorum aciem aiunt illi non sine miraculo à Sancto Thomæ Aquinate, cuius doctrinæ totus erat addictus, integram conseruaram. Ut apud vniuersam cæli Rempublicam se prouidenter redderet gratiosum, ac suavi precum impendio sibi

opem illorum pro more, quasi emeret, collecto ex omni vetustatis, Bibliothecarumque memoriam Sanctorum omnium, quot essent Catalogo, innumerabilem illum numerum, quod potuit, numero secutus certè, non assecutus, effecit, ut neminem quoad sciret, ex vniuersa cælitum panegyri præterierit, cuius honori non vnam, ut minimum Dominicam, & Angelicam orationem dixisset; ut supremæ necessitati fidam auxiliarem manû ab omnia curia cælesti contra inferos pararet. Morbus illi omni virtute variè cumulat, ut potè quem ille à Deo multis precibus poposcerit. Ad eminentissimos virtutis actus animum surrigens, continenter illud veluti dolorum laxamentum ore hilari versabat: *Benedictus Deus! Laudetur Deus!* idque usque ad mortem.

GERARDVS

ANGELINVS COAD.

Magno ad omnem virtutem exemplo fuit Nouitiis, magistri socius. Inter orandum, cælestes delicias non semel degustauit; ad quas se paupertate seuerâ, & corpore asperè habito præparabat. Dum inter orandum aliquando toto animo æstualet, has voces diuinitus missas audire sibi est visus: Bono esset animo; illum electis esse adscriptum; neque hæsitaret id agere quod illi spiritualis pater præscriberet. Inde illi tenerrima, & ad eximiam virtutis decus expectata lætitia. Paucis ante mortem diebus ab Angelo custode eadem prorsus audire sibi est visus nempe, ut animo esset erecto; breui vnâ futuros in Patria Beatorum; & iam illum ab Angelis auidè expectari.

Italus No-
uellarum 24.
Iulij 1636.
ætat. 80.

Oratio.

Obedienti.

Mori.

Angelus.

XXV. DIE

XXV. DIE IVLII.

P. BALTHASAR

ALVAREZ.

MATTHIAS

MARIUS SCHOL.

15. Iulij Hispanus Bel-
monti 1580.
ætat. 47.
Soc. 25.

Sacrificium.

S. Ioseph.

27.

Constantia
in benedictio-
nis.

Imago.
B.V.
Medusa.

Oratio.

Obedienti.

S. P. Ignatius.
Marius.

Magna fuit huius viri tam cum Deo quam cum hominibus loquentis efficacitas ad imperandum, accendendum, persuadendum. Inter sacrificandum S. Theresia vidit illum splendore coronatum. Eadem illum in eminentissimo quodam virtutis eminentissimæ fastigio esse intellexit inter eos, qui tunc vivebant. In domo lauretana Beatissima Virgo illi singularem erga S. Iosephum cultum, pietatem, ut fama est, eximie commendavit. Ad S. Mariæ maiorem imaginem, quam secum Roma allatam in tyronum sacrario collocarat, noctes totas aliquando pervigilatione sanctâ duxit. Dæmon illum iam inde ab ineunte tyrocinio turbans, quietem illi promisit, si in B. Virginis cultu relanguesceret. Remitte, inquit, tu; ego remittam: præcipue erga istam sanctissimam, quam dicunt Mariam. Sed Balthasar ed in illa percolenda exarsit flagrantius. In B.V. imagine (quam secum gestabat semper) aspicienda, ne feminas in quodam spectaculo aspicere cogeretur, plures horas consumpsit. Sui odium, & diuinus amor, quantus in eo fuerit, illius epistolæ, discipuli, quibus dux fuit ad sanctimoniam, luculenta sunt documenta. Morienti S. P. Ignatius, & Angeli adfuerunt ut fama est, lectulo circumfusi. Plura de illo in vita ad annum 1580.

Ingolstadij Philosophiæ operam Inuanti Matthiæ, in horto stellæ quædam visæ; ac penes illarum vnam Virgo Deipara radiis & ipsa vndeque collucens materno vultu in Matthiam iucundè amanterque conuerso. Post paulò æger Landspargam missus, ibi ed, ut spes est, abiit quod illum stellæ, quoque Virgo Regina stellarum, & cæli, vultu illo amabili præmonens, inuitarat.

Germanus
Landspargæ
15. Iulij
1581. Soc. 4.
B.V.

P. MARTINVS

BENEDICTVS.

Quicquid illi dabatur in mandatis accuratè id ab eo perficiendum secutus erat superior, nullâ eius curæ parte sibi retentâ. De se abiectè sentiebat: idque non obscuris argumentis ita testabatur, ut verè illius linguam & vultum ab humili eius corde non dissentire indubitatum esset. Ad singulas horas ignea quædam suspiria vibrabat in cælum, & habebat id pro egregia internæ flammæ alendæ industria, neruoque rerum religiosè, ac benè agendarum. Heroicæ peste laborantium adiuuandorum palestræ semel superstes, in eadem iterum aditâ cecidit felix victima charitatis. Plura de illo dixi in albo Heroum.

Moratus
Pragæ 15.
Iulij 1649.
ætat. 53.
Soc. 30.
Obed.
Humil.

Sing. horum.
Oratio

Charitas.

GG

P. GVI.

P. G VILIELMVS

ROSE.

Gallus Cestochouia.
21. Iulij
1657. ætat.
30c.

Charitas.

Paupertas.

Mortific.

Charitas.

Mortific.

ERga Caluomontanum in patria sua Collegium, aded fuit beneficus, vt confundatoris quod aiunt, nomen tulerit. Cum Collegio Mussipontano præflet difficillimis temporibus, in publica inopia quatuor circiter francorum millia ad opem egenis ferendam corrasit; paratus etiam sacram suppellectilem argenteam erogare, si liceret. Veste vltus est aded attrita, vt vix adhiberi potuerit ad eum in illa tumulandum. Habeo id ex eo qui eum vidit Parisiis cælo valde frigidum, vnicâ, eâque perenni ac æstiuâ veste vti, non admittens vllâ è panno subuculâ. Lectulus illi erant nudi asseres; vnus alterque liber, ceruical; pallium reliquam lecti suppellectilem supplebat. Aliquando humile scamnum illi & pro lectulo & pro mensula fuit. Somnus quoque ac cibus perparcus. Toto anno, Dominicis ferè tantum exceptis, ieiunabat. Toto licet die aliquando in animarum adiuvandarum laboribus versaretur, tamen ne tum quidem totam noctem somno indulgebat, nocte dimidiâ ad orandum, legendum, scribendumque impensa. In Poloniam cum Regina profectus aula toti religioso exemplo fuit. In Silesia hospitium ei destinatum, alij quidam è ministris Regiis per iniuriam occuparant. Siluit Guilielmus, & cælo asperimus, sub dio pernoctauit; vtque malum in bono vinceret, eorum cuidam ægro, ipse quoque infirmus, dedit suum lectulum meliorem, ipse longè deteriore contentus. Cum catenam quâ utebatur, supremum æger in lateribus gestare iam non posset, morbo, & maiorum imperio prohibitus; illam gestabat è collo: quod signum

esse aiebat, se Deiparæ esse captiuum. Cestochouia, in honorem Deiparæ istic celeberrimæ, nouendiales preces pie instituit; vt veram, quemadmodum aiebat ipse, & solidam humanarum rerum despicientiam ab ea impetraret. Iam æger, quærebat è socio quem in diem incideret S. Iacobi festum. Eo autem festo illucescente, pie exclamans, Breui tandem, aiebat, Deo benè faciente, fiet ærumnis meis modus! Cum quora esset hora rogasset, ac secundam post meridiem esse audisset; Benedictus Deus, inquit, vna mihi superest laborum hora. Et ita vt dixerat euenit. Corpus à religiosis S. Pauli primi Eremitæ Patribus & exequiis honoratū, & sub ara sacelli Marianis miraculis clari ad dextrum lateris conditum est. Aiunt eum visis etiam cælestibus, & quibusdam admiratione dignis claruisse. Ex quorum numero non postremum censent illud, quod in morbo ante supremum proximo S. Nicolaus, vt aiunt, ei se spectabilem præbens, illum de ope sua implorandâ dicatur monuisse; & (an tunc an aliâs, incertum esse ait epistola) exhibuerit oculis ægrotantis varia chartacea emblemata, singula vocibus hisce inscripta: Polonia vastabitur: at orandum. in quorum vltimo hæc legit: Polonia restituetur in integrum: at orandum. Fide dignissimi testes vulgauerunt, se ab illo tacere iussos dum viueret, quod febres solâ manuum impositione non semel dispulerit. Frustra ex eius baculo ligneo simplici dicuntur vestes quas contingunt odore miro imbueri. Proximâ post mortem Cestochouia: obitam nocte, quidam de Societate sanctæ testatus est, videri sibi visum, auditumque P. Guilielmum quasi per ambulacrum ad aram primariam iret, cantaretque *Gloria Patri* &c. Nobilis fœmina, quæ auersum à se Reginæ animum dolebat, ope-

27.

Mon.

S. Nicolaus.

Oratio.

SSS. Trin.

opem P. Guilielmi implorauit, & sensit. Etenim eum sibi præsentem videre post mortem visa, se ad eius pedes abiecit, illo ex oculis abeunte. Persuasit deinde marito, ut voto concepto sacrificia aliquot curarentur in hono-

rem SSS. Trinitatis, cuius cultui P. Guilielmum impensè addictum fuisse constabat. Curata sunt sacrificia, & Regina hætenus inexorabilis, mirâ facilitate ac liberalitate illam, cui antea infensior videbatur, hilarauit.

XXVI. DIE IVLII.

P. MARTINVS
SMIGLETIVS.

15 Iulij Po-
lonus Ca-
luisj. 16. 8.
ætat 56.
Soc. 38.

Fia collo-
quia.

Institia.

Pljs sermonis in familiari congressu miscendi egregius fuit artifex non sine ingenio inferendi, & elisum restituendi: id quod erat insigne diuini amoris indicium, quem aliquando ferè extra se positus vultu quoque ipso sanctè prodebat. Cum 15. ferè esset annorum, puer illi æqualis post mortem ei apparuisse fertur, & rogasse ut libros quosdam (quos ipse à condiscipulis olim viuus ad vsum acceperat) reddi curaret iis ad quos spectabant nominatim expressis, id quod Martinus accuratè est executus. Contra hæreticos quâ calamo, quâ disputatrice linguâ, cum victoria celebri non semel decertauit. Familiare id est hæreticis, ut insigni quopiam contra eum à quo victi sunt mendacio fucum faciant populo. Id ipsum cum Smiglecio eorum cuiuspiam infelicitè vsu venit, Deo rem non dissimulante. Disputarat vlnæ contra Calvinum palam & præclarè victor Martinus. Digressis omnibus, Gabriel è Regis aula iuuenis hæreticus victum ex arena cessisse Martinum affirmans, mendacio fidem ut adstrueret malè se execrari cœpit ni verum diceret. Audiuit imprecantis diras, ac mendacium Deus; & periurus ille ita ut sibi malè fuerat imprecatus constringi sibi gut-

tur sentiens, angi suffocarique se vidit in arctum redactus. Verùm ubi se ab iis qui aderant adiutum aduertit, pœnâ mendacij minimè agnitâ, iterum malè sibi precari ac iurare perrexit, affirmareque verum fuisse, quod dixerat de victo Martino. Tū verò quem Deus indulgenter hætenus tantum terruerat tunc plectere voluit, ut vocant, in flagranti. Namque qui eum & peierantem audiebant. & ne offocaretur adiuuerant, aduertere stupentes repentinò illum iterum ad extrema redactum hætere, stupere, angi, constringi gutture periuram animam agere, suffocari, denique strangulatu miserabili collapsum planè intermori, magnum periurij, ac defensæ à Deo Martini seu Famæ seu Fidei documentum.

P. NICOLAVS
HENINGIVS.

EX hæresi puer ad orthodoxam fidem, deinde ad Societatem conuolauit, & Posnaniæ ac Torunij in Polonia Germanicâ ad concionem dicem magnas rei Catholicæ accessiones fecit. Paupertatem amore singulari complexus exquisitè illam colebat, vbiq; Breuiarij vetustate iam laceri pagellas calamo supplebat; vestibus quoque laceris delectatus. Deiparæ cultum alebat quotidiano eius officio,

Germanus
Torunij.
16. Iulij.

Fides.

Paupertas.

Mortif.

officio, & rosario recitato. Mortui cili-
cium illustri matronæ aliquid è San-

cti, vt aiebat, viri rebus poscenti, da-
tum.

XXVII. DIE IVLII.

P. L V C A S

XAMPELLVS NOVITIVS

27 Iulij Sar-
dus Cadari.
1566. ætat.
31. Soc 2.
Leuitates.

Exemplum.

Vocatio.

Exempli via.

Lingua.

Mortuus.

Hic ante initam Societatem poë-
si (non turpi quidem illâ sed
ludicrâ, & Sacerdotis nomini pa-
rùm consentaneâ) felici ad pangendos
versus vernaculos ingenio delectaba-
tur, & canebat iuuentus passim, quæ
Lucas lucubrabat, non sine stoma-
cho virorum grauiorū. Nosocomium
fortè ingressus, cum intentè contem-
plaretur P. Petrum Spiga (virum pri-
mæ planè virtutis) infirmis sese multi-
fariam impendentem, exemplo illo
vehementer permotus est; maximè
cū Spiga verba quoque pro inuita-
mento quædam illi subderet acria &
velut sagittas è Dei arcu missas. De-
dit operi manus Lucas, & postea So-
cietati nomen; in qua 20. mensibus
annos virtutum vixit. Dabo eius lau-
dum compendium è Soc. historia &
ore multorum; Nunquam vox eius
ore insonuit, nisi de Deo. Neque id
vnquam nisi cum audientium summâ
iucunditate: nec deerat quod sanctè
grateque diceret. Aded vena cordis
abundabat. nihil magnum, aut pa-
rum in eo animaduersum, quod le-
uissimæ culpæ affine, vel à perfectione
alienum videri posset. Admirationi
erat indefatigabile illius corpus pari-
ter, & animus laboribus charitatis.
Petrus ille Spiga verò vir sanctè per-
spicax ait, os illud sanctissimum etiam
inter dolores, ab laudibus Dei nun-
quam cessasse. Nunquam visus est
tristis; nunquam quicquam deside-

rans, aut anxius, aut perturbatus; sed
ore semper angelico eodem vultu ad
omnia quæ agenda erant accedebat.
Plura de illo in historia Sacchinus.

P. I A C O B V S

WIECVS.

Romæ in Societatem cooptatus, Polonus
postea linguarum, & omnis lite-
raturæ scientiâ clarus Sigismundi Ba-
tori Transylvaniæ Principis fuit ma-
gister. Facilis erat ad lachrymas tene-
ræ pietatis. In morbo supremo S. Au-
gustini exemplo 7. Psalmos pœnitentia-
les audiens meditabatur, lachry-
mis affluenter manantibus. Magna de
vivo, & mortuo, cum doceret, cum
regeret, in aula, & domi, fuit de illo
opinio. Dexterâ illius manus, quâ pro
fide orthodoxa plura præclare scripse-
rat, aliquot à morte annis consumpto
reliquo corpore inuenta est incorru-
pta. Ossa anno 1610. nouo loculo in-
clusa, & loco nobiliore sunt posita.

P. G V I L I E L M V S

LEONIVS.

Hollandicæ expeditioni 22. annos Belgæ Vl-
traiecti strenuè; quicquid æ-
mulî contra, quicquid alij fremerent,
& obtrectarent. Ultraiecti, rebus ma-
ximè turbidis, in turbido quoque sci-
tè feliciterque piscatus est; non minus
orandi studio quàm animarum quæ-
rendarum assiduitate laudatus; idque
aded, vt eum inter orandum dome-
stici

stici clarâ luce aliquando circumfusus repererint. Illud vehementer in eo admirati sunt alij, quod absentum

cogitata ita quandoque enucleatè aperuerit quasi eorum corde, ac mentibus introspectis.

XXVIII. DIE IVLII.

P. QVINTINVS
CHARLARTVS.

st Iulij Belgæ Tornaci 1556.

Quintinum ante Societatem quoque initam fama summæ virtutis celebravit quæ aliquibus ad fidem orthodoxam inuitamentum fuit. A Sancto Patre Ignatio Collegij Romani Rector renunciatus, ad omnia ubique idoneus magno animarum studio flagrauit. Pro quodam, qui SS. Eucharistiam pedibus impiè subiecerat, voluntariam sibi vnius anni à carnibus abstinentiam indixit, siue ut iniuriam diuino illi Angelorum panis factam quoquomodo sarciret; siue, ut impium illum conuerteret. Ab hæreticis nonnullis ad necem fraude petitus est; odio inde nato, quod illum tam studiosè rem Catholicam agere indignarentur. Prædixit se propediem moriturum. Idem alteri cuidam ex verò est vaticinatus. Et verò mortem ipse breui obiit eam, quam herodes obeunt in opere charitatis apud lue contactos. Supra illius, & sociorum duorum sepulchrum civium quidam lumina & splendores sibi videre sunt visi. Ludouicus Blois Abbas aiebat eius exemplum rei Catholicæ amplificandæ plus profuisse quàm Ecclesiastæ pro pulpitis, militesque in campo profuerint. Hæretici aiebant, in Patre illo nihile esse quod displicere possit, nisi quod esset Papista, siue Catholicus. Tornaci eum esset Canoniceus, domum aliquando sine pallio, sine tunica aliâs, nonnunquam sine cal-

ceis redibat, cum ea obuiio petenti, ac feminudo pauperi cuiquam dedisset. Noctu domos pauperum verecundorum visebat, S. Nicolai exemplo in eos liberalis: & cum sua iam dedisset, alios ad id genus eleëmofynam liberaliter faciendam inuitabat, vrgebat, pervincebat.

Elum.

P. FRANCISCVS
CORDVBENSIS.

Filius Ducis Cardonæ, & Segoræ marchionis Comarensis, dignus P. Balthasare Aluarez magistro tyro. Triclinium, præ teneritate intimæ demissionis, positus humi genibus vererebat, pauimentum osculis, & lachrymis veneratus. Ingenti animi granditate contemnebat quicquid honorum æstimat Mundus inspiens, publicos de vanitate triumphos agens contemptione sui palam nobili, etiam Salmanticæ in oculis vniuersitatis, cuius Rector olim fuerat. Si à quopiam minoris se fieri aduerteret, cum illo agebat longè frequentius, atque libentius. In tertiæ probationis anno cum è pago porcellos Villagartiam ageret ac eorum vnum fessum videret, eum in nobiles illos humeros sublatum portauit; ut olim in monte Cassino Carlomannus: domi quoque haram illi, altisquæ ipse crudis lateribus extruxit aluitque: idque sole ardente. Inde illi febris, & mors.

Hispanus Villa-Gartia 38. Iulij 1580. Soc. 2.

Humil.

IOANNES
ORTVNIUS SCHOL.Hispanus
Salmaticæ,
ætat. 13.
Soc. 9.

Obed.

DE hoc aiebateius in tyrocinio magister magnus ille Balthasar Alvarez; nunquam se in anachoretarum veterum vitis grandiora iis legisse quæ in Ioanne isto vidisset. Obedientiæ cæcæ insignia in illo exempla fuere; ut cum expectare iussus, sub dio perstitit caelo asperissimo, niue cadente; perstiturus totâ nocte, nisi reperi- tus tandem, & auocatus fuisset. Iussus certæ hortuli parti tres situlas quoti-

die aspergere, id præstitit etiam iis diebus quibus copiosus imber cade- bat. Examinis particularis tanta illi cura, ut cum libellum etiam æger in lectulo secum habuerit, nec examen omiserit usque ad penultimum vitæ diē. Cum à chirurgo lanienâ misera- bili cruciaretur, & chirurgus & medi- cus heroicam in illo patientiam stu- puere. Aiebat se non metuere mortem de Dei manibus venientem, nec do- lore terreri. Opiniō est, per omnem vitam ab illo nihil commissum quod existimari posset esse mortale pecca- tum. Diem eius mortis necdum com- peri.

Examen
partic.

Mort.

XXIX. DIE IULII.

P. IOANNES
MANVEL.29. Iulij Hi-
spanus To-
leti. 1586.
ætat. 16.
Soc. 14.

Charitas.

Præsentia
Dei.
Humil.

Mortific.

PRæter scientiam, & mores Ange- licos charitas in illo præstans elu- xit. Toleti Domui professæ cum præesset, neque nisi tres domi panes esse audiret, iussit tamen pauperi ho- norato panem flagitanti vnum ex illis dari. Vnâ ferè antè quàm ad trichiniū cundi tempus esset horâ, venit ad por- tam cum panibus adolēscens, & Ac- cipe, inquit nostro cuipiam, panem hunc; nec enim habent quo vescantur. Rogatus adolēscens, à quo esset mis- sus; negavit id sciri debere; & abiit. Cuidam è sociis hæc in mandatis de- dit, cum præesset: Quoties mihi obuius fies, toties me admone ut Dei meminerim: & vespere quotidie mihi refer quid eo die in me quod emendari debeat notaueris; & me coargue ut magister discipulum. Id quod quod accuratius præstabat is quē id agere iusserat, eō Ioannes vberio- res illi gratias referebat. Caninâ, quam

vocant, fame aliquando cruciatus, il- lam non nisi frusto panis cibarij, & aquâ mitigabat; neque medicinas ma- ioris pretij admittebat vnquam, cum diceret; debere nos, debere hoc legibus no- stris, ut verè pauperes & simus, & etiam videamur. Orâdi assiduitas omne tem- pus quod necessariis occupationibus non dabatur, obtinebat. Vnde ad la- xanda orandi otia, vnâ horâ post a- lios cubitum concedebat, & ante alios vnâ horâ surgebat. Magnæ sibi utili- tati esse experiebatur quoddam exer- citium quo uti solebat quadrifariâ 1. Omnia se in præsentis Dei oculis age- re cogitabat. 2. quicquid videbat, vel audiebat, ad eum referebat. 3. E sin- gulis introspectis inueniebat mate- riam de Deo cogitandi, & semper ac vbiq; gratias ei agendi. 4. Deo præ- senti omnia quæ aggrediebatur offe- rebat; & opere peracto eadem exa- minabat. Ex hoc hausisse creditur et- iam lumen ad futura quædam prædi- cenda. Ferdinandi de Auila tunc in- fantis auix dixit se ad concionem di- cturum

Pauperum.

Oratio.
Mortific.

Tras. Dei.

Eturum quando Ferdinandus Neomysta primum ingressurus esset ad altare Dei, pro primo sacrificio celebrando: id quod euenit. Moriturus, totus in eliciendos diuini amoris, & contritionis actus incubuit. aiebat opportunum salutis quærendæ tempus esse sanitatem; in morbo animum aliis distineri, aliud esse loqui de morte absente, aliud illam iam imminentem opperiri, atque sentire. Mortui gloriam cuidam diuinitus manifestatam ferunt. Quæ res magnam quâ Toleti celebrabatur opinionem confirmauit. Historia Societatis ait cum ægrè compulsus esse ut studia literarum prosequeretur, adeoque cupiuisse in humilibus Marthæ ministeriis vitam exigere: præclare diuina pro suggestu tractasse: cum laude tyronibus præfuisse: iracundam naturam studio & compressione sui assiduâ ad immutabilem propè lenitatem perduxisse: honorationum congressum demissè vitasse: cupiuisse ad suum collegium mitti valetudinarios infirmosque; cum diceret, per hoc opus charitatis, & orationes eorum, benedictionem cælestem descensuram in domum totam.

P. BALTHASSAR

PINNA.

Nvllius per omnem vitam lætalis. Noxæ cōscientiæ reus fuisse creditur. Orandi usu, ad concionem dicendi, regendique arte singulari præstabat. id, quod videns quidam, pro Balthassare desperanter ægro in vita retinendo se obtulit Deo, impetrauitque, ut morbus à Balthassare ad illum transierit. In Peruanam Prouinciā appulit 50. annos natus, & ibi S. Vincentij Ferrerij, S. Bernardini, S. Pauli nomine ob concionum admirabilira-

tem honoratus est. Cum & vitæ integritate, & linguæ gratiâ excelleret. Fama fuit aues quoque sui securas ad eum aduoluisse atque manu ab eo missas abiisse. Cum Collegia & Prouinciā gubernaret, nihil verebatur disciplinam sartam tectamque valde velle in quolibet ac enixè curare, quippue integerrimi atque accuratissimi ad singulas leges exempli vir, eoque impavidus, ac animum procul à laxamentis, à commodis, ab elegantibus, ab humanis respectibus habens. Si quid in aliis dissimulanter neglexisset, in se ipso seuerè, ac publicè castigabat. Ægra quædam insigni virtutis nomine celebris dixit sibi voce quadam internâ dictum: *Felix P. Pinna, quia viximum ex hac vita migraverit, recto cursu ibit in calum.*

P. CLAVDIUS

VIOLA.

Cerrâ Parisiensis Episcopatus adipiscendi spè posthabita, elegit abiectus esse in Domo Dei, sed odio perpetuo, & victoriâ persecutus, incredibili que martyrij, desiderio flagrans. Audomari seruierat peste infectis: eoque munere iam per plures menses perfunctus, aderat ægro cuiuspiam, qui stomacho indignante statim à percepto viatico, quod accepit vomuerat perucit se Claudius, & hausit quod ille reddiderat. Cum Indiam impetrare non posset, martyrij desiderium in diram sui carnificinam conuertit. Conclauis suo se abdens arundinem sumebat in manus, Christi patientis imitatione, coronâ quoque spinæ capiti impositâ: tum se fiduculis, mox virgis, deinde aculeis ferreis cruentabat, ita ut parietes quoque, ac pauimentum sanguine latè respergeret. Ex arcano eius libello putant aliqui

Aues.

Superior.

Gallus Barro-
duci 29.
Iulij 1632.
Humil.
Charitas.Victoria seu
Euch.

Mortific.

Pass. Christi.

Examen
partic.

Mori.

Mori.

Humilis.

Charis.

Oratio.
Mortif.Hispanus
Lime 29.
Iulij 1611.
ætat. 84.
Soc. 62.

Prof. Di.

Concio.

qui cum celestibus etiam visis recrea-
tum, Christi porissimum quem sangui-
num sponsum vocat, & sæpè in libello
ponit hæc tria *Iesus Maria sanguis.*

87.

XXX. DIE IULII.

P. AVGVSTINVS

P. PETRVS

DE VILLAZA.

HALLOIX.

Hispanus
1634. die in-
certo, in
vrbe S. Ia-
cobi Prou.
Chilensis.

Magnâ animarum Deo quæren-
darum cupiditate peritiâ, ma-
gnâ virtutis existimatione cele-
bratus P. Augustinus præclaram de se,
etiam post mortem, apud omnes opi-
nionem rem reliquit. Quâ incitatus
Hispanus miles, cum se à barbaris
saucium, & humi iacentem sine vlla
spe leuamenti videret, mortemque
opperiretur (quippe breui conculcan-
dus ab exercitu barbaro illac ubi ille
iacebat transiuro) P. Augustini licet
vitâ tunc iam functi, opem apud Deum
imploravit, & P. Augustinum illico
sibi adesse, ac se ab illo pallio contra
barbaros regi sibi videre visus est, do-
nec dilapsis barbaris, ipse quoque vi-
deri desit à milite vulnerato, & illius
opte contra hostes, mortemque prote-
cto. Quin & victoriam de barbaris
tunc relatam illi piâ quadam de illo
existimatione, adscripsere Christiani
victores. Hic est ille Augustinus quæ
in Cuncorum Prouincia ad aras diui-
nis operantem aggressi barbari, effuso
Christi sanguine, calicem ad combi-
bendum adhibuere. Compactus in
vinetula P. Augustinus, diserte præ-
dixit, illos tanti sacrilegij pœnas da-
turos propediem, id quod euenit. Nam
breui adfuit Ignatius della Carrera
Chilensium Insularum Dux, & per-
emptis barbaris qui sacrilegio illi in-
terfuerant ferè trecentis, tum calicem,
tum P. Augustinum illis eripuit.

A. MORTIS.

SACRAM.

Hunc virum eximiè commendat
insignis eruditio, nec minor in
orando ac se ipso seuerius afflicto
assiduitas. De illo sic in annuis Gal-
lo belgicæ: Natiua in illo elucebat
imago priscae simplicitatis. Totis pri-
mis decem in Societate annis aspe-
rum à carne cilicium vix amonit, do-
nec illud superioris iussu cum cinctu
cilicino commutauit, quod tantâ de-
inceps constantiâ per annos aliquot
gestauit vt sub inde per annum totum
illud nunquam deponeret. Iussu P. O-
liuerij Manaræi coactus & illud de-
ponere, ob valetudinem, eius loco sub
mediam noctem, ad orandum & se
flagellis diuerberandum surgebat
semper vsque ad 70. annum ætatis
nam tunc attritæ vires illum ad alias
mitiores se afflicti exercitationes
inuitauere. Humi ferè tantum, nec
nisi 5. vel 4. horas dabat somno 11. ad
pretium temporis redimendum 2. ad
excutiendum torporem, ac uendum-
que vigilanter ingenium somno hebes
3. quia vigilare quædam celestium
spirituum in carne, imò ipsius Dei
imitatio est. Nihil inchoabat incon-
sulto Deo: nec studere prius incipie-
bat quàm *veni creator spiritus etc.* pro-
nunciasset id quod aliis etiam suade-
bat: aliàs studia bonum aiebat exi-
tum non sortiri, nisi à Deo inchoata
ad Deum referantur.

10. Iulij Bel-
ga Leodij.
1636. ætat.
70.

Mortific.

Noia.

Studia.

MAR.

M A R C V S

LAINEZ.

Hispanus
Romæ 30.
Iulio 1541.

Formâ corporis, ac indole animi dignus Iacobo Laynez fratre germanus. Audierat ille Iacobum nouum Clericorū ordinem iniuisse; ac animi anxius, ne quam in haresim se impli-

caret, per tres ipsos annos symbolum Apostolorum pro illo in sacro quoti-
die recitabat. Romæ per *Exercitia* So-
cietati se addixit, cumque in Noso-
comio seruiret ardentius, febre corre-
ptus Iulio mense mortem oppetiit.
A funere, inquit Ribadeneira, statim
P. Laynio simulacrum illius oblatum,
iubet parentes de salute suâ securos
consoletur; secum enim agi præclare.

Fides.

Charitas.

Mori.

XXXI. DIE IVLII.

S. P. IGNATIVS
DE LOYLA

SOCIET. IESV FVNDATOR.

Hispanus
obit Romæ
31. Iulij
1556. ætat.
65. Societa-
tis confir-
matæ 15.

De hoc, tanquam Societatis pro-
uectore, bonâ Lectoris veniâ,
plura dicam quàm pro more
meo. Illustis Loyolarum Domus ap-
ud Cantabros in Hispania Oñazia-
næ stirpi à suis originibus illigata, lo-
co vetustioris reseræ nobilitatis (quâ
olim claritudinis & opulentæ suæ
testem habuerat) ob victoriam Beri-
bensis anno 1221. reportatam, pro in-
signibus *balsheum in aureo campo* à Re-
ge accepit. Hac Domo, anno 1491. na-
tus è Beltramo de Oñaz & Loyola, ac
Marina Sæz de Lizana inter octo fi-
lios postremus *Ignatius*, fratrem ha-
buit Martinum aliis superstitem, cu-
ius postea neptis Laurentia, Ioanni,
Beati Francisci Borgiæ filio, nupsit.

Ignatius Adolescens in aula Ferdi-
nandi Regis Catholici inter primores
educatus, deinde anno 1521. 20. Maij
cum Pampelonam defenderet, in cru-
re, murali pilâ, seu globo, vulneratus,
& 28. Iunij à vulnere ad extrema de-
ductus; eadem nocte à S. Petro Apo-
stolo (quem aliquando ingeniosè hi-

spano carmine celebrârat) visitatus
ac periculo mortis exemptus, cum de-
cumberet, lectis, ac eleganter in com-
mentariolum relatis Christi, Deiparæ
atque Sanctorum vitis, conuersus est.
Inde Christo se per diuinam eius ma-
trem dedicauit, contremiscente con-
clau: quod aliâ quoque contremuit
non semel postea, quando quidam in
illo hospites nescio quid designabant
sacro illo loco indignum. Ibidem no-
ctu peruigil, atque orans, non sine
longiore atque amabili morâ vidit a-
spectabilem sibi cum infante in sinu
puero Iesv Dei matrem, quæ illi om-
nes puritati aduersas imagines è men-
te planè absterfit; impertito simul do-
no mirabili castitatis in se aliisque
tuendæ, vt in loco dicam. Peregrina-
bundus deinde Ignatius, per iter se
flagris cædebat quotidie; quoad vs-
que in Aranzuzano Deiparæ Sanctua-
rio peruigilatione noctis vnus pera-
ctâ, ad Parthenium Serrati montem
concessit, vbi arma sua (totâ Dei Ma-
tris ab Angelo salutatæ nocte peruigil)
pro eiusdem tholo appendit, ana-
thema & symbolum dedicationis
cordis illi iam ex asse transcripti, ani-
mo per vitæ totius exomologesim ac-
curatissimam perpurgato. Aiunt, ter-
ræ Ignatii genibus tunc istic pressæ
pulueres

B. V.

Castitas.

Peregrina-
tio.
Mortificatio.
B. V.Dedicatio
sui.

HH

Mortific. pulueres ad morbos pellendos pluribus profuisse. Sacco demum quasi cilicino (post vestes pauperi donatas) amictus, Crucifixi Iesu, ac Deiparæ imaginibus in pectore semper gestatis munitus ad cor, à pueris irrisus, & homo à sacco appellatus, Mantelam profectus est: ubi saxum pro ceruicali, terram pro lectulo habuit; carne, ac vino Dominicis tantum diebus admisso, & reliquâ hebdomadâ perpetuo inedia tenore ductâ, duris cibarij, & mendicato corrogati panis frustulis, aut herbis, illi epulum breue parcumque præbentibus; quas ipsas delicias terrâ & cinere permiscebat. Sæpè triduo toto (semel per octo dies) nihil cibi, nihil potionis admisit. Quicquid à breuissima noctis quiete illi supererat, id omne obtinebat oratio, & repetitus corporis laniatus; cum semel post noctem mediam, deinde sub auroram, tum interdiu in se tertio, ac sæpè quinquies descenderet catenis ferreis, quas cum cruentas viderent qui eum obseruabant, & fusos humi sanguinis riuos, manantesque ab oculis lachrymas suspirijs IESVM & misericordiam implorantibus permistas, hærebant muto dolore attoniti, colachrymantes vbertim. Ibidem septenas omnino horas orando ducebat quotidie, genibus humi defixis. Deiparæ Villadordensis templum interuisebat identidem, nouo genere cilicij ex asperrima quadam planta contexti armatus, & lumbos catenâ ferreâ oneratus. Dæmoni aliquando, specioso, & insidioso obrentu mitiora suadenti, ac liberalis formæ adolescentis vultum induto nihil responsi dare dignatus, ad idem Dei matris sanctuarium contendit, victoriamque obtinuit ope Deiparæ istuc imploratâ in preces lachrymasque effusus, & ieiunio addens inediam longiorem.

Oratio. Dæmonem stellis aspersi serpentis in-

star dolosè blandum, aliàs horrendis monstrorum formis, & vlulatu, strepitu catenarum sibi oranti molestum despexit; & neque se loco mouere dignatus, ita vt genibus nixus orabat perstitit, etiam quando Dæmon variè vafer fœtam illigatis inuicem serpentibus nubem super orantis caput appendit. Paratum se aiebat Ignatius ferre quidquid Deus veller, aut dæmon posset permissu diuino: & sperare se victoriam Christi amore ac ope obtinendam. Ita & tunc & aliàs immundum illum spiritum per contemplationem pede vel baculo, vt canem, abigebat. De SSS. Trinitatis mysterio mira vidit, mira scripsit & tunc, & Romæ postea; etiam de creatione mundi atque aliis fidei mysterijs luce admirandâ perfusus. Ex orantis & à terra cubitis aliquot eleuati, ac splendoribus Sanctorum vndeunque colucentis Ignatij ore auditæ sunt hæ voces cum singultu fusæ identidem: *O Deus! ô Domine, si te homines nossent!* *Oratio.* Deus, amor cordis mei! conclaui quoque in quo orabat luce ab Ignatij facie vibratâ perfuso. In illa sua veluti Thebaide, diuinum illum, tantisque plurimorum vtilitatibus celebratum exercitiorum librum, inter admiranda mysteriorum cælestium meditamenta performabat; & genibus nixus, de Christo, ac rebus æternis tanto sensu animi loquebatur, vt iam tunc nobiles quædam quæ illum audiebant, octauo quoque die diuina Sacramenta frequentarent, vnde & Ignatius dicebantur. Agris tenerâ commiseratione seruebat, nec sine fuscis lachrymis aliquando: sæpè illos amplexus fouere, ac vlcera non semel exosculari conspectus, imò & saniem inde scaturientem, ingenti S. Catharinæ Senensis exemplo non rarò exugere. Admirabilis fuit Ignatiana illa hebdomada, quando in cælesti abreptâ in Deum *Oratio.* mentis

Sabbatum. mentis excessu, cum oraret, à Sabbatho ad alterum Sabbathum vsque iacuit sensuum planè impos; & illà expletà ad se reuertit, *Ah Iesv! Ah Iesv!* ingeminans. Vnde Sacellum in eo loco erectum *Sacellum raptus* est appellatum. Ibidem Manrelæ denique, rotis extremis octo mensibus, nunc in antro, nunc ad proximam illi crucem, Christum & Christi matrem vidit plusquam tricies, & crebro singultu illud inculcare auditus est: *In solo Christo, & in Christi cruce reperitur vera latitatio.* Vnde Ignatio, vt dixi sèper in sinu habitabat ad cor gestata ab eo Christi cruci affixi effigies, & imago Deiparæ sub cruce gementis; de qua plura attuli in annalibus Marianis Soc. Iesu. vbi de Ignatio dedi non pauca quæ hic nō repeto. Cælestem illum exercitiorum libellum ope Deiparæ conscripsit, quem & Paulus III. Pont. Max. Borgia Duce Gandiæ adnitente, approbavit anno 1548. 31. Iunij, ac S. Carolus Cardinalis Borromæus instar bibliothecæ ac encyclopiæ habuit, & sapientissimi quique plenum thesauris cælestibus reperere, ac laudare. Barcinonæ concionem attentè audientis Ignatij caput & vultus conspectus est radiis cælestibus, velut diademate, coronatus. Romam peregrè profectus est, tenerà erga Deum fiducià contentus pro viatico luculento. Romæ Venetias eunti Christus luce suâ splendidus apparuit, eumque intuitu amabili est solatus. Venetiis sub S. Marci porticu iacentem Senator venetus domum suam abduxit, cum noctu vocem de cælo accepisset velut exprobrantis, quod ipse in lectulo mollem noctem duceret, seruus Dei verò foris duram sub dio. Hierosolymam peregrinus appulsus, cum istic singula religiosè inuestigaret, ab Armeno minaciter raptatus, Christū in cælo spectabilem itineris ærumnosi

comitem vñà euntem vidit incredibili voluptate. Hierosolymus redux, Barcinone se studiis infimis tertio ac trigesimo ætatis anno addixit; quæ tandem Parisiis ad Philosophiam vsque Theologiamque deduxit; Xauerio istic, Fabro, Lainio, aliisque sociis adlectis in Societatem Iesu tunc nascentem, & in Mariano Martyrum monte voti religione firmatam, postea verò anno 1540. Romæ confirmatam à Paulo III. Farnesio immortalis memoriæ Pontifice visà instituti formulâ dicente: *Digitus Dei est hic;* atque à Concilio quoque Tridentino laudatam; posteaquam per iter propè urbem Romam ab æterno Patre se Christo crucis baiulo enixè commendari vidit, & Christi vocem audiuit discretè in hæc verba loquentis: *Ego vobis Roma propitius ero.* Id quod Ignatius Fabro ac Lainio eius itineris comitibus per diligenter narrauit, silentio imperato; & quod (variè licet agitata) semper verum esse experta est, Dei & piorum alis contra multiformes insidiatores perbenè testis Societas. Aliàs quoque Ignatius Christum tres ferè ac triginta annos nati viri specie conspexit vultu splendido, cum maiestate ardentem; ac per horas plures docentem audiuit. Vicentiæ 40. dies in sancto secessu, in ieiunio, & asperrimo vitæ genere duxerat antequam Romam veniret ad Societatem Pontificis oraculo constabiliendam, ac latius propagandam. Antonius eremita celeberrima magnâ virtutis famâ, cum in Ignatio nihil esse magnoperè inspicendum secum reputaret, diuinitus edoctus est quantus sanctus esset, atque quanto spiritu plenus Ignatius. B. Ioannes Texeda, notum orbis Hispani lumen, Ignatium vocabat *templum pacis, & sanctitatis.* Sanctimonie compendium illi erat perpetuum diuini amoris & gloriæ studium, sui que vi-

*Gradus.**Crux. Fiducia.**Oratio.**Mortificatio.**Testimonia de S. Ignatio.*

etoria. Hinc Sanctum Franciscum Xaverium in Indiam Orientis misit *forte ad fortia* istic. postea patrata decennio: vbi cum Xaverius in signe quodpiam virtutis eximie documentum rogatus, diceret: *vince te ipsum*: ac rogaretur cur illud tam crebro commendaret; respondit: *Quia hoc didici ex optimo parente nostro Ignatio*. Xaverium & alios ad sacras expeditiones mittentis acroama erat: *Irte! omnia incendite ac inflammate!* illo nempe igne amoris cuius aestu plenus, crebro ad superos misso suspirio, defixis in celum oculis, lachrymans, Romae ad S. Balbinæ vineam, aliasque dicebat identidem: *Heu quam sordet terra dum calum aspicio!* Et alias: *Domine, ecquid volo ego, aut quid velle possim extra te*. Hinc roto animo contendebat non solum id facere quod Deo gratum esset, verum id quod prae aliis gratum & ad maiorem gloriam Dei esset. Vnde per frequens illi fuit illud in epistolis, vt lumen gratiae à Deo petamus ad faciendum *a quello que le ha de sermas agradable*, vt ille scribebat; siue, vt faciamus id quod illi magis gratum futurum est. E carlo se didicisse aiebat: idque magni faciendum esse docebat, vt attendamus, *quantum cum reuerentia sit versandum in oculis Dei*. Quocirca inter familiaria eius ad Deum suspiria erat istud: *Dad me humildad, y reuerencia amorosa!* Quam mihi humilitatem, & amoris tui plenam reuerentiam! Hinc accuratè fieri volebat omnia; eò quod fierent Dei amore. Vnde Coadiutori nescio quid indiligenter agenti, & rogato quem in finem id referret, ac respondentis, se id amore Dei agere, seuero vultu dixit: Tolerabile futurum fuisse si hominum causâ sic ageret; nunc verò commiseruisse poenam, quòd ea, quae diuinæ gloriae atque amoris causâ faceret, omnibus diligentiae numeris non vnde quaque absoluëret.

Hoc diuini amoris igne singula quae agebat perpurgabat, & diligentissime excoquebat. Vnde Sancti Petrus, & Paulus Apostoli cuidam religioso ac sapienti viro in somnis an aliter incertum, conspecti dixeret; vt P. Ignatio diceret, illum Christo valde placere; probati ea quae ageret, eumque à Christo electum ad commune bonum Ecclesiae quibus dictis videri Apostoli desistere. Cum Romae doctrinam christianam paruulos erudiret, solebat illi finem imponere hisce verbis: *Amate Deum ex toto corde, ex tota anima, & ex tota voluntate*. De diuinis rebus libenter & illuminatè, ac solidè loquebatur cum quolibet; scripto quoque postea testatus, se cum nullo mortali, quantumlibet peccatis inuolutò, de rebus Dei sermonem habuisse, quin plurimum inde lucri retulerit. Ad hoc diuinæ flammæ lumen introspiciebat sese adeò vt in summario processuum de eo affirmetur, *ignatium ita fuisse compositum, vt nec manum, nec oculum, membrumue aliud sine causa & ratione moueret*; id quod crebro & longo particularis, vt nos illud vocamus, *examinis* vsu est assecutus; cuius artem illum Beatissima Virgo Manresa docuit. Vnde libellum illum Societati (vt ait magnus ille asceta Iacobus Aluarez) *testamento reliquit moriens, Ignatius: ad cuius caput ab iis est, qui decumbenti assidebant inuentus*. Huius amoris igne voluit illiquefactam nobis ineffeream quandam voluntatum facilitatem ad morem gerendum Deo in Superioribus nos regenti. Vnde iussit aliquando è sociis quempiam scribere monita de obedientia, quae aiebat se Societati velle sui velut monumentum ac pignus relinquere. Inter alia erat: *debere me esse non meum, sed illius à quo creatus sum, & qui sui loco hunc mihi praefecit: adeoque debere me esse in eius manibus instar cera mollis, & velutipar-*

SS Petrus & Paulus.

P. Andrea Ouid.

Amor Dei.

Fol. 206.

Exam. parti.

Andr. Lucas viri l. p. c. 18. De Perfectione col. 815.

Obedientia.

Amor Dei.

Intentio.

Praef. Dei.

Humilitas.

Amor Dei.

culam Christi crucifixi effigiem qua sese-
nit tenentis manui atque arbitrio.

Hinc manabat summa illa inter
sacrificandum reuerentia, & appara-
tio. Primum Sacrificium Romæ obru-
lit ad S. Mariæ Maioris, seu ad Præ-
sepe, die Natiuitatis Christi, anno
1538. (vt ipse anno 1539. 2. Februarij
adnotauit) cuiusque apparationi plus-
quam anni vnus interuallum religio-
se impendit. Scribit se diuinitus didi-
cisse; debere se pro celebrando diuino Mis-
sa Sacrificio Angeli instar esse. Christum
in diuina hostia non semel aspectabili
specie vidit: & supra caput diuina my-
stera celebrantis Ignatij, à pluribus
globus igneus illi diu imminens con-
spectus est. Feria quadam sextâ Ro-
mæ in Quadragesima cum gratias
Deo redderet post sacrificium cele-
bratum, cælestem Beatorum gloriam,
& Regem Sanctorum omnium Deum
trinum ac vnum vidit, lumine admi-
rando perfusus quomodo Pater esset
in Filio, ac Spiritu sancto; & Filius in
Patre ac Spiritu sancto, hic verò vi-
cissim in vitroque. Alias quoque ad sac-
cri cui piè, intererat ingressum ad
illa verba: *Et omnibus sanctis*, vidit San-
ctorum choros, & socij, nuper defun-
cti animam inter cælitates agnouit, alio
quoque desociis aliàs in patria cæle-
sti conspecto. Francisco Villanouæ
scripsit, se à summo Pontifice priuile-
gium impetrasse quod suis dare possit,
Sacro quolibet vnam è purgatorio a-
nimam eximendi. In quodam Sacri-
ficio quod de Beatissima Virgine ce-
lebrabat, æternus Pater vultu amabi-
li eum dignatus, illi ostendit, placere
sibi si per Beatam Virginem rogaretur. A-
liquando splendorem cælestem vidit
templi tabernaculo imminere. Fidei,
ac moribus è fidei norma fingendis an-
cillari voluit Societatis doctrinam, &
scholas, vt in doctrinis glorificaret Do-
minum pia ac docta Societas. Vt si

dem in Germania, & Septentrione fe-
licius propagaret, anno 1553. die 25.
Iulij datis ad Societatem litteris, v-
num Sacrum per Societatem, etiam
inter Indos laborantem, in menses
singulos pro Germania & Septentrio-
ne indixit. Puritatis incredibilem et-
iam à longinquo custodiam vndique
septam sancto sensuum circumscrip-
torum officio voluit: adeoque in illa ex-
celluit, beneficio Dei matris, vt plu-
res iurati affirmarint, se à tentationi-
bus nō semel vnico aspectu Ignatij li-
beratos. A S. Philippo Nerio cælestis
quedam lux eius vultum implens con-
specta est; qui etiam sublimem ac san-
ctam orandi artem in Ignatio admira-
tus, illum pro magno orandi Magi-
stro habebat; auditus aliquando di-
cere, illos qui in Societate finirent vi-
tam, morte sanctâ defungi. Vidi S.
Francisci Xauerij chirographum Ig-
natio sic scribentis: *A my in Christo*
Santo Padre Ignatio. Meo in Christo Sancto
Patri Ignatio. In comperto etiam est
Ignatio litteras de genibus scripsisse
Xauerium. In obligando Barbarorum
apud Indos exercitu aiunt Ignatium,
tunc adhuc superstitem, suo Xauerio
in India spectabilem adfuisse; vti & P.
Leonardo Kesselio Coloniae. Ferdin-
andus Vghelius, de Bartholomæo
Cardinale Guidiccione (anno 1549.
mortuo) loquens, ait illum alienum
fuisse à nouis religiosis ordinibus con-
silio suo approbandis, tamen à S. Igna-
tio, inquit, in somnis admonitus ita stu-
dium vertit vt Iesu Societatem & inue-
nit, & diplomatibus Pontificiis confirman-
dam curauerit. Hæc ille ad verbum.
Romæ Collegium Germanicum in-
stituit, & domicilium S. Marthæ, S.
Catharinæ adfunarios, puellarum
SS. Quatuor coronatorum, puerorum
orbis, catechumenorum &c. Voto
peculiari Societatem Sedi Apostolicæ
obligari, & honores ab illa prouiden-

Cassitas.

Italq. sacræ.
tom. 1. col.
89.

Charitas.

Humil.

ter omni studio acceri voluit, atque constituit.

Modestia. Modestia canones condens, eos oratione plurimâ lachrymisque rigauit. Reliquas Societatis leges scribenti adfuit Magister Iesvs, & Iesv mater in eo cubiculo quod etiamnum religiosè colimus in quo tabellæ auro elegantes visuntur in hæc verba inscriptæ.

Regula, B.V. Hic S.P. Ignatius Societatis Constitutiones conscribens, vidit Deiparam eius cælitus approbantem.

Sacrum. Hic S.P. Ignatius rem diuinam faciebat Sanctissima Trinitatis personis et sapentia-mero apparentibus.

Sancti. Hic diuina meditant S. Ignatio, Sanctorum in calis chori sese conspiciendos præbent.

Spiritus, Sæc. Hic S.P. Ignatio oranti, Spiritus Sanctus specie ignis, ut olim Apostolis, apparuit.

Oratio. Hic S.P. Ignatius precationibus intentus sapissime beatâ quadam luce circumfusus conspectus est.

Regula. Hic S. P. Ignatium Constitutiones Societatis scribentem, sæpè diuina persona multis luminibus illustrarunt.

156. 31. Iulij. Obiit feriâ sextâ in Domo Professorum Romæ in eodem cubiculo, cum ardente in manu cereo, quem nunc Bruxellis seruari affirmant.

Mortui. Viuus mortuum vnum suscitasse fertur in Processibus: mortuus verò plures.

Vide And. Lucam in eius vita l. 7. c. 10. & Bidermannum. In Mexico Inda fæmina paruulum quem ante aliquot menses, B. Ignatii precibus à Deo impetrarat, & pepererat, acerbâ morte amissum, altari B. Ignatii imposuit post multas preces, eoque ibi relicto domum reuersa est: & post plures horas redux, illum viuum reperit; vixitque is postea multos annos.

In Hispania loco Pardos dicto puella 12. annos nata postquam per 4. horas mortua iacuisset, orante ad B. Ig-

natium matre, vitæ reddita, Domina Mater, inquit, iam bene habeo, Sanctus Ignatius me vitæ restituit, imperauitque ut Munebrogensis eius Sacellum inuiserem.

Munebrogæ mortuum Medici filium oleo Ignatianæ lampadis vixit mater B. Ignatio supplex, & ille vitæ ac sanitati est restitutus.

Alia pia Mater mortui sui infantis cadaueri imaginem B. Ignatii imposuit, assiduis precibus lachrymisque intenta, & pronuntiata quinque precatione dominicâ cum salutatione Angelicâ infans ad vitam rediit Gandiæ 1602.

Anno 1609. Neapoli quidam, qui pro paruulo suo (qui mortuus velerat vel putabatur) Beatum Ignatium impensè orabat, videre sibi visus est B. Ignatium coram Deo supplicem, ut à paruulo illo æternæ vitæ iacturam auerteret. Interea paruulus edito vagitu viuere se testatus & expiatus, vno tantum die superstes, decessit felix.

Anno 1611. Nobilis Marrona mortuum paruulum peperit qui per tres horas iacebat frigidum iam nigrumque cadauer. Orauit enixius Beatum suum Ignatium Mater pro paruulo, & ille mox edidit vitæ signa, & Baptismo ablatus aliquandiu adhuc vixit.

Anno 1626. Granatæ infans per plures horas mortuus iacuerat: & ad vitam tantisper rediit dum postea sacro fonte expiari; id quod à Deo per S. P. Ignatium flagitabatur. Vbi spirantem videre paruulum, miraculum, miraculum, resurrectio, resurrectio! ab omnibus cum gaudio clamabatur; & paruulus cælesti fonte lotus migravit è vita.

Qui verò ægros incredibili propensione voluntatis complectebatur, & sæpè visebat cum inter mortales versaretur Ignatius, videtur eius moris memor ac retinens etiam cælo iam receptus. Vnde sæpè illum ægri è cæ-

Charitas.
Infirmi.

P. Ma-
liano
pelli.

B. V.

Appa-

lovenientem vidēre, vel sibi videre sunt visi, quos accommodatē solatus, eorum non paucos etiam pristinae incolumitati restituit. Do paucos ē multis.

Apparuit, seu videri est visus aegris S. Ignatius.

Anno 1586. Compiissimæ cuidam Virgini apparuit: eamque ad insignem obedientiaē studium excitavit.

Item alij, eumque solatus est, omni terrore absterfo, quem ē dāmonē conspecto conceperat.

Anno 1593. Novitio Sacerdoti cum P. Iacobo Laynez, & aliis aliquotē Societate, coruos & canes ab aegri lectulo visus baculo & signo crucis ascellere. vbi aeger conualuit, in cubiculo P. Generalis conspectā Patris Laynez Imagine illum cum B. Ignatio fuisse agnovit.

Anno 1594. Patientia de Simone; & dixit Filia fide Deo, conualuisti: cui gloriavit sana, & conspectā Ignatij imagine, illum sibi per quietem visum agnovit.

P. Maxim.
Sano Cap.
pell.

Anno 1598. Duaci, Refreda, cum eius Confessario vitā iam functo; & sanitatem flagitanti, blandē annuit. Experrecta, se sanam gauisa est 1599. Macerata, Isabella Maronia; ei que sanitatem ex vero prādidit. Idem eidem dixerant Sanctæ Virgines MM. Catharina, & Ursula, contestata illi sanitatem à Deo impetratam precibus B. Ignatij Soc. Fundatoris; & conualuit.

B.V.

Anno 1600. Auenione cum Christo & Beatissima Virgine agro Vicario: eumque persanauit, vltarē dixi in Annalibus Marianis num. 998.

Apparuit.

Anno 1601. Gandiæ, Anna Barcelona; eamque contactu sanitati restituit. Ibidem Iacobo Ortizio; eumque surgere iussit, à morbo raduco liberavit.

Anno 1602. Ibidem cum socio cuidam aegræ visus dixit: omitte timorem, filia, haudquaquam eum isto morbo cruciaberis. Abiit Ignatius ex oculis: & illa eodem die à cardiaco, ac aliis morbis libera Ignatij vultum ex imagine agnovit.

Anno 1603. Presecta cōnobij apud Balearicos: quam etiam reddidit valetudini pristinae: & illa eius conspectā effigie, hunc esse dixit à quo visitata fuerit, & sanata.

Anno 1604. Gandiæ à febris & disenteria sospitem reddidit quendam, cui sopito apparuit eadem oris specie & habitu quo visitur in templi sacello, luce tantā circumfusus, vt etiam cubiculum illustraret.

Anno 1605. Carauacæ infirmæ à medicis depositæ adstitit, & suauit voce iussit se curam esse ab eo morbo de vita. Medicus valentem inuenit.

Eodem anno in Peruana S. Iacobi vrbe Sacerdos acerrimo lateris dolore prostratus, medicis obnuntiantibus, B. Ignatij opem implorauit, eum splendidā facie præsensem vidit, & valuit.

Anno 1606. Landspergæ foemina partui vicina deposita iam erat iudicio medicorum, sed imploratum B. Ignatium noctu per quietem vidit, audiuitque pollicentem & partum & sanitatem, euentu secuto.

Anno 1607. Pragæ P.V. Prouincialis Transyluaniae peste correptus, & à vena imperitè incisa vitæ incertus, voto ad B.V. Lauretanam & B. Ignatium concepto & illam & illum eadem nocte ab emissio voto ad lectulum assistentes videre sibi est visus & ad vitæ spem haud dubiam excitari conualuit.

Anno 1608. Aquipani in Peruana B.V. Prouincia nobilis matrona à quarto jam anno tumida morti se parabat: & B. Ignatij reliquias venerata, secundum

dum quietem, augustiorem humanâ specie fœminam (Dei Matrem) conspicata est in hæc verba loquentem. En adest filius meus, qui recuperandæ tuæ sanitati valida præbebit remedia. Tum de Societate præsentem quempiam vidit, qui suam ei operam pollicitus, monstrumque quoddam ostendens, dicebat fore ut illud euomeret. Experfecta ægra dixit, se bufonem vomitu eiecturam. id quod euenit. Cum verò eadem species illi ter apparuisset, serpentem eiecit vomitu alio, & breui conualuit.

Anno 1610. Viennæ Austriæ ægro cui hæretico apparuit B. Ignatius, eiusque contumaciam & fo cordiam accusauit; hæreseos fallacias ostendit; mortem nisi resipisceret, minatus est; & ille resipuit.

Anno 1611. Viennæ in Gallia nobili fœminæ in morbo extremo cum quinque aliis sociis manifesta in luce conspectus est B. P. Ignatius pro ægra orans coram Iudice Deo.

Eodem anno Mexici piam puellam graui morbo correptam, & B. Virginis ac B. Ignatij auxilium implorantem B. Ignatius cum B. Vinuissit, ad virtutem hortatus est, & sapauit.

Anno 1612. Tarraconæ puella à morbo graui conualuit, B. Ignatio per quietem viso: & imagine illius in templo conspectâ, illum à se visum sospitatore dicit.

Eodem anno Limæ à Sodalitate Sacerdotum quidam in lethali morbo B. Ignatium (cuius opem implorarat) multo fulgore splendentem vidit; & ab illo valetudinis Dei munere sibi redditæ nuncium accepit, ac valuit.

Eodem anno Flexiæ B. Ignatius à Religioso è S. Dominici familia in ancipite vitæ periculo imploratus, per quietem augusto verendus aspectu se videndum præbuit, nunciauitque valetudine prosperam ei breui reditu-

ram. Eger verò somno simul & morbo solutus est.

Anno 1613. Cadurci adolescentem ægrum visens B. Ignatius propè accessit, & ex eo morbo non morituum dixit. Conualuit contra omnem spem medicorum.

Anno 1621. decessit P. Guilielmus Leuesquius Neapoli, cuius fusu fœmina de partu sollicita votum Deo nuncupauit in honorem B. Ignatij, felici euentu; nam illi partui iam vicinæ apparuit cum libro Ignatius, & dixit: confide, filia, Societas à Iesu electa, & præelecta orat pro te. Feliciter peperit; contra quàm opinabantur medici, cum à 22. annis nullam prolem suscepit. Paruulo *Ignatij* nomen datum.

Anno 1630. Ægræ & vigili fœminæ apparuit S. Ignatius Sandomiriæ, iussitque in templo Ignatianum sacellum ab ea visitari; & illa se viribus restitutam sensit, ac paruit.

Apparuit, seu videri visus est & aliis eosq. ad virtutem variè incitauit, vel aliàs profuit in vita, vel in agone extremo.

C Vidam cor suum ostendit, & in eo SS. Iesu nomen aureo caractere inscriptum exhibuit.

Barcinona charo suo amico Ioanni Pasquali in templo noctu oranti inter Angelos canentes conspectus est sacro paludamento insignis, ac thus adolens è thuribulo coram SS. Sacramento, & Ioanni accito benè precatus, illum suauissimâ æternæ salutis adipiscendæ fiduciâ recreauit. In Vasconia quendam qui de Societate ac ipso Ignatio sinistrè loquebatur, per quietem in Angelorum corona inuissit, blandoque vultu cum intuitus, conuertit.

Corragiæ.

Corcagiæ in Hibernia Prætori per quietem visus S. Ignatius, gratias egit prolixè pro Societate strenuè defensa, ut dixi in annuis Hiberniæ anno 1650. id quod habeo ab eo cui rem Prætor ipse narravit.

Condomij in Aquitania homini in Societatem dicaci, noctu B. Ignatius in multa luce inter Angelorum choros apparuit, eumque per quartam ferè horæ partem blando vultu intuitus solatij plenum reliquit. Et ille postea pietate, ac opibus auctus, Ignatio ad dictissimus fuit semper.

Alij conspectus est in sacro paludamento pleno Iesv nominibus auro & acuphyrgiæ pictis, manu tenens hostiam in qua relucebat viuus infans Iesvs veluti velo rectus.

Anno 1556. ipso die quo Romæ obiit, Bononiæ, Margaritæ Liliæ apparuit velut gloriæ sole amictus; & dixit: Margarita, ecce ita ut vides ego vado, commendo tibi filios Societatis nostræ.

Anno 1566. in Collegio Romano apparuit noctu Iacobo Tirio scholastico nostro, eumque seuerè monuit, ne pro studiis auderet quicquam decerpere ex officiis pietatis, aut de temporibus pietati ab obedientia assignatis. Eodem tempore Iacobus à scrupulis conquieuit quibus antea torquebatur.

Anno 1569. dum B. Ignatij corpus transferretur, ut Farnesianæ Basilicæ fundamenta iacerentur, collucentes in Ignatij loculo stellæ cōspectæ sunt, concentu quoque cælesti per biduum diu noctuque audito; ut fama est constans.

Anno 1574. Panormi Saga à dæmonis castris ad frugem conuersa, falsa est se cum aliis impudicis sagis à dæmone in Collegium Societatis Iesv noctu vectam per aëra; ut Patres ac magistros ad aliquid turpe alliceret;

sed prohibitos aiebat vectores dæmones, & sagas vectas; Ignatio illis obuiio, & radiis cælestibus glorioso, eorum vim retundente ne pergerent.

Anno 1579. visus est (per quietem an aliter, non habeo exploratū) Ignatius plurimo splendore conspicuus cum aliis Generalibus Laynio & B. Borgia velut consultare de Societatis incolumitate.

Anno 1580. conspectus est B. Ignatius cum aliis quatuor cælitibus inter Angelos de cælo descendere ad migrantis Patris cuiusdam animam in cælum abducendam.

Anno 1581. Apparuit B. Ignatius cū S. Bernardo ad latus Beatissimæ Virginis Claudium Aquaiuiam Deo cōmendantis. Eodem anno Syluester Blancodius (postea Episcopus) videre sibi visus est B. Ignatium, qui Claudium amplexu stringebat dicebatque Generalem fore; sed vulgari vetabat.

Anno 1583. B. Ignatius P. Iulio Mancinello videri visus est in gloria cum pluribus de Societate Iesv; eumque ad Constantinopolitanam (in qua tunc versabatur) missionem mirificè inflammavit.

Anno 1587. Nouemb. 18. cū offa B. Ignatij aliò transferenda essent, duo Patres lucida sidera in Ignatij loculo conspexere, ut fama est.

Anno 1590. Quidam de Societate Vratislaviæ moriens, iucundo viso Patris nostri Ignatij est mirificè recreatus.

Anno 1590. B. Ignatius cum Christo in magno cælitum comitatu in Hispania Sanctimoniali cuidam oranti, & de perfectione consequenda multum sollicitæ apparuit, & eidem à Christo datus est in vitæ spiritualis magistrum ac ducem. Et verò sub hoc magistro illa cū in aliis virtutibus excelluit, tum verò in obedientia & humilitate quàm maximè.

S. Bern.

18. Nov.

Obed.
Humil.

Anno 1593. P. Iulius Manunellus Romæ de Societatis rebus sollicitus, videre sibi visus est B. P. Ignatiū & socios laboranti Societati succurrentes.

Eodem anno B. Ignatius cum B. Xaverio alij de Societate infirmo se spectandum obtulit, eumque bono animo esse iussu, dixit breui ad socios in cælum abiturum.

18. Decemb.

Anno 1594. B. Magdalena de Pazis Florentiæ Sanctimonialis, 18. Decembris vidit B. Ignatium qui ad illam fuerat missus à B. Virgine: & eiusdem exhortationem de humilitate audiuit, de qua dixi in Annalibus marianis. Postea inambulans per cœnobium cum Deipara B. Ignatius ei dixit: *Hoc cœnobium, ô Maria, est hortus tuus longè pulcherrimus.*

B. V.

Hortus.

Eodem anno P. Iulius Mancinellus cum sociis in tempestate Algeriensi cum se B. Ignatij ac Sociorum cœlitum precibus commendaret, visus est videre cælo aperto B. Ignatium & cum eo de Societate complures, qui læto aspectu ei prospera omnia nunciabant.

P. Stanislaus
Oborski.

Anno 1597. B. P. Ignatius cum B. Aloysio & Stanislaſo apparuit cuidam de Societate morti iam vicino, & dixit: *Gaude, breui venies ad Societatem nostram.* Et ille breui migravit.

Vallisoleti Christus in gloria maiestatis suæ conspectus, chartæ candidæ hæc verba inscripsit. *Iesus Christus Deus & homo verus* chartaque illâ piæ cuidam animæ porrectâ eam. iussit petere quidquid veller. Petiuit illa gratiam vt semper id faceret *quod placet Deo*, & vt Ecclesia B. Ignatio cœlitum honores decerneret: Annuuit Christus; & id amplissimis verbis illi folio inscripsit, pollicitus id omne quod illa petierat chirographum verò Angelo illius custodi dedit.

17. Iunij.
Amor Dei,
B. V.
Zelus.

Anno 1598. Iunij 17. apparuit cum Beatissima Virgine B. Ignatius facie rutilante, veste lapidibus pretiosis

perinsigni, qui Christo intra tabernaculum in sede aurea sedenti, ac pulcherrimo quinque vulnere splendere collucenti, Societatem flexis genibus offerebat, petens à Christo pro Societate flagrantissimum amorem Dei, ac studium animarum; illis verò qui in ea præsentem charitatem. Ad quæ benignè amabilis Christus, dixit se Societatem in corde gerere: velle se in ea vigere cæcam obedientiam, & eos, qui se disciplinæ non satis accommodant ab ea expediri.

Charitas.

Obedientia.

Anno 1599. Nouembris 7. P. Iulius Mancinellus videre sibi visus est corpus B. Ignatij velut in ara sublimi collocatum; ad quod appensa lampas, ignis loco fundebat flumen aquæ lucidæ in altum salientis, & postea per templum pleno aluco aut canali effusa.

7. Nouemb.

Anno 1600. in Prouincia Tolosana, quidam noctu visus est sibi videre B. P. Ignatium; qui hortabatur vt Christum intrepidè sequeretur: & manum ad eum tendens eam illi velut auxiliatricem porrigebat. Et paruit.

Sequitur Christi.

Anno 1601. Florentiæ B. P. Ignatius & Xaverius Donato patrifamilias ardentem suam domum illi commendanti 26. Februarij adstitere formâ conspicuâ. & Ignatius dixit illum adiutum iri. Cessauit ventus, & flamma. Eodem anno Bæzæ Coadiutori, seu laico, de Societate deferenda cogitanti, posteaquàm ægrè adductus fuisset vt B. Ignatij auxilio implorando semel orationem Dominicam, & semel salutationem Angelicam coram eius imagine recitaret, in horto Ignatius apparuit variè fluctuanti. Cum verò ille Ignatium in cælesti luce sibi vicinum videret, ac stupens diceret: ô Sancte Pater! pro tam breui oratione quam tibi recitavi tanto me fauore dignaris? Respondit Ignatius: Fili mi, ego modico sum contentus. & amanter illum intuitus, eius animum tranquill-

26. Febr.

Tentatio.
Vocatio.

Medicatio.

Trans-
seruat

Demon-
profiga

Ignem
gram.

Tentatio

Ira.

Vocatio

quillavit; ac videri desit.

Aiunt annuæ, Philippinæ; anno 1637. Indum quemdam, per biduum in Ogtoniano freto naufragum, immisiss in os reliquiis S. P. Ignatij, eius auxilium implorantem, eiusdem aspectu ac præsentia recreatum, & periculo ereptum. Aiebat postea ritè interrogatus Indus, adfuisse tunc sibi spectabilem S. P. Ignatium, qui apprehenso quod Indus è collo gestabat Dei Matris Rosario, eum repentè saluum atque incolumem ad terram deduxerit.

Hac occasione plurima afferri possent de tentationibus quæ obscœnis; quæ aliis, Ignatij ope discussis, & de dæmonibus profligatis, excerpto pauca de multis.

In Æthiopia Gorgoræ dæmon feminam variè vexabat, nunc illam obfidens, nunc eius gutturi se volens illigare in specie serpentum, sed imploratus ab illa Ignatius, adesse illi est visus, ac dicere: *Nil metue*, dixit; & dæmonem flagro flammeo, quod manu vibrabat, in fugam egit.

Anno 1558. in Regno Neapolitano varijà tentationibus variis liberati sunt per particulas vestium Ignatij piis precibus implorati.

Anno 1571. Sanctimonialis quæpiam insertâ Breuiario suo B. Ignatij imagine, fufis ad illum precibus, à tentationibus vexari desit, quibus assidue ante torquebatur.

Francisca Bernui Sanctimonialis Burgenfis cum aliquos irâ præcipites videret, illos Ignatij precibus commendabat, & illi pacem inibant, posita simulrate.

Anno 1578. Maria de Alana coram P. Ignatij imagine orans, molestam tentationem abegit: audivitque calitus Ignatij nomen esse illi quem illa errore fœmineo *Athanasia* appellaret.

Anno 1594. Panormi nouitius cum

retrò ad seculum animo perturbato respectaret, iussu P. Rectoris B. Ignatij imaginem piè osculatus, dixit se illicò toto animo tranquillatum. Eadem industriâ plures alij liberati à dæmonis turbamentis.

P. Petrus Antonius Spinellus scribit anno 1595. Archiepiscopum quendam claræ in Italia familiæ, cum fœdis cogitationibus, nec sine prolapsionis periculo, vrgeretur, positus humi genibus, nomen Ignatij implorasse, ac molestas illas mentis imagines abegisse. At cum illæ iterum post anni interualum redirent, lectulo suo B. Ignatij imaginem appendisse, atque ita turpes illas mentis illecebras penitus euauuisse.

Anno 1595. Honorata, Gelassij Senensis filia, cum à molestis, & ad spectabilibus inferni geniis diu ad scelera inuitaretur, & nec minis, nec plagis ad ea induci posset, ad obeunda Beati Ignatij exercitia adiecit animû: quæ dum exequeretur, coram B. Ignatij imagine se in fidem illi vnice commendans, ex eo tempore se ab immundis illis vexatoribus immunem factam esse gauisa est. Alia, vt primum imaginem B. Ignatij suo pectori imposuit, iuuari ab eo perens ab obscœnis, quibus inuita vexabatur cogitationum spectris, conqueuit.

Anno 1600. Melitæ adolescens ad sordes carnis mollior, post alia complura nequicquam tentata remedia, imaginem B. Ignatij, lectulo appendit, & eius honori ter dominicam precationem, ter item salutationem angelicam victoriæ obtinendæ causâ recitauit; & impetrauit. Etenim liber ab omni sensu libidinis, postea factus est, se per integros quatuor menses neminâ quidem oppugnatione tentatû.

Messanæ 1601. quidam à variis dæmonis impugnationibus & spectris liberatus est per imaginem B. Ignatij,

Imago.

Castitas.

Castitas.

Imago.

Lectulus.

& peccata expiata pœnitentiæ Sacramento.

Ferrariæ adolescens nescio quâ petulantis genij intemperie procax matrem verberare ac domo pellere meditabatur. Mater ad B. Ignatium supplex, remedium reperit. Etenim postridie prodigus ille filius ex alio iam alius ad pedes piæ matris abiectus, & lachrymans impiæ libertatis veniam ab ea flagitavit.

Castitas.

Eodem anno 1601. Calari in Sardinia puella pudicissima voto promissit se singulis hebdomadis semel ieiunaturam ac 35. Pater & Ave recitaturam honori B. Ignatij tot annis à conversione superstitis. Et ab eo tempore quæta vixit in casta hilaritate, animi antehac à dæmone immundo perbiennium afflictis; cum ei variâ canis, porci, adolescentis, virorumque obscœna loquentium formâ se ostendens, illam ad sordes illecebris variis allicere tentaret, ingentem puellarum post longa id genus prælia tandem lapsarum turbam ostenderet, ac vim etiam minaretur. Sed victus abscessit.

Anno 1602. Gandiæ fœmina turpissimis amoribus illigata, cum imaginem B. Ignatij suo lectulo affixisset, cumque flagranter ut miseræ opitularetur rogasset, repente sensit amoris intemperiem, quâ perditum quendam deperibat, verlam in sanctum odium, adeo ut illum ne quidem oculis dignaretur.

And. Lucas lib. 7. c. 5.

Incertum quo anno, quidam B. Ignatij nomen implorans aquam sacris eius lipsanis contactam & expiatam bibit; & per omniam vitam ab omni carnis rebellione se liberum esse latus est, ac testatus.

Item alius aquâ simili extinxit fœdum incendium quo ardebat, & iam erat vicinus ut rueret.

Desperatio.

Tentabatur alius, & iam consenserat, ut se de medio tolleretur anno 1605,

Pragæ. sed respuit; dixitque postea visum sibi Iesuitam (cuius imaginem in templo vidisset) alterâ manu Iesv nomen tenentem, alterâ ipsum contra sicam globosque defendentem, ne sibi sicâ, ferreâque fistulâ, præcipitioue mortem (id quod non semel tentarat) afferret.

Anno 1652. Parmæ adolescenti nobili de tentatione quapiam victori adfuit S. Ignatius cum Beatissima Virgine & S. Iosepho, eumque tanquam suum, amplexus est. Eidem postea apparuit, monuitque ne se decipi sineret à dæmone religiosam nescio cuius ordinis vestem mentito; Adiecit Sanctus, se ad illum à Beatissima Dei matre missum esse, suavitque ut pectoris arcana omnia confessario aperiret.

S. Ignatium sæpius aliàs cum Beatissima Virgine conspectum narraui, & hic, & in meis Annalibus Marianis. Triburgi 1610. B. Ignatius cum Beatissima Dei Matre ac alio de Societate cuidam ægro apparuit, visus illi religiosam suam vestem porrigere; & ille conualuit, ac postea Societatem amplexus est.

Anno 1650. Messanæ Matronæ nobili per quietem oblata est luculenta species S. Ignatij cælesti splendore perfusi, & pulcherrimam augustissimæ Dei Matris effigiem manu gestantis, ac se opem illi Deiparæ patrocinio alaturum pollicentis, ut latius dixi in annuis Siciliæ.

Ad conscientiam accuratè perpurgandam, ad orationem, & ad varia virtutum de coramagno suis adiumento fuit Ignatius.

Hispani fœmina cum se à detestanda quam per septem annos cum dæmone habuerat familiaritate vellet auellere confessarij consilio coram B. Ignatij imagine orabat ardentius, & rogabat ut iuuaretur ad peccata per pœnitentiæ Sacramentum accuratè ac dolenter

Tentatio.

B. V. S. Ioseph.

B. V. Confessio.

Imago B. V. in manu S. T. Ignatij.

n. 19.

Castitas.

Confessio.

dolenter explicanda & expianda. Et verò adiuta est. Etenim perfecit fortiter id quod moliebatur, quicquid molliora suaderet dæmon, nunc eremita instar se Româ indulgentias amplissimas illi afferre mentitus; nunc in vetulæ specie dicens ab eius confessario se venire, ac eius nomine nunciare. Deum ita constituisse, ut illa damnetur. quare ageret pro libidine quicquid vellet. Alias imaginem B. Ignatii ei de manibus rapuit, & in ignem abiecit; quæ tamen illa in fœminæ sinu & manus ultro resiliit. Expiatæ iam, & Eucharistia refectæ adfuit instar adolescentis consuetâ olim formâ, sed iratus ac tristis, dixitque confessarium, & illam imaginem plus potuisse, quàm ipse potuerit. Et fragore edito videri demum desit. illa verò quieta vixit.

Aliàs quoque dæmon religiosâ veste personatus illustrissimæ Marchioni Riani (quæ cum Ioanna vrsina se B. Ignatii commentationibus exercebat) apparuit, suavitque ut illas tricas relinqueret. Sed cum illa diceret exercitiorum illorum authorem esse Ignatium sanctimoniam passim celebratæ virum, dæmon ad illud nomen unâ cum Socio evanuit. Ita ipsa hæc narravit P. Laurentio Magio confessario suo, & Silvestro Brancodio postea montis Marani Episcopo; adiecitque dæmonem illum sibi spectatum in specie sui cuiusdam confessarii, quem olim habuerat.

Anno 1611. Tolosæ duæ de cælo Virgines (S. Vrsulæ socias fuisse est opinio) sublatam à dæmone Beati Ignatii imaginem ad fœminam Coadiutoris cuiusdam nostri matrem, à dæmone vexatam, retulere. Ecce tibi, aiebant, sublatam iconem; sed *caue in posterum, ne quando otio torpentem te aut non occupatam hominum hostis inueniat.*

Gandiæ cuidam non ritè confesso

apparuit B. Ignatius; & quinque peccata mortalia illi renocavit in mentem, quæ in confessione seu volens, seu negligens, certè reus, omiserat. *Confessio.*

Anno 1650. Monachij cum S. Xaverio cuidam licenter viuenti apparuit S. P. Ignatius, cumque iussit conscientiam pœnitentiâ expiare.

In magno quodam Italiae Collegio, si quispiam Sociorum exitiali rerum spiritualium nausæa langueret, admotis cordi reliquiis S. P. Ignatii, incendebatur ardore quodam ad cælestium rerum famem ac sitim. *Amor Dei.*

Bæzæ in Bætica 1603. fœminæ piæ quidem, sed quæ nonnihil relangueret, B. Ignatius in somnis conspiciendum se præbuit, ac tepidæ illius vitæ illam suauissimis verbis admonuit, quibus illa & somnum & torporem serio animo experrecta excussit. *Tepor.*

Eodem anno quidam dixit se Deo nouem dierum ieiunium in honorem B. Ignatii obtulisse ac ope illius Sancti pudorem exitialem quo ab expiandâ ritè conscientia per annos quatuor fuerat præpeditus, feliciter superasse. *Ieiunium.*

Anno 1604. Oropeas fœmina B. Ignatio magnopere addicta, in morbo extremo dixit conspectum à se virum de Societate, monentem ut accersito è Collegio Patri conscientiam aperiret; ac de æterna sua salute præclaram fiduciam corde læto conciperet. *Confessio.*

Eodem anno apud Almagrenses nobilis quidam vir ludendi ac peierandi consuetudine deprauatus, vidit per somnium, se ad Dei tribunal rapi, ac ibi vehementer premi obiectorum criminum gravitate; sed ex illis angustiis ereptum auxilio & intercessione cuiuspiam de Societate qui imagini B. Ignatii erat simillimus. somno solutus, vitam omnem confessione accuratâ expiavit: vno ferè post mense in morbum incidit, ac ipso B. Ignatii die. *Indignum.*

nomen illius implorans piè de vita migravit.

Confessio. Anno 1606. Genuæ Sodalitatis cum se ad confessionem parans discuteret, neque vllâ diligentia adhibita illi peccata venirent in mentem enixè B. Ignatii auxilium expetiit, ut laboranti adesset, nec mora, eodem temporis puncto ita sese vniuersæ vitæ crimina ei ob mentis oculos velut in catalogo obieceret, ut non secus atque in tabella ea sibi legere videretur.

Scrupuli. Anno 1608. Granatæ nobili fœminæ infirmæ manifesta B. Ignatii species obiecta est, qui eam solatus dixit, sine confessione non morituram; imò breui ita animo tranquillandam, ut omnes qui animum angerent scrupulos distinctè posset explicare. Id quod illa cum euentu firmatum videret, profecto B. Ignatii celebrando insignem templi ornatum suis expensis curauit.

Crucifixum. Anno 1609. Malacæ ægro cuidam B. Ignatius sub imagine crucifixi ad lectum appensi apparuit, eo situ ac gestu, quasi paratus confitentem audire, ac eum velut inuitans. Quo spectaculo vir ille aliàs à peccatis expiandis alienus, quendam de Societate acciuit, & id quod viderat (ac postea peccata) non sine lachrymis enarrauit.

Oratio. In orationis studio inuit Ignatius anno 1607. Monialem sibi addictam in Caccabensi Sicilia cœnobio: quæ cum inter orandum corde arido gemeret, ac opem Ignatii expeteret, illi coram spectabilis adfuit, prædixitque fore ut eò de Societate Patres quidam breui venirent: ab illis intellecturam quid esset agendum, id quod euenit. Eidem à tibie vulnere ægræ B. Ignatius adfuit, eamque recreauit, & persanauit.

Congregatio. Etiam Limæ 1608. Sacerdoti ægro per quietem adfuit B. Ignatius, ei que peruasit ut se Congregationi Sacerdotum addiceret, paruit ille consilio; &

breui conualuit.

Anno 1645. mensæ Iulio P. Alphonso Medrano ægro S. P. Ignatius cum Christo ac pluribus de Societate comitibus videri est visus. & Alphonfus de quorundam salute certior redditus, liber à morbo relictus est. Angelis ac Sanctis inter abeundum canentibus: *In memoria aeterna erit iustus ab auditione mala non timebit.*

Sed hæc atque his plura de Ignatio admiranda, erit fortasse qui inferiem annorum digeret ac dabit luci. Vrbes, & sodalicia quæ illum Patronum elegere ac Tempia ad maiorem Dei gloriam in honorem S. Ignatii erecta ibidem dari poterunt. Nunc mihi, Sacellis omis, hæc ferè templa eius nomine insignita occurrunt.

Abulense in Hispania.

Anduxarense in Hispania.

Angrense in Lusitania.

Antuerpiense in Belgio.

Augense in Gallia.

Aurelianense in Gallia.

Bæzanum in Hispania.

Bononiense in Italia.

Breznicense in Bohemia.

Cantauenſe in Chinis.

Cæsaraugustanum in Hispania.

Caluomontanum in Gallia.

Carmonense in Hispania.

Carolopolitanum in Gallia.

Castrinoui in Italia.

Collelæ in Æthiopia.

Firmanum in Italia.

Fridecense in Bohemia.

In Freyenstein in Styria.

Girznicense in Bohemia.

In pago ad Heiligenstadiū in Germ.

Hispalense in Hispania.

Iaurinense in Hungaria.

Illerdense in Hispania.

Landishutanum in Germania.

Madritanum in Hispania.

Manresanum in Hispania.

Mexicanum in India Occidentali.

Monaste-

Templa S. P.
Ignatii.

Italus C.
diopoli.
Iulij 158
xiat 40

Charitas

Mm.

Monasteriense Eislæ in Germania.
Montis ad Triburgum in Heluetia.
In Monte ad Herbipolim in Ger-
mania.

Montis Sancti in Italia.
Namurcense in Belgio.
Neapolitanum in Italia.
Ossunense in Hispania.
Pistoriense in Italia.
Premisliense in Polonia.
Puntanum in Valle Tellina.
Racholense in Salferis in India O-
rientali.

Rhedonense in Gallia.
Ad Rhegium in Calabria. à *Fiume-
ra, di maro*, vulgo.

Rhemenſe in Gallia.
Romanum in Collegio Romano.
Toloſanum in Gallia.
Vallis auguſtæ prope Taurinum in
Italia.

Valliſoletanum in Hispania.
Vergarenſe in Hispania.
Viennense in Germania.
Vilnenſe in Lithuania.
Vlyſſiponenſe in Luſitania.

P. FERDINANDVS

CAPECIVS.

Hic vir fuit ſecundùm cor Claudij
Aquauiuæ Generalis. Magno a-
nimarum ſtudio ſagrabat, eoq̃ue An-
gliam expetebat. Eius loco Tranſyl-
uania illi conceſſa. Ibi Principi appri-
mè gratus arque Catholicis, cum luc
poſtea graſſante, cuidam è ſociis illa
correpto ſeruiret, infectus tantâ cum
eximîæ ſupra ordinariam virtutis fa-
mâ occubuit, vt nobilium Tranſylua-
norum plures teſtarentur, ſe vidiffe il-
lius animam inter Angelorum choros
ad cælum aſcendentem. Vnde fre-
quenter auditi ſunt dicere ipſi quoque
hæretici: Vtinam anima mea eſſet cū
anima P. Ferdinandi, plura de illo in

Heroibus Alegambe. Certè Stepha-
nus Batorius Poloniae Rex immorta-
li memoriâ dignus, dicitur Ferdinan-
di morti ſæpius illachrymatus, quem
inſtitutorè Sigismundo Batorio Tran-
ſyluaniae Principi deſtinabat.

P. IOANNES

CARRVCHIVS.

TYrones Calari magnâ peritiâ, &
exemplo non delicato, viua nor-
ma omnium, per annos plures (poſtea
etiam Prouinciam) feliciter guberna-
uit. Labori, ſuiq̃ue diuexandi con-
tentioni erat impenſè addiçtus; qua-
tuor horis quotidie pro ſancto orandi
otio præſtitutis. Opinio ſanctimonîæ
apud omnes de illo magna: vnde ne-
que veſtibus neque cadaueri pepercit
pietas importuna aſſuentium ad exe-
quias. Illud præ aliis eſt, quòd in o-
rando inſigni aſſiduitate, attentione,
gratiâ excelluerit vnde alicui viſa eſt
aliquando tota eius ab oratione re-
deuntis facies inſtar ſolis micantes ra-
dios vibrare, & ſplendidiffimum iubar
emittere, vt de illo Calari perſcrip-
tum eſt.

Sardus Ca-
lari. 31. Iulij
1628 ætat.
83. Soc. 63.

Oratio.

Oratio.

P. PETRVS

IVSTINELLVS.

Peritiâ laudatè traductâ, in ſodali-
tate ad Patris Præſidis euocati pe-
des abiectus, Beatiffimæ Virgini co-
ram illo factus eſt ſupplex, quò per
ipſam acceſſum haberet ad Societa-
tem filij Ieſv; Patrem quoque obre-
ſtatus vt ſuſceptum conſilium adiuna-
ret. Et peruicit obices non paucos: at-
que tandem admiſſus, perſeuerè ſe ha-
buit. In vigilia Chriſti nati cum ſe pro
animabus purgatorij flagellaret viſa
ei eſt flamma lucidiffima è terra in cæ-
lum

Italus Ca-
ſtellione 31.
Iulij. 60.

D.V.

24. Decem-
bris.
Purgatorij.

Italus Clau-
diopoli. 31.
Iulij. 1886.
ætat. 40.

Charitas.

Mort.

Vig. Nat.
Christi

B.V.

Mari.

Iapon. Nā-
gasachi. 31.
Iulij 1633.
erat. 63.
Soc. 45.

B.V.

lum ferri quāille apprimē est inflam-
matus. Puer, se in Carmelitarum, &
in Rosarij sodalitatē dederat, adeo-
que postea adolescens ipse adolescen-
tum cœtum collegerat, quos ad amo-
rē cultūq; De iparæ erudiebat quoti-
diano *Mariani* officij penso, Sabbatino
ieiunio, Dominici dici synaxi, sui de-
nique dedicatione. Ipse quotidie cor-
am B.V. ara 12. *Aue Maria* recitans 12.
illius prerogatiuas expendeat: 12.
sociis pedes sabbato exosculabatur;
iisdem priuilegiis honorandis, litanias
illius quotidie executus, ac de illa pe-
ritē ardentēque loquens & scribens.
Incolumitatem quibusdam illum vel
prædixisse, vel reddidisse memorat, in
heroibus Alegambe; virtutes quoque
illius profecutus. Nec vano sermone
iactatum est visam Petri sepulchro ali-
quando lucem quandam instar flam-
mularū imminere.

NICOLAVS KEYAN

EVCVNANGA. SCHOL.

IN Seminario per triennium latinā
literaturā imbutus, illam plenā cæ-
lestis zeli facundiā nobilitauit. Eapro-
pter à suis ciuibus in scrobem, deor-
sum verso, & asserculis duobus inclu-
so capite, manibus reuinctis, è pedi-
bus pendens demissus est primus. At
Beatissima Dei Mater, cuius dulcissi-
mo nomini apprimē erat deuotus, il-
lum istic non semel inuisit; ad seden-
dum & quiescendum, è suspendiario
illo supplicio tantisper deposuit; potu
frigida indulgenter recreauit; cuius
etiam cyathus cum aquā, ipso à vin-
culis absoluto inuento, repertus. In-
terrogatus ecquid ægrē sentiret? Re-
spondit; quod Imperatorem, & om-

nem longē, lateque Iaponiam non
posset (ita vt vehementer optabat, &
laborabat) ad Christi sui cultum ad-
ducere: hoc enim uerò impensē sibi
esse vniceque molestum, & luculen-
tissimā diuinæ Matris potum seruo suo
præbentis beneficentiā enarratā, quar-
ro posteaquam suspensus fuerat die, in
scrobe decessit, eā ipsā luce quā S.P.
Ignatij dies augustē percolitur.

P. IOANNES

RORWOLFF.

A Concionibus, à sancta quadam
pro animabus sedulitate morum-
que perpetuā suauitate laudabatur; &
iam ad Commotouienſe Collegium
regendum destinabatur, cum illum e-
uocauit è statione Imperator cælestis,
de illo hunc in modum scripsi in pre-
tiosis occupationibus morientium in
Societate cap. 18. In Cæsareis castris
P. Ioannes Rorvvolf ob morum sua-
uitatem passim Angelus vocabatur.
Arque hic Angelus ipso S.P.N. Ignatij
natali die ad cæleste Angelorum Col-
legium accersitus, æternæ pacis pa-
triam est ingressus. Duodeuigesimo
ante obitum die, cum iam æger de-
cumberet, duos, eosque olim, cum
inter viuos agerent, sibi familiares Pa-
tres vidit, agnouit, & ecquid vitā iam
pridem functi aduenissent perconta-
ctus, responsum audiit, disertē dicen-
tium; adesse se vt amicum suum ad cæ-
lestem Societatem inuitarent. Et verò
adeo valuit inuitatio, vt cælestium
plenus deliciarum Ioannes, totus per
reliquos vitæ dies hiaret in cælum;
neque alium nisi de felici excessu ser-
monem admitteret. Ita nos præcessit
cò quò fuit inuitatus.

AVGVST-

MENSIS AVGVSTVS.

PRIMO DIE.

P. PETRVS

FABER.

1. Augu. st.
Allobrox
Romæ 1546
zitat. 40.



IC pueritiam ruri cum
ageret in pastoritiâ, stu-
diis demum Parisiis &
S. P. Ignatio se transcrip-
sit. Exercitiorum tem-
pore plures horas duxit

sub dio in alta niue; noctu somnum
cœpit super nigros carbones, in conti-
nua sex dierum inedia perstitit sine ci-
bo & potu, donec tandem id vetuit
Ignatius. Quâ ille tam heroicâ sui vi-
ctoriâ sensit sibi diuinitus absterfam
omnem gulæ appetitionem & scrupu-
los, quibus circa illam appetebatur.
A puero vouerat castitatem, & bis
quot hebdomadis ieiunabat. Magna
in Germania, Italia, Lusitania, Hispa-
nia patrauit; præclarâ in diuinis per-
spiciendiâ, sedulitate, ac teneritate
semper Deo præsentî præsens. Si quis
peregrè incolumis redibat, rogabat
Beatissimam Virginem, vt SSS. Trini-
tati gratias ageret pro illo, & oraret
pro illis qui benè illi vel malè fecissent
per iter. Hunc Beatissima Virgo ad
Ioannem Nunnium duxit, & vt ille
huius consiliis obsequeretur, suasset.
Conimbricam sociis inter alia scribēs;
*Queramus, inquit, per mutuum contem-
plationem nos ipsos in sacratissima Virgi-
ne.* Gaudia coram imagine B. V. oran-
tem allocuta dicitur imago; eumque
intuita, oculos in pictura reliquit aper-
tos & eleuatos, quos antea habebat
depressos. Rogabat Beatissimam Vir-

ginem, vt per illam obtineret à SSS
Trinitate, quod esset bonus filius Pa-
tris, bonus seruus Filij, bonus Spiritus
sancti discipulus. Per eandem Patris
suas vires, opera, memoriam; Filio,
verba & intelligentiam; Spiritui san-
cto cognitiones ac voluntatem dedi-
cabat. A Beatissima Virgine petebat
ornatum quo se illa Christo venturo
ornabat; sedulitatem, commiseratio-
nem, quâ illa seruiebat viuo, compa-
tiebatur morienti; desiderium, quo
prosequebatur ascendentem. Per B.
Virginis famulatum se disponebat ad
famulatum Dei, vt in aulis, Regi ser-
uituri, alicui è familiaribus Regis ser-
uiunt primum. In Sanctorum festis,
Beatissimæ Virgini agebat gratias pro
iis beneficiis, quibus eos vnquam ad-
iunxit. Rogabat illam vt illa SSS. Trini-
tatem ipsius nomine adoraret: SSS.
Trinitatem verò orabat vt Beatissi-
mæ Virgini benediceret. Spiræ Festi
B. V. Assumptæ apparatione in tem-
plo spectatâ. Orabat particulatim pro
singulis, qui aliquid opellæ ad festi
illius celebritatem attulissent. Cum
se aridum corde sentiret, folabatur se
cogitatâ Beatissimâ Virgine, quæ ta-
meti nunquam peccarit, & cælesti
gloria tamen tam diu absuit adhuc
exul, & in terris frequenter caruit
Christi præsentia. Si quem adiutum
veller, ad B. V. tanquam eius matrem,
preces & studium conuertebat, vt illa
eum ad Deum, ceu filium mater ad
Patrem, adduceret. In festo Præsen-
tationis B. V. vt munusculi aliquid ei
offerret, oculos obtulit, cum decreto,

K K

ne

Sancti.

Assumptæ
B. V.Præsent.
B. V.
Oculis

ne paruulos quidem fixis oculis deinceps intuenti. Humilitate insigni plane præstabat. Vnde quicquid aliis esse videretur, aiebat, *se totum quicquid esset, esse opus Ignatij*. De hoc Beatus Franciscus de Sales Episcopus Geneuensis ait illum primum Sacerdotem, primum Concionatorem, primum Theologiæ Magistrum fuisse in Sancta Societate Iesv, & primum Socium B. Ignatij eius fundatoris; in Germania magna patrassse pro Dei gloria: sensisse illum manifestè opem Angelorum, cum Angelos patriæ salutarer: se magno suo solatio consecrassse altare vnum in loco quo Beatus iste (sic ille scribit) vir natus est in villareto pago. Romam accitus, vt pareret, in ipso calorum æstu venit; & breui obiit. Vnde P. Andreas Oniedus datis ad S. P. Ignatium literis Gandiâ scripsit; Fabrum personæ cuidam à Sanctæ vitæ laudē celebri videri visum post mortem gloriâ circumfusum, dixisse; mortem se obedientiæ nomine oppetiuisse; ac, ore lato, multa narrasse de gaudio, quo propter id genus mortis in beatis illis sedibus fruereetur. Sanctus Xaverius in periculis illum tanquam Sanctum priuatâ pietate inuocabat. Nec desunt qui piâ quadam affectione dixerint se à Deo plura per illum beneficia accepisse.

AMBROSIVS

BELGA COAD.

Belga Gandiæ 1. Augusti, 1547.

Orabat P. Fabrum charum Magistrum in cælum sequi: & octavo ante mortem die prædixit se 1. Augusti, anniuersario post Fabri migrationem die moriturum, euentu secuto. Post decennium cadaver illius incorruptum, & odore miro fragrans repertum est.

Mors.

P. ALPHONSVS

CYPRIANVS.

ERomana Professorum domo Balneo regium, & anno 1541. ætatis 58. in Lusitaniam, Goam, deinde in oram piscariam, lateque in orientis Indias missus, acerrimum zelum perstudioso obsequio præclarisque virtutibus cumulauit, sui demissione quàm maximus: id quod cum in factis, tum in datis ad S. P. Ignatium literis elucet, cuius ille animum *sacrum, diuitem, ac præpotentem* vocat; eoque se ait sustentari: petit commendari Laynio & fociis, quos plusquam gloriosos Principes stirpis appellat. Ioanni Lopo prædixit se die vinculorum Sancti Petri migraturum è vitâ; sed & de balbo gubernatore Navis quæ luscum raptorem, & raptam ab illo neophyti cuiusdam vxorem vehebat verus vates fuit, fore vt nauigium infame pereat, & alter è lusco cæcus fiat, alter è balbo mutus. Ita factum. Nam Gubernator tempestate coortâ, naufragio amissis omnibus & in litus eiectus, in luscum raptorem, tanquam in eius mali causam, irruens effosso illi altero, quem solum habebat oculo, illum cæcum fecit, & ipse naturâ balbus hætenus, illo clamore, mœrore, iactatione factus est omnino mutus. Ita triplex Cypriani vaticinatio completa est.

Meliapora 1. Aug. 1559. ætat. 76.

Mors.

Cassina.

P. EVERARDVS

MERCVRIVS

PRÆPOSITVS GENERALIS IV.

IPso nascentis B. V. die anno 1548. Parisiis Societatem amplexus, Romanæ domui à S. P. Ignatio Vicepræpositus

Belga Romæ 1. Aug. 1580. ætat. 66. Soc. 34.

sius datus, postea primus Perusij Re-
ctor, & in Belgio commissarius, ac
deinde Prouincialis & B. Francisci
Borgiæ Assistent, moxque successor e-
lectus, prudentiæ integritatis, peritiæ
instituti laudem insignem tulit. Ipso
morientis S. P. Ignatii anniuersario
die, crastinâ inquit, die videbitis in
me imaginem mortis. Sapiens illius
modestia faciles reddebat omnes ad
eius imperium, maximè cum exem-
plo excelleret. Laborum, & pauper-
tatis ita amans, vt pedes obiret Pro-
uinciam, & lauta diuerforia declina-
ret. Aliquando etiam illachrymari vi-
sus, quod nouam vestem induere co-
geretur. A germano suo rogatus, vt
luorum tenuitatem adiutum iret, in
eo in quo erat Societatis magistratu,
respondit; se nullo Societatis Coadi-
utore plus habere opum aut facultat-
um. Orientis Indiam, Angliam, Po-
loniam, Maronitas adiunxit, locuple-
tauit, missis illuc viris Apostolicæ ex-
pectationis. Valebat maturitate di-
cendi, atque scribendi, ac ingenio ad
Superiores, Concionatores aliosque
Societati peridoneos viros performan-
dos prorsus idoneo, adeo vt Ignatii,
diuini illius viri, genius atque inge-
nium renatum in Mercuriani genio
ac ingenio diceretur. Gubernauit So-
cietatem vniuersam à Maio anni 1573.
vsque ad hunc diem anni 1580.

P. IACOBVS

HABBÆVS.

Belga Ipris
1. Aug. 1621,
ætat. 44.
Soc. 29.
B. V.

Rector, & Concionator præstans
fuit Iacobus; & in eximio erga iu-
uandos pauperes, ac in cultu Deiparæ
studio singularis, adeo vt verè illorum
parens haberetur; huius verò filius:
quippe qui gratè aliquando narrabat;
se cum ab obedientia in Italiam mitteretur inter Alpes præsentissimo vi-

tæ periculo non sinè miraculo ereptū,
quando subsidente mulo votum concepit Deiparæ Lauretanæ. Illius ille
cultui linguam, seque totum dederat;
illius imaginem sinu gestabat, eiusque
pio aspectu oculos & cor sæpè sapius
recreabat: nec se suo benè functum of-
ficio arbitrabatur, nisi de illa in sin-
gulis concionibus aliquid pro eius
gloria in medium attulisset.

Concio.

P. MARCVS

GVZZONVS.

Venetis, claro genere illustris in
Societate per B. Aloysij reliquias
sanatus est, anno 1603. cum malignæ
febris & pestiferæ eruptionis vi tume-
factâ linguâ, dentibus inter putridas
densasque sordes obsessis, mentè sæ-
pius vacillante, ad extrema iam deue-
nisset. Argentæ in missione ad proxi-
mam B. Virginis imaginem in propa-
tulo pendentem, inuitatâ collectâque
mortalium plurium coronâ flagranter
dicebat, & vnâ cum omnibus Litanias
B. V. recitabat, commotione animo-
rum permagnâ, & labore sæpè ad ter-
tiam vsque noctis horam producto.
Foris versatus à socio signum sibi edi-
tintinabulo voluit, quo singularum
domesticarum functionum admone-
retur. Valoscuranæ pesti sedulus ad-
fuit; ei que superstes, Figarolensibus
peste ictis dum seruiret, mortem he-
roum charitatis oppetiit.

Italus Figa-
roli, 1. Aug.
1631. Soc. 31.

B. Aloysii.

B. V.

Accuratio
disciplina

P. IOANNES

COLLIGNON.

Impensè studebat latere; vnde nun-
quam se supra Grammaticæ institu-
tionem erigi passus est, licet maiora
posset. Sub mortem se increpitans la-
tronem se diuinæ gloriæ vocitabat;
K K 2 quereba-

Gallos Mus-
sionti. 1.
Aug. 1633.Mellapora
1. Aug. 1559
ætat. 76.

Mori.

Paupertas.

Mortific.
Assin. vni-
uersæ.

Mori.

Castitas.

Belga Ro-
ma 1. Aug.
1580. ætat.
66. Soc. 29.

Humil.

Charitas.

querebaturque quod in lectulo domi, non foris inter pestiferorum turbam defungeretur charitate simul & vitâ; quod illi deus aded in desiderio fuit, ut eâ tabe laborantibus vndecimum ipse caput addiderit, seruieritque assiduitate planè heroicæ charitatis, & inde illi extremi dolores velut analecta illorum laborum fuere, quos consecuta mors rapuit è medio virum geminis humilitatis & charitatis velut alis ad æterna subuectum.

P. GEORGIVS

SCHONBERGER.

Germanus
Hradistis.
1. Aug. 1645.

Fides.

Post traditas varias disciplinas scholasticas, Olomucense Collegium in œconomica prouidenter, in disciplina religiosa paternè, in charitate propè maternè gubernauit. A Suecico Transylvanicoque turbine variè iactatus, variè latuit; atque deprehensus, cruciabili seuitiâ vocatus est. Manibus baculo subter pedes illigatis in globum conuolutus, cælum pedibus, terram capite respectabat, plantis nudis per tres continenter horas immani fustium pregrandium verberatione contusus, intercalariis Iesv & MARIA nominibus in leuamentum identidem repetitis. Mirum illud ope diuinâ sibi accidisse ipse moriens testatus est; se post lanienam illam citra vllum tumoris vestigium vel sensum doloris cursu celeri aliquot milliaria confecisse. Verum & ibi elauâ in dorsum impactâ, rustico tectus pelliceo, velut Adam, proteruis cachinnis expositus ipsâ miserabilis aspectus modestiâ, squallore ac sanguine misericordiam impetrauit, mensâ quoque ducum admotus. Sed & ibi procaci ioco ludificatus, ita pudicitia sapientis modestiæ placuit, dum tacuit, ut rubore suo ruborem ac religiosam in-

tegritatis venerationem in aliis ciceret; Angelorum pane deinceps vesci permixtus quotidie, tamen captius Barbaro hæretico datus per ficiarios hæreticos iam destinabatur ad necem. Verum arce tantum eiectus, ad nostros tandem appulsus est: & arumais illis nouâ dolorum accessione cumulat, post multa præclare acta & ad nostrorum coronam dicta religiosam animam egit.

P. IOANNES

RENAVDIANVS.

Cum Provinciam gubernaret pedes illam & sapè cilicio cinctus, corollâ Deiparæ de collo appensâ obibat: & in diuersorio, licet festus, ac sapè madidus, in genua se abiciebat ad recitandas horas Canonicas. Abrupto somno surgebat ad diuinum officium, & ad sui longissimam quotidie verberationem flagris è ferro aut ære confectis; nihil alios moratus, audirent plagarum strepitum, aut non audirent. Somnus illi brevis & in palea, vel nudo assere carptus. Longa inedia patientia: vnde diuinum sacrificium, etiam feri è octogenarius: vltimus faciebat. Oculis legem indixerat ut non nisi terram pedesque aspicerent. Preces illi fusa semper de genibus, & mirus amor solitudinis atque cubiculi. Postremum iudicii diem in Scenam dedit permagno sanè animorum motu; & solebat nonnisi pia in theatrum producere, cum ista tractaret. Deiparam, bonam Matrem, bonam Dominam appellabat: Eius amor dâbat, ne cum fœminis ageret, ac iis quoque quibus præerat id vehementer imprimebat, ut in hoc aut nulli essent aut breuissimi, rem Dei matri facturi longè charissimam. Pali Rector cum esset, instituit ut mendici pro stipe ter ad Collegium

Gallus Burdigala.
1. Aug. 1646.
ætat. 78.

Mortific.

Oculi.

Oratio.

B.V.

*Gratu ani-
mm.*
B.V.
(in signu)
legium quot hebdomadis ventitarent; quos ille inconferis Catechismi precibus eruditos incitabat, vt Regi Collegij fundatori vitam repetitis clamoribus precarentur: id quod & ipse faciebat, & in morem vsu receptum iam transiit. In Rege Ludonico id impense amabat & laudabat quod regnum Dei Matri solemnino voto quorannis repeti solito dedicasset. Incredibili erga Deum fiducia Collegia plura are iunxit; & Petrochorense, Pictauiense, Palense à fundamentis excitauit. Coadiutoris agri frontem cruce signans post breues preces, macte animo illum esse iussit, & conualiturum ita prædixit, vt breui dicto fides non defuerit. Ingentem verrucam, quæ Coadiutorem alium sutoris officio fungi prohibebat, signo Crucis signauit, & postmodum nec dolor, nec verruca vlla in manu apparuit. Per iter in Bearnia piscatores nihil à se piscium capi questos iussisse aiunt expresso Crucis signo, in certo loco rete in aquam de-

mittere. Aiebant illi se inde rete non semel vacuum extruxisse: tamen paruere hortanti, & tantam vim piscium extrudere, vt rete rumpereetur. Ita de illo P. Ioannes Regius eius tunc socius qui hæc vidit. Feroci vacca in se furenter irruenti signum Crucis obiecit manu ductum in aëre; & illa miris ad gregem reuertit. Prædixit Ludouicum XIII. Regem prolem masculam suscepiturum, idque sapius affirmavit: Pictaui multis ante annis quam id eueniret, dixit: Denuncio vobis futurum esse Rupellæ, atque adeo in Bearnia, Societatis nostræ Collegium. Expectate, & breui videbitis gloriam Dei. Imò viuentibus ac videntibus nobis, qui hic præsentibus adsumus, illud eueniet, quod enuncio. Et euenit. de quodam tunc sano & robusto ad munus quodpiam destinato diserte dixit, munus non aditurum, sed prius moriturum. Et vaticinatio euentum, fortita est, testibus plurimis.

II. DIE AVGVSTI.

P. FRANCISCVS DE LA CROIX.

*1. Augusti.
Belga Tor-
naci 1644.
ætat 62.
Soc. 44.*

Vocatio.

B.V.

Nonios, patresque Tertianos, Collegia, Prouinciam religiosè admodum gubernauit. Quanti vocationem suam faceret, manantibus inter loquendum de illa vberim lachrymis testatus est: quibus persusus persapè in cubiculo quoque pro illa Dei beneficentia gratias Deo agens, ipsos cubiculi muros exosculabatur, terram etiam crebris osculis lachrymisque honorans. De B. Virgine & sentiebat & loquebatur & scribebat suauissimè; illamque suo spiritui

Præfectam, ac ignis in corde absconditi velut vestalem custodem elegit. Hortulo suo *Mariano* tot linguis typisque nobilitate mirabiles in Deiparæ cultus amores in plurium cordibus excitauit Immaculæ Conceptionis cultor eximius, illam suæ conscientie nullâ vnquam, vt opinio est, lethali maculâ scædata, sequestram optauit. Prouincia præpositus, illam suis præposuit, vti ipsa esset prouincia illius Prouincialis omnesque ipsa vt suos gubernaret, illa omnibus prouideret. ita armatis multâ sui afflictione precibus illos sub illius præsidio collocauit. Ad horarias quotidie Immaculæ Conceptioni fufas preces adiecit, alias

KK 3

ad

*S. Ioseph.
Oratio.
Votum.*

Modestia.

Passio Christi.

S. Ignatium.

Oratio.

ad S. Iosephum; utraque puræ & cum Deo coniunctæ mentis impetrandæ ergo. Noctu à primo somno surgebat; & Mariam S. Casimiri carmine salutabat. Angeli cognomentum tulit à Mutio Vitellesco Generali, & aliis, arcano illo pudicæ modestiæ magnete in eius facie relucente, aded ut alij per plateas quoque illum sequerentur. Alij verò Francisci verbo scriptorue antiquas & atras nescio quas suas tenebras discussas faterentur. In sacrificio Missæ frequentes illi lachrymæ: frequens aliàs quoq; memoria Crucifixi cuius honori primus ille, ut aiunt, in Prouinciâ vsum quadragesimalium meditationum induxit. Duaci ipse biennio id flagranter exercuit & modum commonstrauit. Fatebatur se à Deo donatum eximiâ quadam & sublimi opinione de Sancti Ignatii magalibus, & excelitate sanctitatis. Per totos 20. annos in chartas retulit pia sensa quæ inter orandum è Dei pectore hauriebat.

P. L V D O V I C V S

VANACKERE.

*Belga Mō-
tibus 2. Au-
gust. 1653.*

*Confessio,
quotid.*

Patientia.

Humil.

Vir timens Deum, & vel ad umbram peccati sapienter panidus. Frequens illi cum patre spirituali de domo interiore colloquium; & conscientia quotidiana expiatio per pœnitentiæ sacramentum. Animus autem plenè subactus ac domitus, ut nec ad iram occasione vlla, nec ad doloris impatientiam diris calculi cruciatibus vnquam erumperet. Ab apoplexia ferè claudus, & à valetudine parum firmus, inferiores tamen classes per duos & viginti annos, constanter seruata semper temporis distributione, ac animi perpetuò tranquillâ æquitate docuit, raro & religio-

so in paucis exemplo.

P. E R N E S T V S

MAIRHOFER.

Ante 80. & amplius annos ad Societatem, ante 68. annos ad altare Dei in primo sacrificio ingressus, excepto biennio sæculum vnum vixit, sacerdotum omnium, in vniuersa Societate; quâ scire licuit, antiquissimus, & tamen ætatis priuilegio ad arctandam, non verò ad laxandam disciplinam utebatur. Simplicitati, diligentia, ac perpetuæ sui afflictationi, etiam in decrepitis annis, apprimè addictus fuit, cum se ter quot hebdomadis vsque ad ætatem vltimam verberaret, ac feria 4. cum Sabbato ieiunaret: præter longum ante pascha ieiunium, quod ne nonagenarius quidem omisit, aut laxauit.

*Germanus
Hale, 1. Au-
gust. ætat.
98. Soc. 30.*

Mortific.

P. F R A N C I S C V S

CARRION.

In Indiam cum Alexandro Valignano Visitatore, ac postea in Iaponiam penetrauit; eiusdem iussu primus annuarum Iaponicarum autor, anno 1579. In Scimo insula, & Meaci strenuè industriæ suæ vires exercuit; & in plurimâ patientiæ segere lætam sementis Euangelicæ à se iactæ messem vidit. Expectatam in Régno Bungeni mortem, Firandi tandem reperit; vbi post egregias de impietate reportatas victorias, permultis Christo lustratis, odia barbarorum in se concieuit, & veneno sibi clam ab iis propinato per triduum cruciatus, multo reiecto sanguine, Ikizuki in vico eius insulæ, vitam immoralem, ut bona spes est, nobilissimâ obitâ morte inuenit.

*Hispanus
Ikizuki. 2.
Aug. 1594.
ætat. 38.
Soc. 19.
Fides.*

III. DIE

III. DIE AVGVSTI.

P. PETRVS
DE MOLINA.

A Magnis animis, quos gerebat, *Amilius* cognomentum adeptus, etiam in Societate postea nihil à pristino animi vigore elanguit. In classica missione, item in Africa, miro ardore versatus, non paucos ad Christi fidem adduxit Mauros, atque Indæos, ac alios. Granatam redux ad Xenodochium illicò euolauit, ut faucibus ope omni adesset: in qua charitatis exercitatione mors illum gloriosa oppressit. A morte, quidam in arcto positus, & animo prostratus, dixit sibi illum adesse visum, seque ab illo ad id quod patiebatur fortiter ferendum animatum, eo ferè modo quo Petrus cum inter vinos ageret facere id solebat, solatij ac leuamenti plurimum accepisse. Hoc extincto, secuti eum sunt 16. Augusti P. *Marcus Antonius*; & 18. Aug. P. *Franciscus de Cuellar*; vterque lue ab iis quos inuabant haustâ contactus: & vterque vnà cum P. Petro post mortem visus dicitur magno splendore circumdatus.

MARTINVS
BECCHAERT SCHOL.

Silentij per omne tempus quo nobiscum fuit, aded amans fuit, ut illud nullo vnquam verbo violare sit auditus. Regularum attentus custos, ita ut non solum ipse nunquam in illarum vllam delinquere sit visus, verum & vultu mœrorem monstrârit, si minus religiosè à quopiâ obseruaren-

tur. Ad Societatem venit amore Beatissimæ Virginis, quod eius cultum in Societate vigere videret, ac Societatem illi cordi esse intelligeret, eâ spe ductus fore ut ipse quoque hic illam enixius posset colere & amare. Ternas & subinde quaternas horas ducebat orando, amabili compositione piæ modestiæ. Festo quouis die tribus sacrificijs intererat: & à Sancta synaxi precepta tres horæ partes in reddendis gratiis ponebat; idque constanter cum etiam aliàs tam ipse crebrò SS. Sacramentum inuiseret, quàm alios ad idem inuitaret. *Eamus*, aiebat, *eamus*; nec enim satis laudare possumus dominum Deum nostrum. De se nunquam bene, de aliis malè nunquam loqui auditus est, etiamsi fortè læderetur. Prima surgentis & vltima cubitum concedentis occupatio erat à Beatissima Virgine, quemadmodum solet à matre benè moratus filius, benedictionem gestu supplici flagitare. Aiebat quinque se à Deo postulare. 1. ut moreretur antequam periculosus cum proximo congressibus inuolueretur. 2. ut in Societate Iesv. 3. ut sibi benè compos. 4. ut mane ante sacrificia inchoata. 5. Infra octauam S. P. Ignatij. Omnia obtinuit.

GEORGIVS
GILBERTVS NOVITVS.

Hunc extremâ valetudine lecto affixum, idque flagitanti, prapostus Generalis ad Societatem atque ad religiosa vota admisit, eaque ipse nuncupauit. In Anglia primum nostros hospitio, & liberalitate ad omnia porrectâ

Vocatio.

B V.

Oratio.

Euchar.

Lingua.

T. P.

Anglus Romanus Incerto die. 1582. Soc. 1.

Germanus Hales. 1. Augusti. 1600. Soc. 19.

Mortific.

3. Augusti. Hispanus Granatæ. 1600. Soc. 19.

Charitas.

Mort.

Charitas.

Hispanus Kizuki. 1. Augusti. 1590. 1600. Soc. 19. Fides.

Belga Lo. 1. Augusti. 1621. 3. Augusti. 1600. Soc. 3.

Regula.

porrectâ excepit, omnia quæ illis ex
vultu erant, etiam libros typumque cu-
rauit Romæ in Collegio Anglicano
magnâ ad leges omnes per sanctè ser-
uandas attentione vixit, pudicissimæ
modestiae, orandi, seque macerandi
studio, sed ante omnia obediētiæ, ad-
dictus. Fassetur est cuidam, Beatissimam
Virginem sereno aliquando ac suavi
vultu sibi videri visam, quod obediē-
tiæ se accommodasset, cum eandem
paulò ante seueriore vultu veluti tri-
stem vidisset, quod Georgius in re ne-
scio qua suæ sententiæ præ alienâ ni-
mioperè adhæsisset. Officium B.V. re-
citabat quotidie. Martyrij longè erat
cupidissimus. Omnes in cælo cælites
persæpè visibat; authorque erat etiam
aliis vt id facerēt, & interrogabat San-
ctos singulos vnde illis ea gloria? &
respondentes audiebat: E.G. S. Fran-
ciscum; ex humilitate & paupertate;
S. Stephanum, ex lapidum perpassio-
ne &c. Eo mortuo magnum Angliæ
præsidium in illo amissum dixit Pon-

Obedient.
S.V.

Omnes San-
cti.

tifex. Sepultus est in tyronum loco, vt
Nouitius. Otingenti aurei, quos ty-
rocinio legarat. Alano missi ad Anglo-
rum calamitates subleuandas.

P. BRIANTHVS CANSFELDVS.

ODio sui, & contemptione, Ca-
tholicisque apud Anglos labori-
bus fuit egregius. Inter celebrandum
sacrum deprehensus, & ad Iudicem in
sacrificali veste, inde ad carcerem,
abreptus, ibique pessimis modis habi-
tus, cum existimaretur Iudicis vxo-
rem ad fidem Catholicam conuertisse
(quæ tamen non illius, verum alterius
de Societate Patris operâ Orthodo-
xam fidem agnouerat) errore postea
detecto dimissus ille quidem est, at
earum perpassione ærumnarum vale-
tudine adeò quassatâ, vt vno fere post
mense diem extremum finierit.

Anglus E-
boraci. 3.
Aug. 1643.
ætat. 65.
Soc. 39.

IV. DIE AVGVSTI.

P E T R V S GOMEZ. COAD.

4. Augst.
Hispanus
Compluti.
1565. Soc. 5.

PARENTES habuit artifices Petrus.
In Societate humilitati ac labori
assiduo se totum dedit; & si quid
otij sibi superesse videret, petebat à
superioribus aellum & facultatem il-
lum aquâ onustum per urbem agendi
ac pro more patriam aquam vehendi.
Sic enim aiebat se quoquo modo ef-
fecturum ne segnis & iners pane pi-
gris ventribus non porrigendo vesce-
retur. Toto die sæpè ruri laborabat
inter operas, cuius ex illis par con-
tentione, & strenuè laborandi assidui-

Labar.

Humilit.

tate, ac frusto panis contentus. Illis
etiam quiescentibus aliquid laboris
inueniebat, nempe quod maiore labo-
re dignum esset illud manu pretium
seu merces, quam ille præ rusticis
quærebat. Et tamen de se ipso quere-
batur quod piger, quod Societati o-
neri, quod pane quo vesceretur esset
indignus. Cum procuratoris vices a-
geret, pedes foras proficiscebatur et-
iam ad 15. millia passuum intra dici-
spatium conficienda Redibat aliquâ-
do oliuarum sacco onustus sine pileo,
sine pallio; & per vias magis frequen-
tes videndum se propinans. Mater il-
lius quidpiam lineæ supellectilis lotæ
pro sacrario nostro attulerat, & Petrus
tunc

Humilit.

tunc Ianitori dederat: Cum hac, nemine alio præsente, loquentem ubi reperit P. Minister Collegij, ignarus quæ illa fuisset, hominem acriter reprehendit, Rectore quoque admonito; qui alterum tantum reprehensionis illi addens, ac tacentem omnino vrgens ut proderet quid illud scemina fuisset, ne quid tetra notæ occasione illâ Societati adhaeresceret: ubi eam Matrem Petri fuisse audiuit, magni eius virtutem fecit atque silentium, quod se ne verbo quidem excusasset. Aded tene- rē domi ab omnibus amabatur prom- pta illa & omnium reuerens illius cha- ritas, ut si quando peregrē, curatis Collegij negotiis domum reuerteret, obuij Patres in eius amplexum irent, quasi hospitis & peregrini. Id quod tantā mutua charitatis significatione fiebat, ut quidam ē primæ notæ viris eo viso spectaculo animum ad Socie- tatem adiecerit in qua tam bonum & tam iucundum est habitare fratres in vnum. Eo ipso tempore quo Compluti mortem oppetiit Petrus Matri Occa- niæ dicitur apparuisse & illa confestim Rectorem Collegij certiorē fecit li- teris postea tunc illum obiisse testatis.

P. G A S P A R

MAVRITIUS SERPE.

Lustratus
in Africa.
4. Aug. 1578
Soc. 1.

Mortis.

Castitas.

Itinera.

Humil.

Sapientia, orandi, ac lachrymarum dono fuit excelsus, siue cum Deo, siue de Deo loqueretur. Vbi occasio adfuit, rara illi diei hora præterfluxit, quā in cubiculo in se non sauriret admodum aspero aliquo cruciatu. Cruē- tabat se lorīs, atque cilicio; quo ferē semper tectus, ceu stolā puritatis, ca- stimonie suæ sanctimoniam semper nitidius ad maiorem perfectionem e- uelare nitebatur. Sacras expeditio- nes obibat pedes, & stipe corrogatā, mendicabuli ritu. Veste tam misera-

bili, ac tantā sui contemptione se vi- lem ubique haberi optabat, ut in mis- sione quapiam captus vnā cum socio, & in custodia detentus per biduum (quod suspectus videretur) nunquam vel verbulo aperuerit ecquis esset; vs- que dum alij eum vnā cum socio ag- nitum, de Societate Iesu esse dixere, exclamantibus omnibus præ ingenti admiratione modestiæ tam constan- tis. Ut à se amoliretur gubernandi ho- norem, scripto seipsum depinxit te- terrimis quibus poterat coloribus; & eas literas Præposito Prouinciali mi- sit: nihilominus tamen Eboræ Colle- gio, & Vlyssiponæ Domui Professæ fuit Præpositus. Etiam cum post P. Ludouicum Gonsaluium Regi Seba- stiano à confessionibus esset, ibat ad aulam cultu obsoleto. Henrici autem Cardinalis tunc pro nepote regnantis confessiones audire liberē detrectauit; negans id se posse, quamdiu istic Ec- clesiastica libertas in vectigalibus pri- stino vigori non restitueretur. Se in- conscio ea vectigalia Ecclesiasticis es- se imposita dixit Cardinalis; & actis Gaspari gratiis rem correxit. Cum Re- ge in Africam inuitus discessit; & so- ciorum cuidam prædixit, extremum id sibi esse quo eum videret. In Afri- cabelli alea infelicitate cecidit. Patres capti; sed seruati, & ære postea re- dempti. Sebastianus Rex desideratus est, viuusne an mortuus, in incerto fuit. Gaspari parcere noluit Maurus victor, quod illum (in flagranti, ut vo- cant) saucio militi peccata confitenti aures ritu Catholico dantem depre- hendisset. Eapropter eum canem Na- zareum compellans quid istic impie- tatis ageret interrogauit; & simul ei acinace bifariam caput fudit.

Patientia.

Humil.

Paupertas.

Aula.

Confessarius.

LL

P. AN-

P. ANTONIVS

BELLAVIA.

Italus Per-
nambuci.
4. Aug. 1633.
ætat. 39.
Soc. 23.

Modestia.

Eucharist.

Cum paruulus terram pede ictu frequenti persæpè pulsaret, ac à Patre ecurr id faceret rogaretur, aiebat: *se ad alterum illum mundum qui sub nobis esset iturum*. Illo è scholis redeunte scemina alia alias inuitabant, aiebantque: Eamus, videamus paruulum Angelum, filium Bellauia.

In Societate, singulari desiderio ardebat dinina synaxis crebrius adeunda: atque hoc desiderium aiebat esse vnam ex artibus quæ nos præparant cælesti illi conuiuio.

Cum inter docendum in scholis in illum Poëtæ versum incidisset.

Et quodcumque mihi pomum nouus educat annus

Libatum agricolæ ponitur ante Deo; magno verborum pondere suavit, ac auditorum mentibus planè impressit, vt assuescerent primos anni fructus Deo offerre, geniumque suum illis fraudare. Atque hanc degula victo-

riam ille mortificationis negatiua nomine appellabat, nempe quando placitum palato tuo bolum tibi negas, vt te Dei amore peruincas.

Oratio.
Sacrum.

In Brasiliâ, ipsi Brasili vtrò ac sanctè sunt contestati, illum ab ipsis conspectum esse in alto à terra sublimem, cum diuini sacrificij mysteriis operaretur. Magnam istic animarum messem collegit verbo & exemplo apprimè potens. Denique tam in Sicilia, quam postea in Brasilia floruit opinione sanctimonie singularis, mira etiam quædam operatus. In prælio, in quo ille inermis Lusitanis contra hæreticos pugnantibus sacram industriam nauabat, glande saucius, cum nihilominus Lusitano militi saucio contenti aures præberet, ab hæreticis in opere quod ij detestantur deprehensus, aliquot in capite guttureque acceptis vulneribus, mortem oppetiit. Fuit vir tantam modestie suauitate amabilis, vt ea quæ in illius mente, atque carne inerat integerrima virginitas, in vultu etiam religiosè composito, & castigatis ad omnem puram modestie normam oculis legeretur.

Fides.

Castitas.

V. DIE AVGVSTI.

RENATVS

NOVITIVS.

7. August.
Gallus. in
certo die
1643. ætat.
35. Soc. 2.

De hoc datis 7. Aug. 1643. literis P. Isaaci Iogues ait; securi trucidatum, cum SS. IESV nomen ingeminaret. Laudat illum à simplicitate, incredibili dolorum patientiâ, innocentia. Plures menses in tyrocinio Societatis cum laude posuerat, inde ad Hurones missus, vt Christianis opitularetur arte chirurgicâ, quâ

præstabat. Stupenda sunt quæ vnâ cû P. Isaacio tulit à diris illis Barbaris. Occisus est senis cuiusdam iussu, quod eius nepotis fronti visus sit digito signum sanctæ Crucis imprimere, atque hanc necis fuisse causam prodidit ipsa mater pueri quem signarat. Vocat illum martyrem obedientie, fidei, & Crucis. Aliquando visus sibi est currere post illum cælo iam receptum, conspectis admirandi splendoris templis.

Fides.

CÆSAR

C Æ S A R P. FRANCISCVS
CAIETANVS. NOVITIVS. DEBARRY.

Italus Pa-
normi. s.
Aug. 1652.
ætat. 19.
Soc. 1.

Huius imago autoritate superio-
rum æri Romæ incisa hanc epi-
graphem præsefert: *Cæsar Caietanus*
abdicato Cæsari principatu, & Sortini
Marchionatu, suisq; contemptu clarissimus,
ipso ætatis & fortuna flore in Societatem
Iesu, cui se deuouerat, per ineluctabiles obi-
ces admissus est. Suscepit in eo viuente
Roma positum perfectionis & rociniū; mor-
tui reliquias collegit Panormus. Optabat,
& impetrauit, mori Nouitius, lento
morbo, sed sui compos, & aliquo die
Deiparæ Virgini dedicato. In diuinæ
Matris cultu iam inde à puero educa-
tus, ad instinctus celestes paratum se
postea præbuit liberali semper indo-
le ac pudicâ. Relanguescens in sæ-
culo à primæ virtutis vigore inter au-
licorum blandimenta spiritum exper-
gefecit Deus lectione, piis colloquiis;
generali exomologesi, concionibus
religiosè auditis. Consultricem elegit
in sua de vitæ statu deliberatione Dei-
param, cuius honori ea propter, præ-
ter quàm quòd recepto iam vsu sab-
fatinis ieiuniis illam colebat, ac festa
eiusdem, panis & aquæ vsu tantum
admisso præmissis ieiuniis celebrabat,
hoc ad cumulum adiecit vt quot heb-
domadis Marianum Sabbati diem sa-
cro Eucharistiæ conuiuio epularem
haberet, Deiparæ Virgini, tunc adhuc
Princeps, teneras epistolas exarabat,
in quibus per eam ad Societatem Ie-
su admitti postulans, ea scribebat,
quæ in eius vita vnâ cum reliquis eius
virtutibus adnotaui: vbi etiam decre-
retam ab illo SS. Ignatio & Xaueio
celebritatem, deliberandi modum, &
dignas Nouitiq; virtutes enarro.

Pauli de Barry germanus, religio-
sâ inter nos contemptione quàm
foris natalium claritudine nihil mi-
nor. Ibat senex baculo suonixus ad
pagos, vt animas Christo etiam in
abiectis corporibus pretiosas lucrifa-
ceret. Plura de illo in annuis: è qui-
bus illud fert fama constans Biterris
quendâ è nostris ægrum à P. Francisco
visitatum impositis manibus, fufis
precibus continuò persanatum, sed id
clam habere iussum, vt Deo salutis
authori tota beneficii accepti gratia
redderetur.

Gallus M.
spelij. s. Au-
gust. 1654.
ætat. 72.

Charitas.

P. G A S P A R
HERNANDEZ.

VT ea quæ gessit superior (& ferè
sunt communia) omittamus, lu-
bet id vnum referre quod illi euenit
Salmanticæ; vbi ad ægrum, qui con-
fessionem ad extremum vsque distule-
rat, & in phrenesim inciderat, voca-
tus, Deum per Beatissimâ Virginem
& omnes Sanctos pro infirmo roga-
uit supplex vnâ cum socio, vt ægro il-
li tantum lucidi interualli ac opportu-
ni otij concederet quantum sufficeret
ad conscientiam æternitati parâdam.
Quo diutius orabar Gaspar, eò æger
minus insanire ac sibi sensim restitui
videbatur: Vbi verò iam sui compo-
tem illum esse aduertere, prodiit ex
angulo, in quo orârat Gaspar, ægrum
expiauit, ad mortem instruxit, & via-
tico ac extremâ vnctione munitum
monuit vt per quartam horæ partem
gratias redderet tam bono Deo. Id
quod cum æger tenerè ac sensu per-

Hispanus
Toleti mēse
ac die incer-
to an. 1576.
Soc. 12.

Oratio.
B. V.

Mort.

magno fecisset, adiecit Gaspar : Iam nihil superest faciendum, & illico æ-

ger suâ phrenesi correptus vivere desiit.

VI. DIE AVGVSTI.

P. CLAVDIVS

IAIVS.

6. Augst.
Allobrox
Viennæ
Austr. 1551.

VNus è primis Societatis IESV decem viris fuit *Claudius* vir sapientiâ & virtute contra hæreticos tempore Concilij Tridentini, in Germania potissimum, singularis. Primum exercitiorum triduum ieiunus duxit, inediâ se ad cæli lucem parans. Placuit etiam in eo, fuitque ad Societatis genium, quod Episcopatum Tergestinum ac postea Viennensem (necdum editis tunc Societatis Constitutionibus, quibus id cauetur) religiosè ac fortiter detrectârît, euiceritque opere Virginis Matris, cuius officio ad horas Deiparæ recitandas destinato iam olim adolescens delectas quasdam è SS. Patribus sententias inscripserat de honoribus fugiendis. Petrus Canisius illum Germaniæ Apostolum, alij Angeli Dei, Patrem Patronumque Catholicorum dixere. Placidum illi & promptum facundumque ac à fastu omni abhorrens fuit ingenium, vultus hilaris & serena oris modestia. Vnde aditus facilius illi ad aures & animos tam hæreticorum quam Catholicorum, etiam Principum, aperiebatur, ob sapientiam tanto virtutis suauioris lepore conditam.

P. IOANNES

SEBASTIANVS A CAMPO.

Sardus Sarsari. 6. Aug.
1608. ætat.
82. Soc. 42.

DE hoc latè annuæ à Prouincia Sardinia perscriptæ, è quibus

delibo hæc pauca : Impendebat tantum temporis orationi vt Sabbatis omnibus ab occasu solis ad subsequē-
tis vsque diei gallicinium & flexis genibus & nudo capite (quando etiam frigus rigidius sæuiebat) coram effigie B. V. Annunciatæ in Nosocomio persisteret. Transigebat ieiunio dies Veneris & Sabbathi per totum annū; quadragesimæ verò tempore nullum aliud obsonium præter panem & aquam ad prandium adhibebat. A seruitute Africana redemptus est Argerij à quodam Genuensi quæstic à Christo transfugam lucrificerat. In Societate se verberibus bouis neruo inflicto quoties expergiscabatur singulis noctibus castigabat. Femoralia ex equinis setis contexta gestabat. Beatissimam Virg. incomparabili prosequabatur amore, officio quotidiano colebat, eandemque aliquoties illi diuino cinctam splendore conspectam fama est. Et in captiuitate quidem se ab ea moneri sibi est visus vt in sui filij fide captiuos Christianos constabiliret, diciturque rosaria plenâ manu illi porrexisse captiuis distribuenda & quoridie recitanda. Lingua illi plena silentij : & si loqui cogebatur, plena suauissimæ charitatis. Tam misisæ quàm orationi dans operam visus fuit persæpè à solo abripi ; sicque abstractus & suspensus in aëre quosdam lucis radios suo ex capite iaculari ; IESV quoque inter sumendum eius corpus pueri formâ conspecto vt dicitur. Hæc, & his plura fusiùs ibi quæ dabuntur in eius vita.

ANTO-

ANTONIUS

DE LEON COAD.

Hispanus
Hispani. 6.
Aug. 1627.
Aet. 65.
Soc. 46.
Castilis.

Promptus fuit semper & idoneus ad officia charitatis ac obedientia, nullâ suorum commodorum curâ insigni commendatione seuera pauperatis. Illud verò castitatis morte ferè obitâ & cruentâ dedicandæ exemplū quod edidit, meretur non negligi. Sategebat foris nescio vbi pro Collegio suo Antonius, cum impurâ fœminæ inuitatu vocatur, imò vrgetur ad sacrilegam turpitudinem. At cum fœmina se id impetrare haud posse videret, ac vehementer doleret se speratam ab eo quem ipsa laceffuerat; alium quempiam sibi turpiter obnoxium subornauit qui Antonium obseruaret, ac solum deprehensum mortis etiam minaciter intentatæ metu ad negatum hæcenus sacrilegum flagitium tandem percelleret. Quæsitâ, & reperia est opportunitas id patrandi: & iam procus ille fœminæ sceleratæ pro-

miserat se Antonio vel turpe illud facinus mortis formidine persuasurum; vel si id planè noller, eum coram illa trucidaturum. Ergò repertum Antonium coram impudica illa muliercula ad id quod hæcenus negasset vrget procus ferro armatus, iubetque aut fœminæ desiderio parere, aut coram illa cadere victimam iræ fœmineæ. Mortem citra dubitationis moras elegit Antonius: & illic abiectus in genua ceruicem porrexit. Petiit ramen moræ tantillum, vt perbreui oratione animam Deo ardentius commendaret. Iam orabat Antonius: iam ferrum parabat expedire procus ille, carnifex mox futurus cum fœmina tam serio spectaculo attonita, & in lachrymas effusa, proco illi suo persuasit vt abisteret. Eum enim hominem sanctum esse. Ita & vitam & triumphale pudicitæ defensæ decus retinuit felix Antonius. Biennio postea lecto affixus, longam mortem inuenit tantâ patientiæ laudè perinsignis, vt illis qui ad eum irabant vt eum solarentur ipse esset solatio singulari, atque exemplo.

VII. DIE AVGVSTI.

IOANNES
ANTONIUS

APVLVS. NOVITIVS.

7. August.
Italus Mef.
sanæ 1551.
Aet. 28.
Soc. 2.

GRæcas, & Latinas literas tradebat iuuentuti, claro virtutis exemplo. Beatum se putabat si se despici, quod valdè optabat, aduerteret; si obiurgari audiret. Ad suas voluntates frangendas, ad linguæ dominationem plenam, scitè intentus erat. Vnde sæpè vetera Patrum exempla reducens, in ore gestabat calculum

silentij monitorem. Rogatus (vt habent pretiosæ occupationes morientium in Societate) quid sibi à Deo impetrari à fratrum corona perciperet; vt, inquit, eius de me voluntas vndeque fiat. Quoties petebatur; equid veller; non aliud, reponebat, quàm quod obedientiæ placuisset. Interroganti, quid sentiret summo sibi esse solatio in eo articulo? dixit: Obedientiam. In qua veller virtute vel maxime studium posuisse, adiecit, in obedientia. Iam vnctus ad agonem & iussus fratri cuidam explicare, in quo illum cuperet esse eximium: in obedientia,

Obedientia.

L L 3

dientia, inquit. Idem rogatus quando vitam finire vellet, respondit, cum primum venia data fuerit, finiturum. Nimirum sicut è domo foras prodire, nisi superiore annuente, non licet; ita hinc egredi noluit, nisi annuente illo in quo Deum vitæ ac mortis arbitrum reuerbatur. Et Patri Cornelio Visharæo Tyronum Magistro, quando mori vellet, quarenti, dixit: Cum tu, Pater, veniam dederis. Veniam se illi dare ait Pater primâ vel alterâ diei hora moriendi. Trucem dæmonum aspectum se pertimescere dicente Ioâne. Nihil est, inquit Pater, ego illum abs te arcebo; ego Deo adiuvante fugabo. Et verò manè ad agrum reuersus, illum pugnis compressis cum dæmone seu luctantem seu illi alacriter minantem reperit. Cohorruit primum maximè cum vagatione horridâ igneum nescio quid ibi circumcursare aduertit. Tum Cornelius à pauore in preces versus, spectrum inde ritu Ecclesiæ ac verbis exegit, & Ioannes obediens victoriam retulit, atque alterâ diei horâ festum ab ea victoria spiritum triumphis æternis coronandum transmisit.

Orland. lib.
11. n. 15.

P. MARTINVS DE AGORETA.

Hispanus
Seguræ. 7.
Aug. 1581.
Soc. 14.

Orate pro a-
goniz.

Vir nullius vnquam mortalis peccati sibi conscius, & candore sanctitatisque sui non curantiâ mirabilis. Hinc oculi, vultus, vox, ingressus modestiam humilitatemque spirabant; Conciones verò ignem, omnia innocentiam & charitatem. Paulum de Iesu Coadiutorem optimum amore insigni complectebatur. Hic compluti animam agebat, cum Martinus Villaregij noctu voce excitari & moneri sibi visus est, vt pro Paulo animam agente oraret. Fecit ille quod iubeba-

tur, & ecce breui literæ compluto nunciabant Paulum eâ ipsâ (quâ Martinus excitabatur) nocte, eademque horâ extinctum. Infestus innocentissimo viro dæmon tametsi luctâ perpetuâ illum adeo affligeret, vt Martinus etiam in gemitus prorumpere cogere-tur, tamen victus abibat Martino semper vincente ac in Domini vinea totis viribus laborante.

Oratio.

P. SEBASTIANVS MOLINEVS.

ORationi mortificatione conciliabat efficacitatem, vt ea quæ à Deo petebat impetraret. Vnde non semel toto pœnitentialium psalmorum recitatorum spatio, acri flagello se cedere est auditus. Vtebatur hac industriâ ad eos, quorum peccata in Sacramento pœnitentiæ audiebat emendandos, ac virtute insigni ornandos, impetratâ ad id illis gratiâ apud Deum. Pro Sanctimoniali quadam ad sacram normam reducenda, cum nequidquâ cum refractariolo illius ingenio laboraret, duram ceruicem flexit tandem postquam Deo supplex pro illa sibi acriter mille ictus inflixit. Mirum id de illo, quod vix vllum tam peruicax ingenium sit aggressus quod tandem non molliuerit, fregerit, subegerit, atque ad frugem ita vt optabat, non reduxerit. Ita coram Deo, & coram eo quem tractabat, se in omnes partes artesque versabat.

Belga Tol-
losæ 7. Aug.
1598. stat.
64. Soc. 39.

Oratio.

Confessio.
Mortific.

Zelus.

HIERONYMVS BIGNOTTVS. SCHOL.

Vultus, oculi, & lingua illi erant ad omnem legum nostrarum numerum composita, cum amabili suauitate: quæ tamen illum nunquam eduxit

Italus Po-
snaniz. 7.
Aug. 1616.
Soc. 10.

nexit ut vel humano respectu, veleâ quam vocant Eutrapeliâ affluentia se ad loquendum rapi sineret quando id non licebat. Is qui cum eo, pro more scholasticorum, in eodem conclavi habitabat contubernalis, illum nunquam nisi de rebus omninô necessariis vel verbum dicentem audiuit: idque ita rarò, & breuiter; ut diceret se facillè meminisse verborum omnium quæ toto anni decursu in cubiculo dixisset Hieronymus. In se afflictando perseuerus fuit, & in paupertatem ita intentus, ut nihil habere conaretur. Nec nisi libellos duos habuit, in quos ipse de diuinis rebus quædam selecta delegerat.

P. CAROLVS
SANGVINOT.

IN aula ducis Lotharingiæ cum illi afflorens fortuna maximè arrideret, sponsam, ipsâ nuptiarum nocte, Alexium imitatus, deseruit. In Societate à Deipara eximia est beneficia consecutus, & multa diuinitus didicit ab eadem: inter quæ fuit illud, quòd cum vno ante obitum anno grauissime laboraret, iamque morti proximus crederetur, sospes repente munia consueta obierit, & pro vitæ auctuario se annum integrum habiturum didicerit, prædixitque, quo elapso tantas inter delicias moriebatur, ut ad audita illa verba IESU *dulcis memoria* in dicto silentio cælestium gaudiorum initia quædam persentisceret, stupe-retque maiora his adhuc in cælis gaudia esse reposita.

P. IOANNES
BAPTISTA BISTHOVE.

LOuanij Iurisprudentiæ operam dantem, auditâ in Parthenio cœtu exhortatio accendit, peruenit, & Societati adiunxit. Ad nitorem conscientie tuendum in Societate ad festa celebriora, generali à festo proximo exomologesi se perpurgabat. Cum persæpè confiteretur, id accuratone ac dolore magno, nec sine lachrymis, faciebat, quippe dono lachrymarum abundè donatus. Certum afflictationū quotidie sibi pensum indixit: quem numerum si quando per necessarias in Hollandia pro salute proximorum suscepas occupationes non expleset, se permultum accusabat. Angelo suo custodi commiserat, ut illius, veluti horologii, monitu noctu excitaretur à somno ad ea quæ officij ratio postulabat istic agenda. Et affirmavit, se nunquam spe suâ excidisse, quippe semper interno quodam monitu expefactum tempore opportuno. Libellum quoque vulgavit de ratione cum Angelo suo custode conuersandi. Alofti Foyésis Deiparæ statuam augustè colendam palam exposuit & ornauit. Plura de illo dedi in heroibus, & vicimis charitatis.

P. DIDACVS
DE CASTILLO.

IN tyrocinio tanta virtutis excelsa documenta dedit, ut Magister illius cum admiratione diceret; magnum quiddam, & valdè magnum latere in illo Nouitio.

Orandi, corpus variè affligendi, ac Deiparæ colendæ studio vnicè deditus, diebus Sabbati non solum non cœnabat,

Belga Lugd.
Batav. 7.
Aug. 1655.
ætat. 53.
Soc. 32.
Conf. general.

Mortific.

Ang. Custos

B. P.

Hispanus
Madridi. 7.
Aug. 1662.
ætat. 63.
Soc. 44.

B. P.

Mortif.

cœnabat, sed etiam se flagris dirum in modum in triclinio cædebat.

Procuratoris officio admotus, nihil de corpore macerando, nihil de precandi studio remisit; applicatione mirabili, peritiâ, diligentia, felicitate, ac virtute ordinariam supergressâ in munere illo per ipsos 35. annos versatus. Per longa, & æstuosa itinera nihil quod solem arceret, præter pileum, admittebat interdum; noctu verò sine lectulo terrâ contentus, pallio pro stragulo utebatur: si ouorum par admitteret, credebat esse delicias; cum aliâs totum prandium & cœna illi esset panis tantum & caseus. Cilicium æque gestabat per ter ac domi. Secebat in campis ad locum aliquem secretum, ubi in se flagris sæuebat, id quod cum domi tam dire faceret, ut alios in commiserationem admirationemque raperet, sui tyrannus pulcherrimo nomine dicebatur. Certè per ipsos quatuor & quadraginta, quibus in Societate vixit annos, non constat illum unquam, cum valeret, in lectulo dormiisse. Vini quoque usum non nisi æger, & medici iussu, admisit.

Charitas, & eucharis lingua in eo fuit singulari laude memorabilis. Totis manibus prouolabat ad familiaria domi obsequia, si Nouitium, aut alium quempiam oneratum videret.

Anno 1648. in regno Murcia pestis admodum sæuebat. Iussus ferre subsidium iis de Societate qui peste afflictis operam dabant, per iter à quinque prædonibus id quod erat suspectantibus interrogatus, a firmavit se pro Patrum illorum usu auri quidpiam adferre. Attamen ab illis non solum nihil damni accepit, verum etiam eosdem se ultro ad id offerentes comites habuit, ut securis itineribus ad iuandos sanctos illos viros (ut illi eos appellabant) perueniret. Per iter sermonem cum illis de diuinis rebus ita sci-

Colloquium spirituale.

tè habuit, ut eos ad bonam fugam adduxerit; dolenterque peccata passos & optima omnia pollicitos expiaret. Ne autem aliquid impedimenti superesset ad vitam bene instituendam, veniam illis Madriti à Rege obtinuit.

Cum apud optimates in aulis magnâ ubique autoritate polleret, illam tamen maiore sui demissione superauit. Procerum cuiquam, à quo in confessarium eligebatur, dixit: Eligat si bi alium, ego enim non sum tam altis rebus idoneus: sum solummodo ad obsequia hominum infimæ sortis, vltimique subsellij.

Madriti licet sæpè tempore à caloribus aut frigore importuno, & valetudine afflictâ procul illi eundum esset, ac certatim sese curruum occasiones offerrent, nullis tamen precibus, aut Episcoporum, vel Procerum auctoritatibus adduci potuit ut curruum admitteret. Cum quidam ex iis quos Hispania Grandes vocat P. Didaco, tanquam confessario suo, curruum offerret, atque ut eo vteretur impensè vrgeret; disertè respondit, malle se potius confessarij munus titulumque amittere, quam curruum vel ad vnicum passum admittere. Nec admisit.

Mirabili officij sui gnaritate, ac fide semper integerrimâ tantus erat, ut nunquam in subducendis iis quæ expenderet vel in nummo errasse, nunquam in reddendis tempore suo iis quæ debebat fidei suæ, seu dato verbo, aut præstituto tempore defuisse sit deprehensus. Vnde citra vllam chirographi obligationem promptos reperebat qui ei mutuum ultro darent.

Quocumque proficiscebatur, de Deo ubique præsentè, ac de eo quod acturus erat negotio cogitabat. Appulsus ad Urbem quampiam, ante omnia inuisebat sanctissimum Sacramentum: inde opportuno loco quæsito se flagris cædebat.

Missæ

Oratio.

Humil.

8. Aug.
Hispan.
Burgis.
B. V.Polonu.
Gracou.
8. Augu.
1646. æ.
97. Soc.

Euchar.

Humil.

Missæ sacrificium cum summa compositæ ad æternas delicias mentis significatione, non sine fufis vbertim lachrymis, celebrabat. Vir gravis, & fidelongè dignissimus, disertè affirmavit, constare sibi quòd P. Didacus inter orandum conspectus sit splendore malto circumdatus.

Silentibus tribunalibus adeò scitè se ad sanctum solitudinis beatæ silentium componebat, vt Anachoretæ nomen inuenerit.

Nullo vacationum, festorumuè obtentu quicquam admittebat, quod corpori blandiretur, nec macerationis aliquid omittebat. Vnde dicebatur, nullam illi virtutem deesse, nisi Eutrapeliam.

Patientiam in rebus planè inexpectatis admirabili silentio testatus est, etiam cum ab illis veniret occasio à quibus poterat meritò alia omnia expectare.

Cancer viscerum, paralyfis, hydrops, febris ardens illi suprema extremæ patientiæ corona fuere, vsque ad medicorum, & sociorum omnium admirationem. Post extremam vñtionem vixit adhuc diebus 14. velut in vestibulo æternitatis, Christi ac Deiparæ, deinde SS. Ignatij & Xaverij imagines habens præ oculis. Mortuus, maximis quibusque sanctitatis eximiæ elogiis honoratus est. Elogium eius Hispanico idiomate semel ac iterum typis vulgatum est.

VIII. DIE AVGVSTI.

P. SEBASTIANVS SARMIENTO.

Studiofissimus fuit Deiparæ domi & foris verbo & exemplo celebrandæ. A dæmonibus, qui spectabiles illi sæpè aderant, vexatus, contra illos à Deipara etiam in agone supremo defensus est: quæ illi vnà cum Christo adesse visa eumque solata est, Angelis cæleste Carmen canentibus.

LAURENTIVS GOREZYN. COAD.

Cum literis vtrumque tinctus esset, atque à Præposito Prouinciali ad Scholasticorum censum inuiteretur, tamen elegit potius abiectus inter Coadiutores ad domesticas operas destinari magnâ semper modestiâ & promptâ in omnes partes obedientiæ

laude præstans. De morte se diuinitus præmonitum credebat, & affirmabat; euentu, quoque vaticinationem secuto. Nam inter sacram synaxim, dum animam attentè colligeret moneri se intus adeoque vrgeri persensit vt Beatissimæ Virginis officium quotidie recitaret; annum enim illi superesse vnicum in hac vita. Paruit; & anno illo in virtutem, tanquam anno vitæ suæ postremo, enixè incubuit. Et verò anno euoluto ad extrema deuenit. Supremâ nocte dæmon illi negotium visus est facessere: sed ille Deiparæ opem implorare iussus, ad Beatissimæ Virginis imaginem, vbi eras, aiebat, ô Domina? hostis me suis voluit laqueis implicare. At tibi acceptam reddo de hoste victoriam: Et simul pro actionis gratiarum Carmine Litanias B. Virg. vnà cum iis qui aderant, pronunciauit.

Mort.

Euchar.

B.V.

Inspiratio.

Mort.

M M

P. DI-

8. August.
Hispanus
Burgis. 1613.
B.V.

Polonus
Gracouia.
8. August.
1636 ætat.
67. Soc. 13.

Humilit.

P. DIDACVS

DE TORRES BOLLVS.

Hispanus
Chuquifa-
tae 8. Aug.
1638 ætat.
88. Soc. 75.

IN regno Peruano tumultus contra Regem ortos felici orandi & prudentiæ arte tranquillauit, Eapropter à Rege impensè laudatus, & coram honoratus. Fredericus Cardinalis Borromæus Archiepiscopus Mediolanensis, illius virtutem tanti fecit, vt præter arcana sua illi aperta manum quoque abeuntis osculo sit veneratus, eidemque pro Paraquaria prouincia 32. Calices donarit, Româ redux facile 60. socios ex Europa secum abduxit; & Paraquariam Prouinciâ fundauit, ac rexit. Postea in Peruuium reuocatus, in longa paralyfi, quotidianâ synaxi se armabat ad dolores religiosè ferendos.

Morbus.

P. IVLIVS CÆSAR

RECVPITVS.

Italus Nea-
poli 8. Aug.
1647. ætat.
68. Soc. 54.

IN præclara variâque doctrina religioſus in illo decor innatae suauitatis eò lucebat magis, quòd eum introſpiciebas magis. Pro concionali pulpito, & pro Philosophicis ac Theologicis Cathedris cum fructu & plausu auditus, & in libris lectus est legiturque. Eius ad piè moriendum industriæ biduo ante illius mortem è prælo Typographi in lucem prodire, in quibus rara quædam narrat quæ illi euenere. Vnum ex omnibus refero de Coadiutore Nouitio, qui P. Recupito narrauit se à Beatissima Virgine præsentissimum contra molestam tentationem remedium didicisse, atque ab illa edoctum illos versiculos, quos (vtpote literarum rudis, ac rusticus) hæctenus ignorarat. *Maria mater gratia &c.* Hos ex ore Deiparæ sensum pronunciantis

Mort.

B.V.

Tentatio.

ac repetentis se accepisse ac memoriâ retinuisse; iussuque ad conspectas B.V. imagines illam illis versiculis salutare: tum sibi promissam de tentatione victoriam, & immunitatem; idque aiebat se luculenter experiri. Hæc ille Recupito. Sed ipse Recupitus quantus in Deiparam fuerit, manifestum ex iis quæ de illa dixit, scripsit, impressit.

P. XIMENIVS

BERTENDONA.

Charitate erga sanos & ægros, ac singulari ad inueniendas vbique se demittendi artes ingenio meruit omnium admirationem atque amorem qui cum eo versabantur. Mirabatur cum literas patentes videret quibus Rector dabatur alicui Collegio gubernando; item quando iussus est quatuor vota profiteri; cum putaret ad neutrum se esse idoneum. Viro cuidam principi, qui eum pro confessario flagitabat, persuasit tandem vt abſisteret; non vi ac pondere rationum quibus sese abiiciebat, verum ne tam inuitum cogeret ad id quod ille vsque adeò formidabat, tanquam rem humilitatis suæ oculos perstringentem. Cum Collegio cuidam præſſet, ad concionem dicenti euenit vt hæreret memoriâ. Tum ille palàm dixit; bene suam superbiam à Deo castigari quòd pulpitem conscendere ac munus aggreſſi auderet ad quod non erat idoneus. Putant nonnulli id eum non memoriæ lapsu; sed studio demissionis fecisse; magno certè populi, vii virtutem æstimantis, exemplo.

Cum vanis conscientiae terribilium miserè vrgeretur, arripiebat inde occasionem virtutum nobilissimarum. Omnem peccati vel umbram mirum in modum formidabat; eò quòd

Hispanus
Marchen-
8. Aug. 1661.
ætat. 64.
Soc. 50.

Humilit.

3 Aug.
Belga.
uerpia.
1611. æt.
67. Soc.

Fidel.

Letitia.

Mort.

Amor Dei. quodd peccatum, etiam minimum, esset aduersarius amoris Dei. Extremis tamen vitæ diebus reddita est illi pax atque tranquillitas.

Oratio. Mirabili orandi felicitate cælestes delicias delibabat, cum familiari vsu, ad Christi pedes sese abiiceret. Ibi reperiebat dulcem materiam cogitandi, atque orandi. Ibi voluntatem suam diuinæ coniungebat, & sua omnia in holocaustum offerebat: istic inuento veluti thesauro diues.

Mors. Cum peste afflatus decumberet, vi-

dere sibi visus est Christum amabili maiestate præsentem ad lectulum, ardentem, ac hæc verba dicentem: *Ego veni ut vitam habeant, & abundantius habeant.* quo ille spectaculo ac verbis aded est recreatus, ut spem recuperandæ valetudinis, ac deinde pristinam etiam valetudinem, receperit. Magna fuit passim de illius virtute opinio: aiuntque illum Hispali, & alibi ægris manus imposuisse, & illos benè habuisse.

*Christus.**Vita.*

IX. DIE AVGVSTI.

P. IOANNES

P. MATTHIAS

DAVID.

BYRNATIVS.

9 August.
Belga. An-
tuerpiæ.
1611. ætat.
67. Soc. 31.

HVnc virum & ante & post initam Societatem zelus insignis & attenta disciplinæ accuratio commendauit. Pluribus Collegiis exemplo & refectione præfuit. Sancta sancte scribendi ac dicendi arte magnus, & rarus ad varia hominum ingenia variè occupanda. Gandaui cælitum statuae ab Iconomachis hæreticis deiectæ, illo adnitente quæ publicis, quæ priuatis impensis restitutæ. Contractionem cum ageret in vrbe patriam flagranter pro re Catholica stetit, ut hæreticorum iussu tertium exularet. Ibidem exquisita illi domi ad omnem pudicitiam, imò ad seueritatem vsque disciplina fuit semper: unde nec Matris contubernium admittere voluit; ne matris obrentu alia domum frequentare auderent. Durus illi ac vilis lectulus: & penes hunc loculus sepulchralis ex asseribus quasi condendo nunc eius cadaueri adornatus; ad mortis memoriam retinendam.

*Fides.**Letitia.**Mors.*

IN Scholis, & Seminariis, iuuentutis ingenium ac mores aptè formabat, sed animos ad fidem frugemque longè aptissime in iis quas passim habebat sacris expeditionibus per Bohemiæ missiones: in quibus multos orthodoxæ veritati addixit: ea propterea rusticis hæreticis irruentibus, & Sacerdotem se ad supplicium quære vociferatis, capite vulneratus, furcâ fossus, glande plumbeâ de sclopo missâ confectus est.

Germanus
in Missioni-
bus Bohe-
miæ 9 Aug.
1629. Soc. 40

P. IVLIVS CÆSAR

COTVRIVS.

WRastislauix Collegio cum præfesset, totâ aliquando nocte pernoctans erat in oratione Dei pro suis contra hæreticos. Si quid à B. V. peteret, præter artes alias, ternas coronas quotidie recitabat. Hemicranij, calculi, & alios dolores pro purgatorij compendio offerebat Deo patientiâ insigni.

Belga.
Vuartember-
gæ 9. Aug.
1651. ætat.
55. Soc. 35.

Oratio.
B. V.

MM 2

Iesum

Ang. Cuff.

Iesum parvulum sub natalis eius ferias in cubiculo prostratus per semihoram quotidie adorabat. Noue domi Rector cum esset, ope rogati Angeli

custodis, ut ipse aiebat, pecuniam reperit in pluteo, in quo per nullam diligentiam antea quicquam poterat reperire. Glacij peste afflictis seruiuit.

X. DIE AVGVSTI.

P. MELCHIOR
NVNNEZ.

10. August.
Lufitanus
Gov. 1571.
Stat. 52.
Soc. 28.

Hoc authore Ioannes Nunnez, eius germanus, ad introspectendam Dei voluntatem attentus, Deipara consultatrice, Patre Fabro magistro usus, Societati nomen dedit, factus postea Æthiopiæ Patriarcha. Hic nobilis adolescens, in ipso limine Societatis, heroicâ de se victoriâ reportatâ veruecem humeris per urbem tulit, aliis risu, aliis admiratione virtutem egregiam profecutis. Quæ in India, Sinis, Iaponia gesserit habet eius vita; ubi etiam de Armenio Episcopo doctè conuictio, ac ne noceret, prouidenter aliò destinato. In Sinarum portu, cum intelligeret eorum quandam qui istic erant, interfuisse S. Xaverio morienti thecamque Xaverij habere, impensè apud illum egit ut ab eo pignus tam nobile extorqueret: Aneum ac rude receptaculum erat, quo recluso repertum istic perexiguû, quiddam è lipsanis S. Thomæ Apostoli, nomen Ignatii ex epistola fortè resectum & professio ipsius manu Xaverij exarata.

Novissim.

Fides.

S. Xaverij
Thecula re-
liquiar.

P. IOANNES
SANGENOTIVS.

Lotharingus
Burdigala. 10.
Aug. 1587.

Et agendo & contemplando fuit præclarus. Ineunte Augusto, cum quæreret è valetudinario ecquis illi

Sanctus in communi cælitum fortione obuenisset, audiretque Sanctum Laurentium, adiecit. Idem & mihi, quare oremus illum uterque ut illo die in Paradisum admittat. Noctu Christus illum & Christi mater in quiete suo aspectu recreauere; id quod ille manè cum Præposito Prouinciali retulisset, affirmatè dixit; Triduo post migrandum sibi esse de vita. Et quo prædixerat tempore migravit, benè vnde quaque ad mortem præuisam compositus, atque ab ipso Christo & Virgine præparatus. Incompertum mihi & an hic sit idem cum P. Carolo Sanginot, de quo dixi 7. Augusti.

Mem.
B. V.

AVGVSTINVS
OTA NOVITIVS.

Abonziorum institutione anno 15. Jap. I. Aetatis ad Christi disciplinam komiscimz. transiit. Camboensi ædi sacrae ali- 10. Augusti. quamdiu seruiuit; & sacerdotis (cum abesset) vices, quâ licuit, populo in fide confirmando suppleuit. Nangasachi vxore mortuâ viduus operam suâ Societati addixit, fidelis catechista, & operarius impiger. Cum esset P. Camilli Constantij comes in carcere, Societatem à Præposito Prouinciali per literas impetrauit, à Camillo commēdatus, atque admissus: & postridie in fidei Christianæ odium cēdendus, vota, de Societatis more, concepit. Camillus flammis, Augustinus ac socij securi percussi cecidere, corporibus in mare abiectis. P. NVN-

Fides.

P. NVNNIVS

VILLAVICENTIVS

Hispania
Genoz. 10.
Aug. 1650.
Aet. 42.
Soc. 6.

Hic ut familiae illustris primogenitus, cum lauta sua hereditate se exueret, tria solennia vota professus est ante annos 19. quatuor vero vota Professis ante annos octo adscriptus. Romam in Hispaniam iter adornans, Laureti Deiparam inuisit, & ibi diuino instinctu ad vniuersae vitae rationes pro sacro poenitentiae tribunali reuendendas permotus, id praestitit valde tenero animi sui sensu, aeternitati se parans licet tunc adhuc probe valens. Ager nunquam est ceruicali aut etiam è manibus Deiparae imaginem dimisit; aiebat enim hanc dominam esse totam rationem consolationis ac spei suae. Nec debet vocari in dubium haec illi à Deo per illam fuisse impetrata, quippe qui constanter quotidie sanus & aeger quoddam è S. Bonaventura excerptum Deiparae officium recitaret *ad impetrandam gratiam in articulo mortis*. Etiam ante Societatem initam religiosa quadam in illo modestia elucebat. Manè horam praestitutam orabat. Corpusculum ciliis & flagris exercebat ad virtutem. Aurum sibi à suis datum diuino cultui & pauperibus distribuebat. Bis quot hebdomadis poenitentiae ac S. Synaxeos Sacramenta obibat, feria 6. & Sabbato ieiunabat; quem morem totam deinceps vitam tenuit. Hereditatem lautam quam à Patre, Matre, ac Matris sorore expectabat, lubens cum Crucifixo commutauit, Societatem ingressus: & quod fuit ditior atque nobilior, eò erat in Societate ad omnium pedes abiectior. Vestes amabat colore ipso viles: Sabbati diebus honori Deiparae in culina quidpiam humilis officij obibat ad ollas, & in triclinio fla-

gris in se animaduvertebat. Hispali Inquisitionis Qualificator, postea Romanae Assistentiae Procurator fuit: quo tempore anno 1647. 26. Iunii decisionem Rotae obtinuit quàm declarabatur Collegia nostra non per priuilegium, sed verè ab intrinseco pro mendicantibus haberi debere, & esse. Ad negotia feliciter peragenda praeter sacra, stationes &c. utebatur etiam operam seu ope S. Mariae Maioris, quam sabato visebat quothebdomadis, & ibi de genibus diu atque attentè rosarium recitabat. Ut diuinum officium religiosè magis exequeretur citra interuentores, è cubiculo ad secretum angulum quempiam secedebat, vbi minime inueniretur.

26. Iunij.

P. RENATVS

MENARD.

Confecto Theologiae cursu, benedictio humanitatem, & alio benedictio Rhetoricam, in scholis explicuit: postea anno 1640. Canadensem Missionem impetrauit. Algonquinos, Hurones, Iroquæos excoluit tanto fructu, ut *Fructuosi* appellationem fuerit apud socios, consecutus. Facundiam illius praeter insignem dicendi dorem commendabant etiam suaves lachrymae quas fundebat. Singulis noctibus tres horas dabat precationi; nec inermi. Nam assiduo se afflicti studio, ac perpetuis ieiuniis fuit mirabilis, nudam humo contentus pro lectulo per annos viginti vsque ad mortem. Per plures annos nullam panis micam, nullam vini guttam gustauit.

Gallus in
noua Fr.
cia. 10.
Aug. 1661.
Aet. 57.
Soc. 37.

Zelus.

Oratio.

Mortific.

Sæpè sub armata minacium barbarorum manu mortem sperabat potius quam timebat. Vidit lætus etiam ignem quem illi exurendo barbari praepararant. Famem magnam, grandia itinerum incommoda, & naufragia

MM 3

crebra

crebra perpeffus, aliquando vix viuus euasit è flumine congelato.

Anno 1657. inter Iroquæos vnica hiemis labore tantum profecit, vt quadringentos fit Christo lucratus, qui viuebant ferè instar Ecclesiæ quam primitiuam vocamus.

Cùm ingenio esset ardenti, atque difficili tamen adeò se subegit ac mansuefecit, vt fuerit benignissimæ charitatis, & omnibus Patris ac matris instar.

Sæpè illi humeris baiulanda erat nauicula è cortice arborum, quâ per occurrentes torrentes vehabatur. Fames illum aliquando ad glandes, & ad arborum cortices aquâ maceratos edendos adegit.

Illud ei magnum laborum pretium

fuit, quòd plures infantes, inconsciis parentibus, baptismate lustrauerit, qui breui è vita discessere.

Ad Hurones vocatus in arduo illo itinere vel ærumnis confectus, vel à barbaris enectus est. Certè barbarus Algonquinus, dixit, sibi eius cadauer visum: sed nullo præmio adduci potuit vt illud aliis ostenderet; eo, vt putabatur, metu, ne è cadauere sanguis erumperet, ac illum proderet, ceu necis authorem. Suspectâdi occasionem præbuit etiam nonnulla P. Renati suppellex apud barbarum illum agnita. Quicquid sic, videtur impetrasse id quod optabat sæpè, vt moreretur desertus ab omnibus instar S. Xauerij morientis.

XI. DIE AVGVSTI.

P. IOANNES

A CAMPO.

11. August.
Hispanus in
Mindanao.
1596 ætat.
33. Soc. 8.

vid. 7. Iulij.

Morisc.

Mori.

Magno effuso virtutum odore cessasse illum è vita produnt literæ, incredibili feruore pietatis, humanitate, dexteritate comitate, laboribus, obedienciâ, in seipsû victoriâ & seueritate quâ acer ipse sibi ac aduersarius, ciliis verberibus, ieiuniis vigiliisq; corpus atterebat, etiâ in bellica expeditione; adeo vt à comite persæpè fuerit monendus. Vehementer dolebat se mortem sine diuino viatico debere oppetere. Nam ita res ferèbat, sed compensabat quâ poterat iacturam tantam iam ante vnâ cum morte præuisam. Etenim ferunt literæ, Ioannem octiduo antequam moreretur cum Hispano militi sacram præberet Eucharistiam dixisse. Age gratias Deo, frater charissime, qui te

sui sacratissimi corporis fecit compotem: sed vâ misero mihi, qui octauo die moriar, neque erit qui me tam diuino beneficio afficiat. Ita euenit.

BERTRANDVS

MONODOLIVS. NOVIT.

Iuat huius nomen silentio non preterire ob mortem lætabilem, quam victor tyro hic noster oppetiit. Iam parentes peruicerat, & se ad Societatem contulerat; cum importunus dæmon rigidum Societatis institutum obiectans illi suggererebat ecquid posset adeò seuerè 40. annos, quibus adhuc victurus erat, traducere? Præ manibus illi erat vita S. P. Ignatiâ Ribadeneira perbenè conscripta. Hunc ille librum in illo æstu cogitationis fortè aperiens, in libri 1. cap. 6. incidit vbi sub ipsum ferè capitis exordium illa legi

Gallus Lugduni. 11. Aug. 1607.

Vacat.

Leſio. Tentatio.

legit verba Ignatii dæmoni 70. vitæ feuerioris annos obicienti respondentis: *Nunquid tu mihi unius horæ spatium certum præstabis? vita enim momenta non in tua, sed in Domini sunt potestate: Et 70 anni laborum ac pœnitentiæ quid sunt cum æternitate collati?* Ita victum abegit. Et fuit ea victoria non longè posita mortis præludium. Etenim sanguinis fluxu exhaustus, & breui morti admotus, Christi & damnatorum pœnas voluebat animo, ac lætus cogitabat quod per summum Dei beneficium in Societate vitam deponeret. Petiit etiam diuerberatione cruciari, & velut præparari ad mortem. Tum votis conceptis *Te Deum laudamus* à sociis voluit recitari, mox ipse adiecit: *Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi &c.* Et *Iesum* dixit pro Indulgentiis, ac obiit.

FRANCISCVS
CAGVINVS. COAD.

Hic & species corporis & prudentia & sibi præsens ac pace sua tranquillitas in rebus gerendus animus magna promittebant. At ille maluit in Societate degere Coadiutor, ne sacerdotio quidem, quod illi offerebatur, admissio. Pro donis Carechisticis ante initam Societatem 35. aureorum censum instituit; in Societatem quoque egregiè liberalis. Ager ad extrema deductus Deum pro defuncti iam

ante Magistri sui P. Bartholomæi de Guillelmis nomen inuocans, ipsum Patrem coram dicitur conspexisse, & mox consanuisse. Innocens illi ac tenera in Societate conscientia; sed de antea vitæ peccatis sollicitus dolorem aliquem à Deo pro illis expiandis petiit, & repentinus idemque acerrimus dentium dolor illum inuasit. Illud in eius elogio singulare, quod Beatissima Virgo Dei mater se Francisco spectandam per quietem persæpè præbuerit: neque vnquam ei aliquid petenti quiequam negatum fuerunt. Inter quæ illud quoque à Deo per illam obtinuit, vt in Societate per tot annos viueret, quot egerat in sæculo antequam Deo se in Societate manciparet.

P. MATTHÆVS.

GRIMES. BAZIER.

Magnâ inapigritate, periculumque contemptu in Anglia sagax, & ad sacras operas planè factum ingenium, diu exploratorum solertiâ exercuit, & elusit. Tandem in suspicionem vocatus quod esset Sacerdos Catholicus; per plures menses in custodia tentus, ibi ærumnis ac situ consumptus est; lætus quidem quod in causâ tam nobili captiuus moreretur, sed ad cruentam eadem de causâ mortem desiderio toto impensè anhelans.

Ager.

Pœnitentiæ.

SV.

Gallus in Anglia. 11. Aug. 1650. ætat. 42. Soc 18.

Fidelis.

XII. DIE

XII. DIE AVGVSTI.

P. STEPHANVS

KABES.

12. August.
Hungarus
in Tran-
sylvan. 1603.

Charitas.

HVnc inter Heroës & victimas charitatis collocat Alegambe, aitque cum aliis duobus in Siciliam abiisse, cum Claudiopoli exturbatus in exilio degeret. Ibi lue grassante infectis iuxta sanisque iuvandis toto animo incumbens & aures confitentibus præbens, corpora sepeliebat, magno pietatis ardore, donec & ipse tandem lue illâ correptus, ac è viuis ereptus est. Porro idem ibidem de Stephano sic: Loco nobili apud eosdem ipsos Transylvanos ortus, & Hungaricarum rerum apprime sciens fuit; cuius ed iactura grauior & nobis incommoda & populis ipsius iâ charitatem expertis dolori fuit. Cæterum neque semetipse charitatis officiis, tū cum se sensit afflatum, eripuit; Neque concionari, aliaue obire publicè munia destitit, donec inualecente morbo ad lectum affixus est; vbi tamen eam quoque quam potuit, aduentantibus ad se diligentiam, ad pridie vltique mortis suæ, quæ in diem duodecimum Augusti incidit, ad animarum utilitates nauauit morte absumptus nobilissimâ in nobilissimo opere charitatis.

MAG. IOANNES

BITTER.

Germanus
Paderbonæ
11. August.
1619. ætat.
33. 506. 9.

DE hoc sic habent literæ P. Christiani Lennep Rectoris Paderbonensis 5. Ianuarij 1630. exarata. Ioannes Bitter magnâ cum laude &

virtutis testimonio, humilitatis, charitatis misericordiæ operum in pauperes (quibus alternis diebus elemosynam ad portam Collegij distribuebat) studiosus; valde obedientiæ tenax superioribus intimos animi sensus libenter patefaciens, B. Virginis cultor singularis, cui multas quotidie preces (& maxime pro felici morte impetranda) recitabat, denique talis, in quo vix erat aliquid quod magno perere reprehendi ac desiderari posset. Hic per in somnia & peruigiles duccedo noctes in æstiuis caloribus (quales in his locis multis retrò annis non fuerunt) in amentiam ac delirium incidit, & pro obiecto stultitiæ sumpsit Architopel ex Tragædia Absalonis quam exhibere parabat, & in qua tunc totus erat. Et vt erat seuerus in se, & admodum rigidus, morbi causas contempsit, neque vlli superiorum patefecit.

Die 12. Augusti 1629, à prandio hora 4. pomeridiana, cum ego quædam Collegij cubicula visitarem, huius fratris etiam cubiculum ingressus inueni illum flexis genibus resupino & reiecto in parietem capite ad omnem pietatis & patientiæ significationem composito vultu Quo viso vehementer commotus & pauefactus, subito (vti ego opinabar) deliquio tactum in clamo & ingemino nomen IESVS, domesticos voco atque etiam medicum & chirurgum, quî multò ante mortem ad auerrendos à pectore noxios humores (quibus valde abundabat) cauterium ipsi in ceruice inusserat. Hi statim adfuerunt & catarrho extinctum pronunciarunt, materiâ noxiâ in fauces & pectus defluente. Ego vero

verò licet de salute ipsius omnis ante acta vita me bene sperare iuberet, anxius tamen ad meum & aliorum mororem leniendum rogare dominum coepi ut dignaretur me de salute eius reddere certiores eo modo quo ipse sciret & vellet, ieiunaturum me omnibus septimanis per omnem vitam semel die Sabbati in B. Virginis & S. Ignatii honorem; scire dominum me hoc nulla curiositate ductum petere.

Has preces animo conceperam: & ecce coepit se spiritus quidam in templo præbere spectabilem. Quo viso incius omnium ac territus sacristanus ad me accurrit. Instruo hominem quid facto sit opus. Cum igitur post illius mortem obiissent adhuc alij duo fratres, videlicet Petrus Hauzeur & Petrus Rhor, ambo dissenteria & febri, abiui ego Hildesum à P. Prouinciali euocatus. Interea spiritus ille iterum se obicit 16. Aug. Sacristano ante altare S. Crucis supra tumulum in quo sepultus erat Petrus Hauzeur & illum ipsum vestitu, colore, lineamentis, vultu exprimit; quem cum resumptis animis Sacristanus alloqui pararet, prior ipse spiritus occupat: Noli, inquit, timere à Deo missus adsum. Cui ille, uti fuerat à Rectore edoctus, si tu inquit à Deo missus es, hæc verba repete. *In nomine SSS. Trinitatis, & B. Virginis, & omnium Sanctorum qui sunt benedicti in omnem aternitatem.* Deinde ediffere quid velis. Repetit Spiritus totam sententiam distinctè & alacriter exhibita altari & venerabili Sacramento reuerentiâ. Deinde subiungit: Iussu Dei dantis id precibus Ioannis Bitter, & Petri Rhor adsum, ac iubeo te referre Rectori tuo, & aliis, Ionnem Bitter altero sacro è Purgatorii flammis ereptum, Petrum autem Rhor breuiore tempore peccatis expiatis ad cælum abiisse. Sacristanus qui sibi inter initia sermonis timorem

demptum & tranquillitatem allaram sentiebat, animosior redditus. Tu verò, inquit, quandiu in Purgatorii flammis detentus es? Hoc, inquit, spiritus perinde est: tuâ ope non indigeo nam & mihi parata est beatitudo æterna apud Deum & Sanctos eius. iam in tertium vsque diem commoditatem te alloquendi hic præstolari iussus sum, & hac legatione functus, ad cælos ibo. Cur ergo, ait Sacristanus, in consueta veste, eodemque corporis habitu quo eras, cum apud nos viueres vteris? ne te, inquit spiritus, terrem: Sed tu abi; & hæc quæ dixi renuncia Rectori tuo, & aliis. Eo dicto in pulcherrimum, & splendentem totius corporis habitum translatus, & ad aliquod spatium eleuatus, disparuit; ac Sacristanum tantis lætitiis incedentem reliquit, ut domi quæsitum sit à multis, quæ tandem gaudij causa esset? Et expresserunt quidam ut referret priusquam ego reuerterer Hildesio. Alterâ deinde luce cum lampadem concinaret Sacristanus, accedit iterum Spiritus Petrum Hauzeur repræsentans splendidissimâ veste. albâ amictus, & relucente vultu ac iucundissimo; obseruasti, inquit, quæ heri tibi mandavi Rectori referenda? Cane excidant memoriâ, & scribe. Cum Sacristanus se accuratè tenere omnia diceret. Laus, inquit, Deo! Ego ad te non reuertar vltra, & exhibita Venerabili Sacramêto reuerentiâ, inflexione corporis, eodem quo pridie modo in altum elatus disparuit. Ego licet sciam diabolum se posse transformare in Angelum lucis, cum tamen nullum habeam vel minimum indicium mali spiritus; sed potius omnia signa boni: fateaturque Sacristanus se memoriâ eius apparitionis vehementer in bonum impulsus esse, & multorum dierum admirabili gaudio perfusus; existimo apparitionem hanc à Deo & bo-

ni Spiritus esse. Ita ille.

P. IOANNES

BERNARDVS THANHAVSEN.

Germanus
Græcij. 12.
Aug. 1634.

Vocatio.

Permissio.

Lingua.

Burgator.

Illustris comitum familiae primogenitus cum esset, Societatem initurus Græcij Philosophiæ magister creatus, missum sibi à Ferdinando II. Imperatore aureum torquem palam in theatro à Legati manu accepit Romæ Theologiam cum defenderet, dictum est; illius ingenium & doctrinam iam tum docendæ Theologiæ parem esse. Franciscus Ioannis Germanus Mussiponti extinctus, amicitia Sanctimoniali splendida in veste apparuit, ut fama est, & dixit se Societati nomen datum fuisse, si vixisset. Nunc verò id fratrem sui loco facturum. Is fuit hic Ioannes; quem longo postea intervallo Ignatius quoque secutus est, ad eum ut hæc familia Societati duos fratres & quatuor Collegia dederit; Iudenburgense, Fluminense, Styrense, Zagrabienense, cum tertiæ probationis domo, & fundatione Missionum quæ est instar fundati Collegij. Viuax, & excitatum illi erat ingenium, de quo sibi Murinus Vitelleschus Præp. Generalis magna promittebat: & cuius æstum charitate ac patientiâ sustinendum moderandumque censebat Georgius Forro Austriae Præpositus Prouincialis, Mutio illam prudentiam magnopere per literas probante atque laudante, sciuente postea in Styria lues à Logicis discipulis suis vnum charitate abreptus inuiserat, ei que seruierat: inde illi lues, & mors. Octavo ferè post illam die socio cuidam per quietem speciei subtristi se spectandum dedit ore ac manibus inflammatis. Illo dicente. Omi pater, ora pro me; respondit: quin tu potius ora pro me. Quarto ferè post die curatis

interea pro illo sacris & precibus, ad fuit eidem per quietem serenus & dicens: *Ego venio in resurrectionem.* Et videri defuit. Plura de eo in vita.

GILBERTVS

MIDLETONVS. SCHOL.

Romæ in Scotorum Collegio desegbat in Societatem necdum adscriptus & dabat specimen eximie pietatis cum 4. nonnunquam sacrificiis interesset, nec iocationes irrisorum contubernalium moraretur obiectantium, quod nimium esset pius. In aditu tyrociniæ sacræ illæ S. P. Ignatii exercitationes ita illi arridebant, ut vna hora non nisi quarta horæ pars illi fuisse videretur. Quocirca singulis illis commentationibus alteram horam propè integram adiungebat; quod suo animo liberalius indulgeret. Inter orandum vix aliud aberrabat Gilberti mens, ad eum totus orabat. Per viam asperam iter aliquando cum nouitiis peregrè faciens, aliis è saxis & cæno eluctatos se dicentibus ille nihil eâ viâ asperitate sensit se à cælestibus cogitationibus auocatum. Aliàs nudis manibus spinas ad iter expediendum tractans licet cruentas manus haberet, dolorem ne aduertit quidem. Videbatur in quodam lumine habitare corde sursum surrecto. Manè quotidie per S. Augustini manus, velut in Thymiaterio, æterno Patri offerebat thymiamam; Sanctorum cineres, lachrymas Beatissimæ Virginis & Christifanguinem pretiosum; ut sic per illos gratias Deo pro beneficiis redderet ampliores, & gratiores. Aliquando etiam à Patribus ut sacrum votium de S. Augustino facerent impetrabat. Regulis innitebatur ut fundamento, easque vocabat medullam, compendium, florem perfectionis. Examini particularis.

Scotus Romæ 12. Augusti. 1619. ætat. 24. Soc. 4.

Exercitia.

Oratio.

Manus S. Augusti.

Belga
lis. 12.
1619.
79 So

cularis corollam seu decadem brachio alligatam retinuit, vsque ad mortem. Cum sanguinem e pectore affluenter sibi per os erumpentem videret, illius pro Christo fundendi cupidus hæc identidem repetebat: Domine mi, omnia martyria mundi. Pro imminente mortis articulo, *Te Deum laudamus* in gratiarum actionem recitavit, sensu planè insigni, & professionem fidei e Tridentini formulâ instauravit. De Gilberto mortuo facta est laudatio in Collegij Romani triclinio ab vno e Patribus, qui duo potissimum eius apophtegmata ponderavit. Alterum; *Anima mea cognovit te nimis: propterea ego sum semper in te & tu in me per orationem habituale.* Alterum: *Potius mori quam tepidus fieri.* Conditus est præter communem morem in loculo separato.

P. FLORENTIVS MONTMORENCY.

Belga Infu-
lis. 12. Aug.
1619. ætat.
79 Soc. 60.

Romæ ad Societatem, sed in Belgio incundam coram admisit Florentium P. Claudius Aquaviva, & P. Manaræo de illo scripsit; videri à se illum idoneum, in quem aliquando vniuersa Societatis gubernatio posset incumbere. In Societate postea quàm Philosophiam ac Theologiam septennio explicuit, præfuit quæ Collegiis pluribus, quæ Patribus tertii anni. Prouinciam Gallobelgicam bis, semel Flandrobelticam administravit; & vtramque postea visitauit nomine Francisci Picolomini Generalis; vti iam antea Austriacam & Bohemicam nomine Mutij Vitelleschi Generalis visitarat. Romam primùm Gallobelgicæ Procurator, postea bis Elector ad Generalem Congregationem est missus. Apud Vincentium Carafam fuit Germaniæ Assistent, & ab eodem

designatus Vicarius Generalis. Omnibus propè Societatis Magistratibus functus est, vnicâ supremâ Præfecturâ exceptâ, ad quam tamen etiam fuit non vnâ suffragatione postulator. Ad hæc officia, licet non eodem ordine gesta quò narrata sunt, parem attulit sapientiam & virtutē. Crucifixus illi, per iter potissimum, semper pendeat e collo ad crebra oscula opportunus, atque ad consilium capiendum. In rebus dubiis etiam SS. Sacramentum consulebat: & si adire non posset, e cubiculo salutabat, petebatque consilium. Profunda illi erat erga Dei matrem reuerentia cultusque assiduus. Noctu si quid somnum abrumperet, eam e corolla variis artibus salutabat; per iter, licet ære campano minimè moneretur, illam manè, meridiè, vespèri verbis Angeli reuereri non obliuiscatur: obuias Deiparæ icones capite modicè inclinato, & gressu quoque quandoque suspensio venerabatur. Commemorabat aliquando, non sine manatibus vbertim lachrymis, se ad Societatem eò pellectum, quòd in ea Sodalitates adeoque varias eam colendi artes vigere perspicere. S. Catharinæ Senensis ac S. Gertrudis diuinitus id edoctarum exemplo (vbi narrabat ipse) certas sibi easque quotidianas e breuiario preces adnotarat pro Ecclesiæ vniuersæ progressu, tanquam pro re pergrata SSS. Trinitati.

Sanctotum cultui extendendo Romæ plura Sanctorum corpora impleuit, quibus multa quæ Societatis, quæ aliorum templa religiosè locupletauit. Erga sibi cognomines tamen Sanctos singulari præ aliis pietatis affectu ferebatur.

Nunquam pedem prius e cubiculo efferebat aliquid negotij aggressurus, quin prius SS. Sacramentum, Beatissimam Virginem, Angelumque custo-

NN 2

dem

Crucifixum.

B V.

Vocatio.

Oratio

Negatio.

dem consuleret de genibus, ac eis negotium commendaret. Salutabat obuiorum Angelos custodes.

Charitas erga senes, ægros, hospites, exules afflictos multis paternæ suauitatis ac eximiæ liberalitatis exemplis firmata in illo semper emicuit.

Mortif.

Hebdomadam ita distribuerat; ut aliis diebus aliis se modis ex cruciaret. Si extrariorum epulas declinare non posset, illas non adibat nisi cingulo aculeis aspero ad renes circumducto, & cruce cuspidibus item pectus lancinante armatus.

Examinis particularis etiam extremo in senio, incredibilis in parendo accuratationis, ordinis disciplinæ domesticæ, charitatis erga omnes fuit retinentissimus. Cum regeret, aiebat: *homo unus, homo nullus*, adeoque lubens auscultabat quid alij iudicarent, facileque in aliorum ibat sententiam probè expensam. Hodierna in crastinum minimè differebat, & ne quid per in-

considerantiam omitteret, schedulam pulpito affixam habebat præ oculis, indicem agendorum; nullius oculos veritus nisi Dei; & ausus disciplinam contra quoscunque tueri, nullo metu respectum humanorum: id quod illi sanctum fuit etiam in superioribus diligendis, cum eos proponeret præposito Generali. Cum per oculorum caliginem & virium imbecillitatem diuinis operari extremis temporibus iam non posset, quotidie ad extremum usque diem sacræ Eucharistiæ pane Angelico refici voluit. Crucifixum è collo pendulum identidem exosculatus aiebat inter alia: *In manibus tuis descripsisti me: lege scripturam tuam & salua me.*

Euchar.

Crucif.

Monebat superiores ut in arduis, diuinæ Matris ac S. Patris Ignatii opem enixius implorare assuescerent. Ad principem Robecanum suum è fratre nepotem præclara documenta epistolâ complexus dedit.

B.V.

S. Ignat.

XIII. DIE AVGVSTI.

IOANNES CAROLVS BERCHMANS SCHOL.

29. August.
Belga Roman.
1621.
ætat. 22.
Soc. 5.

B.V.

Vocatio.

Mensis.

DE Societate ineunda deliberandus, 25. Florenos, quos tunc fortè habebat ad manum, trifariam diuisit; & partem pauperibus, partem sacris celebrandis ad B. V. aram Louanij, partem eisdem ad B. V. Aspricollis curandis dedit; ut lucem à Deo per B. Virginem impetraret, moxque conceptam animo Societatis petendæ destinationem voto firmanit. In Societate Deiparæ ac regularum studio fuit ad admirabilitatem usque excellens vno die selecto, quot mensibus quo se colligeret: Perpetua illi sine vilo le-

thali peccato constitit innocentia, ut ferunt; & B. Aloysij imitatio ipsum Aloysium propè assecuta. Moriens coronâ B. Virginis Crucifixo & regulis alligatâ. *Hæc, inquit, tria mihi charissima; cum his libenter moriar.* Lugdunenses huius anni epistolæ affirmant; eodiem, quo ille Romæ diem obiit, visum esse per quietem piæ Virgini iuuenem è Societate in Sarcophago ante altare iacentem B. Aloysio meritis parem. Eius cor postea istuc allatum osculata & tota deliciis illiquefacta cum oraret in templo, audire sibi visa est illius adolescentis cor hoc esse quem viderat iacentem in templo Aloysio parem. Anima eius, (inquit P. Iacobus Strarius Fladrobelticæ Prouincialis) cuidam

Matr.

Cor.

B.V.

cuidam è nostris à Beatissima Virgine stipata altero iuvene induto superpellico cum magnâ gloria in cælum deduci est visa. Mantuæ verò triduo post mortem sexagenariæ Virgini eximiâ virtutis famâ celebri orationi summo mane deditæ à sensibus abreptæ illius sepultura ac virtus admirabilis reuelata fuit. Id quod illa P. Alexandro Capreolæ mox narrauit. De illo Philosophiam defendente dicebatur; Angelum, si humanâ carne amictus id munus obiret, non maiori modestiâ id facturum. Eius parens viduus sacerdotio erat initiatus cum Ioannes in tyrocinio degeret. Illum ergo per literas enixè rogauit, vt ad aram B.V. Aspricollensis ter de Spiritu Sancto sacrificium offerret Deo, ad B.V. patrocinium impetrandum pro votis religiosè nuncupandis. Plura in eius vira. Narrauit mihi anno 1641. P. Hieronymus Ferrantinus, vir fidei integerrimæ, quod cum ipse in Coll. Romano Philosophiam doceret eo anno quo Ioannes Berchmans decessit, alterâ nocte à morte Berchmani quidam ex illo Collegio viderit Beatissimam Virginem in sella sedentem, succollantibus baiulis B. Aloysio Gonzaga, & Ioanne Berchmanno in sociorum coronam quæ frequens aderat inferri. Interrogauit Ferrantinus Virgilium Ceparium tunc Rectorem, an id verum esset: is rem ita se habere dixit; & hominè cui species illa oblata erat nominauit. Fuerit id symbolum, ab illis illati sæpè de Beatissima Virgine Matte sermonis in familiari cum sociis consuetudine.

DIDACVS ALPHONSVS. COAD. NOVIT.

Indus Potosij. 13. Augusti. 1625. ætat. 45.

Mortem suam sexto inter tyrones mense aliquot ante illam die-

bus prædixit. Biduo ante mortem à Beatissima Virgine singulariter per quietem recreatus, copiosum amplæ suæ erga illam pietatis fructum tulit. Negabat tamen sibi faciem illius visam verum vestem tantum; quam aiebat pulchriorem fuisse quam vel cogitatione concipi possit. Ita pluribus aliis quoque de cælo deliciis recreatus ad æterna concessit.

B.V.

P. ADRIANVS CRVCIVS.

IN regendo, docendo, agros tractando eximius fuit; & in illorum obsequiis, heroum morte extinctus est. Etiam post continuam noctis integræ apud agros peruigilationem, tamen indulgere sibi noluit, quo minus manè cum aliis pro more orandi horam flexis genibus traduceret meditando. Illi qui spectris erant obnoxij aiunt se vidisse spectra cessisse P. Adriano. Quotidie in se flagello sæuiens ita se auditus est idem idem compellere: *Adriane, sanguinem pro sanguine.* Quotannis certum quidpiam palato gratorum fructuum genus deligebat, quod Beatissimæ Virgini cum in annum offerret indictâ sibi ab eis abstinentiâ in eum annum pro quali munusculo Dei matri oblato.

Belga. Antuerpiæ. 13. Aug. 1629. ætat. 52. Soc. 32.

Mortificatio.
Oratio.

Mortificatio.

B.V.

P. FRANCISCVS RAVLINVS.

ROMæ Rhetoricam & Philosophiam, easdemque disciplinas Rainutio Duci Parmensi tradidit Parmæ; ibidem demum Theologiæ per decennium explicandæ magnâ & pietatis & ingenij eum laude intentus. Mores Angelici amorem illi omnium impetrabant; cum Virginea quædam

Italus Parmæ. 13. Augusti. 1657. ætat. 46. Soc.

N N 3.

pectoris

Humil.

Zelus.

pectoris ingenui innocentia in eo emicaret, omnibus qui eum norant id ab eius morte testatis, illum non Virginitatis modò integritate, verum etiam perpetui ab omni grauiori labe innocentiam commendabilem videri, quantum quidem humana assequi potest opinio. Animi submissi one plusquam ordinariam, se infra omnes abiciebat; quosuis etiam infimæ fortunæ mortales modestam reuerentiam profecutus, duas puerorum ac adolescentum Sodalitates instituit, quarum altera è pueris infimæ sortis coaluerat. Altera è filiis mercatorum: vtramque miram constantiam in rebus fidei ac pietatis perdiligenter, fructu omnino insigni erudiebat; Catechesis per urbem quoque tradendæ curam deinde susceptam, vnde illi magna omnium veneratio coorta est. Aliud præter ea è selectissimis scholasticorum sodalitium instituit, cuius scopus erat, ad perfectionem erudiri, fidei mysteria meditari, solidam virtutum etiam palam exercitatione sese excolere. Inde se plures ad religiosa castra recepere, iam probe instructi. Agenda quotidie ut sapienter exequeretur non tantum animo destinabat, sed & scripto sibi præscribebat, accuratè religiosus in omnibus ac attentus. Deiparæ festam præueniebat arcto ieiunio, nullo ad cibum obsonio admissio. Literæ de illo Romam ad præpositum generalem Golvvinum Nickel perscriptæ atque à Præposito Prouinciæ missæ aiunt;

Sanctimoniam spectatæ virtutis, & fidei, ac rarioris Dei beneficiis ornata scripto chirographo persanctè testatam oblata sibi speciei huiusmodi meminisse. Audito æris campani signo quo P. Francisci mors nunciabatur visam sibi videre illius animam specie paruuli annos nati ferè duodecim, veste albâ & perinsigni velut Lunæ stellarumque micantium splendore perfusa; quam Christus amplexu avido sibi amanter admouebat, moxque aperto atque hianti pectore includebat. Dei matrem propè in sublimi sese ostendente cum S. P. Ignatio, cui Christus dixerit: Accede, Ignati; perfrueremur meis tuisque laboribus. Hæc illa est anima, quæ me in suo corpore clarificauit: hoc illud caput quod toties meis inuolutum est spinis. Caput istud nunc liliis redimitur. Capitis factam mentionem particularem ita interpretabatur; idcirco aliis præhonorari, quod legem diuinam impensius docuisset. Addebat vulnus lateris in Christo sibi tam admirabile visum fuisse, ut omnem bonitatem ac pulchritudinem continere videretur, Dominum verò de Francisci corpore, adieciisse, locum in quo ipse conderetur se signaturum, & semper in oculis habiturum, sicut mortales floridis hortis recreari solent. Tres ferè horæ partes hoc sibi obiectum spectaculum tenuisse, neque postea de morte illius cogitare potuisse quin toto corde incalesceret.

Mort.

Christus.

B. V.

S. P. Ignat.

Crucifixum.

XIV. DIE AVGVSTI.

P. HIERONYMVS

PLATVS.

14. August.
Italus Ro-
maz. 1591.
aet. 46.

Conspicua illi ad Sanctimoniam usque opinionem fuit virtus ac forma; morumque suauitas, cum lucido quodam acrique ingenio singularis. Apud Claudium Aquauiuam latinis epistolis concipiendis praefuit, & Nouitiis qui in domo professi versabantur; quos inter B. Aloysio Gonzaga, Quam illustrem solidumque de religioso statu conceptum habuerit, testatur admirabilis efficacitatis liber ille de bono status religiosi ab eo conscriptus, qui tot ordinibus sacris assecclas peperit. Placida quaedam alia studio paupertatis tantum in chartis lucubraret typis edenda, quae omnia cum a Coadiutore chartas illas inutilles esse arbitrato per praecipitem in considerantiam flammis tradita esse audiuit, mente tranquillam omnes illos suos labores Deo obtulit in holocaustum.

Paupertas.

P. IVLIVS

MANCINELLVS.

Italus Neapoli 14. Augusti. 1618.
aet. 81.
Soc. 61.

NE Prouinciam Romanam gubernaret per modestiam detrectauit, vir humilitatis, innocentiae semper integre, ac pietatis dotibus admirandus. Littera per magnam orbis partem labore ac fructu magno exantlauit. Saepè vexatus à demone, saepè à calitibus recreatus est; & hausit praeclaram lucem. Sacrificantis capiti aliquando columba visa est imminere. Dorothea de Tuffo illum de diuini

Sacram.

nis colloquentem vnà cum sede in altum eleuatum sublimemque à se ac aliis illustrissimis Matronis conspectum testata est cum diceret: *O quam pulchrum erit videre Deum in se, & se in Deo!* Multa ex vero praedixit. P. Sebastianum Romeum tunc mortuum, in caelo visum ab eo ferunt in lectulo quiescentem, P. Vishauem verò eam qua ille moriebatur horam dicitur conspexisse in arde Lauretana rosas pro Eucharistia populo porrigentem. Circa S. P. Ignatij & B. Borgia in alium templi locum transferendi tumultum voces audiit caelesti cantu ingeminantes illa: *Gloria Patri, &c. Benedictus Deus in saecula. Exultabunt Sancti in gloria.* Et his plura. S. P. Ignatius illum è caelo (per quietem, an vigilem, incertum habeo) visit & amplexus est. Visit eundem & allocutus est etiam B. Borgia. Eundem alias fouere SS. Virgines Agnes, Caecilia, & aliae quatuor. Coronas quoque texere Angeli eidem sunt visi. Saepè Christum in Eucharistia varie spectauit. Sed plura de illo dabit illius vita in annum 1618.

Colloquia
spiritualia.
Lectulum.

Eucharistia.
Rosa.
S. P. Ignat.

Eucharistia.

MATTHIAS PAVLVS

WAGNER. SCHOL.

Perpetua illi constituit Virginitatis omnisque aethali quauis labe integritas, ut fama est. Societatem illo etiam inuitamèto motu selegit, quod speraret in illa se posse vtile studium nauare in paruulis ad cultum B. Virginitis erudiendis, & exercendis. Leodij tyro de B. V. & scitè & libenter loquebatur, & ea quae de illa audierat, adnotabat quicquid occurreret. Hisce verbis

Germanus
Talberg.
14. Augusti.
1614 aet.
23. Soc. 51.

B. V.

Colloquia.

Iaculator. verbis teneri se mirifice aiebat: *Ad maiorem Dei gloriam, & B.V. honorem.* Inde illi ad contemnendos humanos respectus, inde ad omnem sanctimoniam animus incalcebat. Magna se animi firmitate amore IESV muniebat contra hominum dicteria ne vel apicem admitteret aut omitteret humanorum indiciorum metu, atque in hoc aiebat se ad sanguinem vsque decertaturum, timore Dei Iudicis & amore; nullo, ut vocant, supererogationis à Deo suggestæ actu omisso; quicquid scrupulosus audire deberet. Certè aliquando ut humanum respectum peruinceret totus sudore affluenter manante immaduit; & tamen inspiranti Deo paruit, sui victor. Sexta quavis feriâ crucem paruulam tribus cuspidibus ceu clauis asperam frequenter pectori adstringebat, Cilicio ac disciplinis tantum vsus, quantum per obedientiam licuit. Ipsum diuini amoris nomen illum accendebat, & sæpè in lachrymas quoque soluebat. Cilicio SS. IESV & MARIAE nomina setis altius eminentibus intexta gestabat; ut quoties illo se cingeret, illa nomina carni suæ per dolorem amoremque imprimeret. Tesseræ illi & azylum erat SS. Sacramentum, Beatissima Virgo & Angelus custos. Crucifixum extremis temporibus sibi porrectum

Respect. human.

Mortific.

Iesus Mar.

multis lachrymis irrigauit, singula vulnera torrente quodam igneo visus aspergere inter aspirationes inflammati cordis interpretes. Adiecit: hæc mihi nouissima verba pro integra plenaria indulgentia consequenda sunt: IESVS, MARIA? Et vixit primâ innocentia suâ clarus, & tamen ita se inclementer tractans ac si aliquando peccatorum grauium reus fuisset.

P. IOANNES

DE LVT.

Memorabili fuit in hoc viro sui demissio & religiosa in scholis per tot annos impigritas. De illo sic annuæ: nostros domi anno vno, Leodij externos Grâmaticam 300. facillè discipulis constantem per 43. annos docuit, labore magno incredibilique constantia, ac singulari ut pericia, ita fructu in adolescentibus ad virtutem, ac illam literaturam insignitè formandis, & in Sodalium cœtibz erudiendis, illustrandis, ditandis. Quo in genere illi vel primi palmam haud grauatè concesserint. Magna viri erat æstimatio Leodij, magnus sensus de mortuo & nomen prope immortale in ore dolentium.

Belga Leodij. 4. Aug. 1656.

Hamil.

Labort.

XV. DIE AVGVSTI.

P. STANISLAVS

KOSTKA. NOVIT. SCHOL.

15. August.
Polonus
Romæ.
1688. ætat.
29. Soc. 107
mense.
Iesu nomina

Margarita Kriska Stanislai mater mater matrona illustri confessorio suo testata est se cum Stanislauum vtero ferret obseruasse in suo pectore IESV nomen purpureo cha-

ractere inscriptum. Viennæ Austriæ Beatissima Virginis laudes pro Scholasticarum exercitationum argumento adhibebat. Ibidem agro & SS. Eucharistiam opranti idque à Deo per S. Barbaram flagranti, Sanctissimam hostiam duo Angeli præsentè S. Barbara attulere. Ita refectus ab iis est. Adfuit postea & Virgo mater; quæ & IESVM

Euchar. S. Barbar. Angeli.

P. I G N A T I V S

MENDOZA. NOVIT.

Fuit hic primariæ claritudinis Princeps, ac Regum Philippi II. & III. apud Galliarum Regem Venerosque Legatus. Iuris etiam vtriusque perspicientiâ paucos pares habebat per omnem Hispaniam. Hoc ad Societatem se conferente aiebat Rex, Ignatium partem optimam eligisse. Cum obsoletâ veste se circumdatum videret, cum voluptate se circumspiciens aiebat se sibi plaudere; ut de vellere aureo acquisito noui eius ordinis Equites consuevere. Patres in tanta reuerentiâ habebat ut diceret se coram illis loqui, imò ne hiscere quidem audere. Culinæ officiis, & quicquid ad contemptionem sui faciebat, erat magnoperè addictus. Fama erat, post B. Borgiam neminem illo maiorem Societati se transcripsisse. Obiit ipso die Deiparæ in cælum assumptæ cum vix tertium ab inito tyrocinio mensem expleisset. Aiebat moriens; optimè quidem se de cælo sperare ob ea quæ pro æternitate dimisisset; luculenter tamen à Deo sibi datæ mercedis instar esse hoc ipsum præmium, quodd bimestri hoc in Societate vixisset.

Hispanus
Compluti.
15. August.
1602.
Vocatio.

Humil.

Mort.

A L P H O N S V S

GVERRA. SCHOL.

Philosophiæ operam nauabat magnâ eximiæ virtutis commendatione, angelicâ integerrimæ Virginitatis innocentia, silentij ac obedientiæ laude perinsigni, mirabili & actiuo erga Dei matrem amore; cum glorioso eiusdem in cælum assumptæ die, ægro suo Alphonso illa (ut fertur)

Hispanus
Tresenal. 15.
Aug. 1606.
ætat. 19.
Soc 4.

O O

12

2. V.
Ist. parum.

Vocatio.

Oratio.

Tentatio.

Euchar.

Mort.
2. V.

Iesum parvulum in lectulo illius deposuit, ac Stanislao sospitatem & consilium ut Iesv Societatem iniret dedit. Pedes ergo Viennâ Dilingam, inde Romam vsque peregrinabundus clam fratre profectus, & ad tyrocinium anno 1567. 28. Octob. admissus est Romæ in domo Professa. Postea in Collegio Romano culinæ obiuit officia; mox ad S. Andree tyronum domum tunc nascentem inter primos translatus est. Cum B. Virgini preces persolveret, visus est in vultu plus quiddam venustatis præ se ferre: quin & à quopiam eius facies inter orandum plusquam humano quodam splendore lucere conspecta est. Totus erat in humilitate, totus in tenerissima pietate; inter precandum nihil omnino vagabatur. Quin corde ad eò exarsit aliquando, ut calore illo fatiscens, debuerit admotis ad cor pannis frigidâ imbutis recreari. Quendam perturbatum & pro se orari petentem, breui ad SS. Euchar. fusâ oratione suauissimè serenavit. Supplicem libellum porrexit per S. Laurentium patronum suum mēstruum Beatissimæ Virgini, quo ab ea impetrauit ut ipso Assumptionis B. V. die accerferetur in cælum. Eius mortem fusè habent pretiosæ occupationes morientium in Societate. Illum cum B. Virgine conspectum habent annales mei Mariani. Perhibent etiam morienti Beatissimâ Virginem cum choro SS. Virginum adfuisse & Stanislauum cum illis breuiter ac suauiter collocutum. Et certè morientis oculi hilare repente aperti, vultus lætâ venustate perfusus, labia tenero motu tacitè quiddam dicere visa, & simillima subridenti, eos qui adfuerunt lætitiâ & pietate afflauere. A morte visus est cum B. Aloysio adesse comes S. P. Ignatio.

B.V.

in cubiculo in quo decumbebat apparuit nobili cælestium Virginum choro cincta, eumque admirabili suauitate hilarauit, & simul certiozem reddidit, illum diem ei esse vltimum in hac vitâ. Is qui cæleste illud spectaculum conspexit, cubiculum ægri ingressus Alphonsum reperit in amplexu imaginis Virginis Matris tenerè lachrymantem, cum illa loquentem, & dicentem, se illo die vesperi moriturum, id quod euenit.

Mort.

P. IOANNES

LA GARDE.

Gallus in
pago S.
Riani. 15.
Aug. 1621.
ætat. 17.
Soc. 11.

Oratio.

Humilit.

Zelus.

A Sexto tyrocini sui mense ad vndecimum vsque in Societate, id est postremum, annum, nullâ mentis inconstantia inter orandum vagatus est; animo mirificè in Deum semper intento. Castissima in moribus eius tranquillitas ac suauitas elucebat, nullo furore obscurata, nullâ commotione perturbata. Hebrææ linguæ, Theologiæ, atque concionum habendarum peritiâ cum esset insignis, tamen in missione socius alterius erat biennio; ac omnes naui optimique Coadiutoris partes implebat; patientiâ nullis aduersis domitâ, & promptâ horarum omnium interuallis. In naui Gallicana rem animarum solemiter agens, obseruârat noctu, quod veneficus quispiam naui eadem veheretur. Ergo ne pestis illa rectæ fidei moribus, ac salutis reliquorum officeret, apud magistratum enixè id egit, perfecitque, vt veneficus pelleretur, quippe è libris, circulis, ac vtitatis artis diabolicæ instrumentis deprehensus. At magus vindictæ cupiditate furens, cæmen in Ioannis aurem, & vnâ venenum dicitur inspirasse: vnde Ioannes excessit è vitâ. Ioannis epistolâ affectu corporis parti admotâ se consa-

nuisse sanctimonialis quædam persanctè indubitanterque testata est.

P. HIERONYMVS

DIAZ.

L Vsitanz Prouinciæ olim Prouincialis fuit, & pro vniuersæ Prouinciæ thesauro habitus est P. Hieronymus. Magnus & sibi vbique præfens erat illi animus. Frumentum pauperibus dari iusserat; & fama est illud in horreis increuisse; vt & oleum in vasculis fictilibus, cum illud iisdem dari iuberet. Vox illi sonora, & mira dicendi peritiâ; quâ ille turbâ multos ad religiosâ castra incitauit. Quotidie se acriter verberabat, etiam senectâ iam caducâ. In memoriam Christi patientis absinthium quot hebdomadis degustabat. Oratio illi proluxa, & lachrymarum vbertate affluens.

Lusitanus
Conimbri-
ca. 15. Aug.
1614 ætat.
81. 50. 65.

Elemosyn.

Mortif.

Passio.

NICOLAVS

TASSAR. SCHOL.

F Vix hic adolescens humilitate, pietatis teneritate in iis quæ honori Deiparæ destinârat constantiâ penitus ac verò Marianus. Natales suos, licet locupletes, obscurabat dictione, vt se deprimeret: aiebatque mirari se quomodo in Societatem esset admisus tam nihili adolescens. Vnde impensè, nec semel, petiit Coadiutorum numero accenseret, etiam Philosophiæ ac Theologiæ studiis iam imbutus. Quot hebdomadis ad Superioris pedes supplex petebat in Iaponiam vel quocumque mitti: Deum fortè pelle suâ vsurum dicens. Per quietem visus est sibi aliquando in IESV & MARIE gremio suauissimâ tranquillitate quiescere. Pensum Deiparæ destinatum nunquam omisit, & desponsam iam in sæculo.

Gallus Ni-
cei. 15. Aug.
1629 ætat.
22.
B.V.

Humil.

Notu.
B.V.

Castitas.

saeculo per eius manus Deo castitatem statim à voto ac deinceps nullâ sensit graui rebellione turbari.

P. E M A N V E L
FERNANDEZ.

Lustratus
Bahyz in
Brasilia. 15.
Aug. 1633.
Aet. 74.

Fides.

Modest.

Oratio.

Mortif.

Hic (vt in annuis scripsi) utrâque Theologiâ perdoctè traditâ, è Lusitania in Brasiliam soluit; sed ab Anglis interceptus, in Angliam est auectus. Ibi cum principe de hæreticorum secta Ministro super fidei controuersis disputare iussus, cum ea diceret, quibus ille respondere non poterat, victoriæ præmium tulit verba, quæ victus ille in victorem intemperatè adedò iaciebat, vt Angli ipsi Patris modestiam admirati stomachosiores quàm par erat Ministrum, per gradus præcipitem deiecerint, domoque exturbârunt. In libertatem assertus, Lusitaniam, adeoque Brasiliam tenuit: vbi Nouitios, Bahyense Collegium, ac Prouinciam gubernarit. Perfrequens illi, ac propè quotidianumerat, duas tresue horas orando ducere, priusquàm stata surgendi hora appeteret; quotidianò cilicij gestandi, ac se flagris inclementer accipien-

di vsu nullâ die omisso. Orandi, tacendi, suauissimè alios commonendi ac errata correctæ perpetuâ obliuione sepeliendi arte fuit eximius. Egros domesticos quotidie inuisebat. Gloriosissimam Dei Matrem & ipse colobat vnicè, & studebat vt ab aliis impensius coleretur seque ad id quotidianâ libelli *de Amore Mariæ*, Deiparæ conscripti lectione inflammabat nihilque suscipiebat negotij aut laboris in quo non eius tutamentum exposceret. Gnarus erat omnis propè industriæ ad modos excogitandos se variè afflicandi. Cum omnibus præesset, vestis illi adedò abiecta erat, vt vel inde Hispani ac Lusitani Proceres illum in veneratione longè maiori haberint. Clarus etiam dicebatur prænotione rerum, quas ex vero prædixerit: vt quando affirmavit, euentum postea secuto, se sacrificium Missæ superiorum permissu celebraturum; à quo tamen abstinere iussus fuerat, ob caliginem oculorum. Alij afflicto dixit, fore vt seuerior hætenus in eum superioris animus molliretur: alij securam fore nauigationem eò quò mitteretur, licet omnia essent Hollandis plena; vtrumque affirmavit euentus.

Superior.

Charitas.

Lectio.

Mortif.

Paupertas.

XVI. DIE AVGVSTI.

P. FRANCISCVS
DE OTAZO.

16. August.
Hispanus
Hueti. 1622.
Soc. 34.

Tridest.

LAutâ domo natus, & in Societatem insignitè liberalis, in illa magno exemplo vixit. Cum de salute sua vehementer anxius Deiparæ nomen imploraret, adesse illâ sibi videre visus est cum corona Sanctorum librum magnum ac splendidum osten-

dentem, ac dicentem. Hic est liber vitæ, in quem eorum relata sunt nomina, quas beatâ æternitate donabit Deus. Tu illum inspicere ac lege. Legit initio paginæ aureo charactere exaratum *Francisci de Otazo* nomen. Aliorum quoque prædestinatorum nomina, illi legenda præbuit Virgo, dicens: Fili, hos quoque tuâ operâ ad Beatorum felicitatem perducturus es Deus. Inde illi omnis mœror abstersus est.

S. V.

O O 2

Et

E. P.

Mort.

Innocent.

Et postea in Philippinis conuertit ad fidem & ad frugem quamplurimos. Ibi in magno quodam hostium discrimine constitutus, positus genibus Dei matri supplex petiit ab illa se suosque Christianos iuuari: & mox obiecit illi Deipara, Franciscus, inquit, ne metue. Ego te iuuabo. Ita periculo exemptus est. In morte rogatus à Superiore de iis quæ de illo libro prædestinatorum dixi, affirmavit sic rem se habere. Demum cum ex Europa redire in Indiam operasque plures vellet adducere, obiit extremum diem, post vitam adeo innocenter actam, ut nunquam ullius mortalis peccati notâ suam conscientiam maculârit, ut fama est.

P. CAROLVS ROMANVS.

Italus Gon-
fani in Sici-
lia 16. Aug.
1624. ætat.
43. Soc. 23.

Vocatio.

Iesus parvus
Iu B V. S
Ioseph

Sacrum.

Castis.

Virginitatis ac singularis ob omni noxa lethifera innocentia flore ad mortem usque felix creditur Carolus. Desiderium Indiarum non impetratarum transtulit ad Missiones obitas fructu magno & plausu pietatis. Nouitios cum regeret, quendam animo fluctuasce ac fugam fuisse meditatum, sed diuinâ prouidentia impeditum mirabiliter didicit, ac fufis pro eo precibus eidem disertè prædixit fore ut in Societate persisteret, atque ad Indos penetraret. Alij quoque cuidam plures occultas eius destinationes & quædam quæ postea euenere, aperuit. Beatiss. Dei Matri ex asse addictus, cum illam Lauretana in domo inuisceret, illam istic vnâ cum Iesv infante ac S. Iosepho sibi spectabilem per quietem habuit. Adolescens quispiam in carnis sordibus volutatus, quem ille confitentem audierat diem obiit: pro hoc sacrificium altaris celebraturus Carolus exibat ad altare; & ecce

illius adolescentis animam igne inundante inuolutam vidit, & dicentem audiuit: Damnatam se ad æternam incendia, quod obscenâ cogitatione delectatus post confessionem ei consensisset. Inediam sæpè usque ad deliquium tolerabat.

Cognatio.

Mortific.

A N T O N I V S VASCONCELLVS NOVIT.

Ilustri domo natus, & Eboræ Sacra Inquisitionis Deputatus, ut vocant, integritate magni exempli fuit spectabilis. Inde voto se obligauit fidei propagandæ, & si liceret, fuso etiam sanguine confirmandæ. S. Francisco Xauerio velut prototypo utebatur, eiusque sectari vestigia vndeque optabat, Societate quoque flagranter petita, sed necdum impetrata; quod & virtute & autoritate suâ plus posse in eo in quo erat generalis per Indiam Inquisitoris munere pro Ecclesia crederetur. In India peracurate Inquisitionis munus cum ageret, quidam ad illud tribunal accersiti sunt, qui à Iudice tam incorrupto suis fortunis, existimationi, adeoque capiti, metuebant. Ergo cum donis eum corrumpi hand posse scirent, porrecto veneno morbum illi mortemque in causa defensionis fidei consciuere. Quare, qui hætenus viua imago Xauerij totâ imitatione esse contendit, optauit etiam in eadem cum illo Societate mori, in qua viuere, quantumuis id flagitanti, hætenus non dabatur. Tandem cum id iterum atque iterum petentem Aluarus de Tauares Goanus Prouincialis, admisit: & ille, toxico gliscente in viscera, religiosè decessit. Quotidie conscientiam confessione perpurgabatur; diuino sacrificio per tres horæ partes operabatur; duas horas orationi dabat duobus de Societate.

Lustitius

Gon. 6.

Aug. 1633.

S. Xauerius.

Fides.

Confessio.

Oratio.

tate sacerdotibus ad aram operatis ministrabat; diuinum officium, ac Deiparæ rosarium degenibus exequabatur; bis quothebdomadis flagris, & cilicio perpetuo corpus macebat; liberalis in ærumnolos, sanos, & ægros.

Mortific.

P. EMANVEL BORGES
ET SOCII DVO NOVIT.

Iugranus
Nangasachi
16. August.
1631. aet.
53. Soc. 33.

Fides.

IN Iaponia Nangasachi dum ab anno 1612. rem Christianam procuraret, posteaquam sæpè latuit, & eos à quibus ad mortem quærebatur barbaros euasit, post anni 1614. exilium re-
dux, 13. Augusti. depresso in foueam capite suspensus est; & hoc demum die gloriosum agonem confecit. Et cum illo etiam

IGNATIVS
XINDO. NOVIT.

Iapon. 16.
August.

ARIYENSIS ortu in Iaponia, Adriani gloriosi viri in fidei odium cæsi filius. &

IOSEPHVS
REOMVY. NOVIT.

INGENSIS Hi duo è Seminarij disciplinâ socij Patribus, etiam in exilio, & reditione, adhærere; Societatem demum amplexi, & breui capti, eadem cum P. Emanuele Iaponicæ fossæ ac suspendij morte affecti sunt.

Iapon. 16.
August.

P. IOANNES
BATHÆVS.

IN patria vnâ cum germano suo sacerdotem communem hæretici furoris torrentem sensit. Etenim hæretici vtrumque hunc esse Catholicum Sacerdotem certiores redditi, & quidem Ioannem etiam Iesuitam, magnâ exultatione prædam nobilem in forum abripuere, stipitibus alligauere, ac vtrumque plumbeis scloporum glandibus traicere; Catholicis sacerdotes suos in odium fidei hæreticis exosæ tractari gementibus.

Hibernus
Pótanæ. 16.
Aug. 1649.
Fides.

XVII. DIE AVGVSTI.

P. MARTINVS.
OLAVIVS.

17. August.
Hispanus
Romæ. 1556
Soc. 4.

COMPLUTI primus fuit Martinus qui Barcinonâ istuc appulso S. Patri Ignatio elemosynam dedit. Deinde Parisiis Philosophiæ ac Theologiæ disciplinis clarus, ad Carolum V. ac post varia tandem ad Societatem venit, à qua ante hac non medioeriter abhorrebat. Sed perui-
tum sciebat iis vocibus, quas pera-

cri clamore in corde suo sonare sentiebat cum ipso Christi anastasis die inter sacrificandum, à Christo, quem manibus tenebat, consilium & opem exposceret. *Hic ego te volo*: aiebat illa vox, *in hac tibi Societate & viuendum & moriendum est. Equum est te mea non tua obsequi voluntati. Durum est tibi contra stimulum calcitrare.* Aiebat respondisse tum se: *O Domine, seruus tuus sum*; ego; seruus tuus & filius ancillæ tuæ: Societatis IESV. Hæc dixisse, atque mox id voti religione firmasse. In Ro-

Vocatio.

Eucharistia.

O O 3.

mano.

mano Collegio primus docendæ Theologiæ ab Ignatio admotus, Collegioque præfectus est. Socios omnes Angelorū instar venerabatur, suamque cum illorum virtutibus conferens imbecillitatem, longissimè se ab illis abesse aiebat; auditus idem idem ingeminare illa verba: *Opiam sociorum familiam! me miserum! qui eam nimis diu ignorans fugi! sapè etiam de eadem detraxi!* Moribundus S.P. Ignatius petiit à Pōrifice benedictionem postulari pro se & pro quodam alio de Societate. Is alius fuit Olavius Ignatium morientem die decimo septimo subsecutus. Moriens illa verba meditatè pronuntiare auditus est. *Non intres in iudicium cum seruo tuo, Domine; quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens.*

Mors.

LÆLIVS

NICHESOLIVS. NOVIT.

Italus Nouellariæ. 1583. incerto die. Vocatio.

Humilis.

Obid.

B. V.

Cum à Patre suo viro nobili Veronæ potestatem Societatis ineundæ peteret, ac ille constantem eius indolè laudans diceret gaudere se quòd Societatem elegisset, in quam aditus honoribus non est, hoc etiam sibi inter incitamenta fuisse respondit, ut tanta porta diaboli tentamenti occluderetur. In tyrocinio volebat abiici, tractarique instar putridi cadaueris. Obedientiam enixè colebat, cum diceret voluntate suà nec onus grauius reperiri, nec feram magis immanem. Singularis eius erga Deiparam pietas elucebat. Vnde etiam dum studeret, à

Deiparæ Sodalibus ad illum deferre batur plerumque totius cœtus Parthenij præfectura. Mortem illius dabo ipsis Sacchini verbis è Societatis historia. Post decimum tyrocinij mensem Nouellariæ animam agenti Lælio adstitère Angeli, videndosque se præbuère. Fuit etiam è sociis, qui testatur circa moribundi lectulum & Angelos à se conspectos & diuos circumfusus, & integerrimam Virginem, & Christum Dominum tanquam solem in eorum medio coruscantem; ac beatam illam turmam duarum horarum spatio, ac dimidiæ, quamdiu spiritus Lælio superfuit, perseverasse. Alij quoque Patres fratresque sensere animo haud dubiam cœli in eo conclauis præsentiam ex insolitâ quadam dulcedine, quâ omnes tacitè neque quari vnde, irrigabantur.

Mors.

anno 1583.
num 54.
Angeli &
B. V.
Christi, &c.

18. Aug.
Hispani
Hispani
stat. 4.
Soc. 11.

Humil.

Obi.

P. ANTONIVS

IBANNEZ.

Cum Prouinciæ Præpositus Prouincialis ac Toletanæ Visitator gubernaret, multâ prudentiâ tam spiritum quàm literas adiuuit. Ad sacrosancta instituti iura seruanda (nullo humano respectu absteritus) totis viribus incubuit. Mirâ è cœlo luce perfundebatur ad spiritus discernendos, & animas ad perfectionis excelsa ducendas. Primum candidæ Virginitatis florem ad mortem vsque incorruptum seruauit.

Hispanus
Cefaræ.
17. Aug.
1694.
Ref. hum.

18. Aug.
1607.

Capitulum.
Mors.

Crucif.

XVIII. DIE

XVIII. DIE AVGVSTI.

P. CONSALVVS LADISLAVS

ESQVIVEL.

CZAPLINSKI. SCHOL.

18. August.
Hispanus
Hispani 1575
ætat. 41.
Soc. 11.

AD Societatem vnâ cum famulo scientiâ egregiè iam tum clarus venit, & in sui æstimatione proculcandam atque in ea quæ Dei sunt acriter incubuit, vt moram compensaret. In tyrocinio eius famulus culinæ ministeriis destinatus est coquus, & Consalvus illi seruire iussus cum propter obstrepentes foris gallinas mentem cælo affixam ita vt oprabat tenere inter labores non posset; neque illæ vllis artibus compesci possent; Re-ctoris iussu illas modeste aperto capite adiit, & apposito ad os, digito, Dei amore rogauit vt cõticescerent, conticuere stupente Consaluo, & sociis, qui simplicis huius obedientiæ ac mirabilis euentus testes adfuere.

P. PHILIPPVS

PANTALEON.

18 August.
1607.

Hic Patri Petro Antonio Spinello Prouinciali de B. Virgineloquẽti dixit: Illa me puerum olim dignata est ad se accipere, & mihi blanditâ dicere: *Tu es exceptio Dei, & filius Crucifixi*; cui ipsa me ostendit, & ille quoque blanditus est.

VNicus nobilis viri filius cum esset, spesque familiæ; tamen patre annuente imò & comite, nec sine lachrymis filium Societati transferente, Societatem amplexus est. SS. Christi corpus religione præcipuâ prosequabatur; & inde in suum corpus durior esse didicit catenulis ferreis, & geminâ intra vnum diem non raro verberatione illud affligens. Mathematicam disciplinam tradituro morbus obrepit. Paulò ante morbum per octo dies animum sacris S.P. Ignatij commentationibus exercuerat, vbertim ad lachrymas & sanctimonia studium nouum effusus. Egri occupationes erant illæ pietatis exercitationes, quas ipse in libello ad id destinato digesserat. Auditus est sæpè ingeminare verba illa: *O si me omnesque animi & corporis mei vires distillare possem vel in vnâ guttulam gustus & beneplaciti maiestatis diuinæ. Sæpè se B. Virgini, S.P. Ignatio, & B. Stanislao commendabat. Alphabeti quoque literas recitabat, & ad singulas psalmum vel è psalmo versum aliquem pronunciabat. Moriens labia mouere visus est ad pronunciandum SS. Iesv nomen, cui plusquam vices impensè repetendo vltimum linguæ officium in ipso, dum loqui desineret vitæ sine impendit.*

Polonus
Califfij. 18.
Aug. 1639.
ætat. 23.
Soc. 8.

Mortific.

Exercit.

Mors.

Amor Dei.

XIX. DIE

XIX. DIE AVGVSTI.

P. MELCHIOR
CARNERVS.

19. August.
Lusitanus.
1583. Soc.
40.

Fides.

EBorensi Collegio primus præfuit Rector. Postea in Æthiopiam comes datus PP. Barreto Patriarchæ ac Ouiedo, à Pontifice nominatus est Episcopus Nicænus. Contra Nestorianum Episcopum Armenum egregiè rem gessit magno capitis periculo. Sagitta ab hæreticis in illius caput vibrata, eius pileum penitus penetravit. Consecratus Episcopus non solum de Societatis audiendis sequendisque consiliis votum vovit, verum & de redeundo ad Societatis obedientiam, ubi & quando id per summum Pontificem sibi licuerit. Cum in Æthiopiam penetrare haud posset; in Macao, & circum, heroicis virtutibus Apostolatuum suum implevit.

R O D E R I C V S
DE FLORES. COAD.

Hispanus
Hispani. 19.
Aug. 1584.
Oratio.

Sicca primum, diuque ieiuna sine vllis deliciis oratio, deinde illi versa est supra mel & fauam, adeò vt de diuinis digna Theologo loqueretur, & orationem in longas, aliquando in totas noctes extenderet, ita in illa nonnunquam absorptus, vt sublimis in aëre nihil sentiret, etiam cum in pedibus aciculis pungeretur. In conclauis aliquando visus est totus cælesti luce circumdatus, ipso etiam cubiculo mirè illustri. In oculo item aliàs manibus ad pectus in crucis formam compositis, firmo atque terram nihil tangente corpore pendebat in aëre, nec

mouere illum vllus poterat, aut brachia flectere. Atque hic mentis excessus à feriâ V. maioris hebdomadæ ab occasu Solis durauit vsque sequentis diei diluculum. Licet incredibili orandi studio teneretur, nunquam tamen eius gratiâ quicquam è consuetis suis laboribus officio omisit, experiret ad ea quæ officium, vel quæ obedientia imperabat. Vestem breuissimam, neque sat integram, sed attritam gestabat; nec meliorem admisit, licet oblatam. Optabat degere inter Indos vbi ei necessaria vitæ decissent, ad patientiam exercendam. Ieiuniis, ciliciis, flagris, culinæ, fabricæque laboribus corpusculum atterebat. Modico cibo utebatur: & in illo ipso cauebat quicquid palato posset delicias afferre. Vnde vinum non attigit. Fortissima longioris morbi patientia hisce virtutibus vltimum decus adiecit. Videri de illo potest Societ. historia.

Labores.

Pauperi.

Mortis.

1184. B. 11.

P. BARNABAS
LA VECCHIA.

IN natali sua vrbe Collegium cum Ianno iam vigesimo regeret extinctus magnum ordinariam supergressæ virtutis nomen sui que desiderium reliquit. Amabatur ab aliis: ipse sibi erat odio, quamuis veri erga corpus amoris potius testes sunt asperæ illæ sui afflictationes, perpetua feriæ sextæ ac Sabbati, & præter hæc frequentia pane & aquâ arctata ieiunia, cibi nullo sale conditi, nulli arborum fructus per plures annos gustati, flagella fuso sanguine affluenter cruentata, semper gestatus thorax ciliciis, & durissimus humi

Italus Bl.
uonæ. 19.
Aug. 1614.
ætat. 60.
Soc. 33.

Mortis.

10.
Hi.
16.
96.

B.

Charitas.

Superior.

S. Spiritus.

Elemosyn.

Humil.

Castitas.

humi somnus. Sibi totus spinæ, aliis rosa erat: tam mansueta comitare plenus gubernabat vsque ad sociorum admirationem. Charitate omnes, ac ægros arctiore, complexus, ipse illis minister persæpe aderat, noctu quoque vigil ad illorum obsequia obita potius quam aliis imperata. Materna quædam indulgentia in eo eminebat præ aliis, adeo ut plurimi ibi esse perciperent, ubi ipse præesset Collegio. Tota illi regendi ars erat charitas, quæ illum ceu manna idoneum ad cuiusvis palatum hominem faciebat. Erga pauperes mirifice propensus hoc nomine Sanctissimo Spiritui charissimus videbatur. Quippe conspecta est columba in eam arcem se volatu inferre, quam ille claudebat, ære in pauperes inde deprompto. Cum vero eandem aperiret columba euolare iterum videbatur. Rector cum esset, omnia etiam infima pinsentium ac lauantium officia obibat, exempli, humilitatis, & charitatis ratus id interesset. Orandi arte fuit eximius: ac præditus singulari dono ad solatium turbatis afflictisque afferendum. Non vnam de forminis impudicis victoriam retulit, ab illis impudenter tentatus.

Mortem eo tempore obiit, quo eam se obitum prædixerat. A morte vero cum Collegij Procurator iniquæ molestiæ nescio quid ab aliquo pateretur, ubi chirographum quæri deberet per quietem reuelavit. Religioso etiam Sacerdoti amico suo post mortem conspectus, illum à miserabili vitæ languidæ laxamento ad flagrantem disciplinæ religiosæ accurationem efficacitate admirabili expregessit verbis illis: *Vtinam aperent, & intelligerent, ac nouissima prouiderent.*

Tepidi.

Nouissima.

P. GABRIEL BOLICHER.

Sodalitati magnæ plusquam 30. annis præfuit: & prædixit se necdum elapso ab assumptione B.V. octauo die migraturum è vita; id quod factum. Nobili forminæ, ingrauescente morbo de vita desperanti, dixit (petito prius fideli silentio) se cum pro illa sacrificaret interius audisse, illam ex hoc morbo tametsi ingrauescat, non morituram. Et illa conualuit, nec rem nisi P. Gabriele iam mortuo aperuit.

Hispanis in Coll. Balear. 19. Aug. 1617. ætat. 77. Soc. 5.

XX. DIE AVGVSTI.

P. THOMAS DE SOTO.

Deiparæ Virginis honori horas quotidie ac rosarium recitabat, rogabatque ut se in filium suum reciperet. Hanc ille aliquando in amœno campo sibi videre visus est Dei matrem simillimam illi imagini coram qua orare solebat quotidie. Videbatur Virgo illum verbis haud obscu-

ris domum inuitare. Lapidem pretiosum, seu, ut alius ait, annulum cum lapillo amiserat eius mater: mox Thomas Deiparæ supplex pro inueniendo quod perierat, *Magnificat* canticum Marianum aliquoties recitauit, & Mater illius ex insperato lapillum illum inuenit in manibus. Iam senex, quicquid chartularum & sordium in templo inteniebat, efferebat, magno eorum qui aderant exemplo, cum diceret se esse scoparium paruuli.

Magnificat.

Humil.

P P

ad

20. August. Hispanus 1600 ætat. 96. Soc. 37.

B.V.

Italus Bl. nonæ. 19. Aug. 1614. ætat. 60. Soc. 33.

Mort.

Iesus.

Crux.

Crucifixus.

B.V.

Cor.

Coron.
Spin.

Pati.

ad eius domum in suo nitore seruandam. Adfuit illi, ut fama est, paruulus & amabilis puer Iesus non semel, solatio eius tanto, quantum suo confessorio non poterat explicare. Alias per quietem illi conspectus est Christus, at iam cruce onustus, alias Sancti Petrus & Paulus Apostoli: petiit nosse Deum; & ostensus illi est in templo quopiam Christus cruci affixus. Per plusquam 20. annos mira à dæmone, perpeffus est, baculis, scrupulisque vexatus: at ille non nisi, Domine, aiebat, vim patior; responde pro me. Nocte quadam ante diem festum expectationis Deiparæ, repente expectatus, se velut in cælesti quadam Empyreï luce absorptum videre est visus, Angelosque ac Beatos canentes audire. Vnde magna illi Dei notitia, reuerentiæque increuit; ibique persensit, se in corde radio quodam vulneratum, per dies plures illo vulnere amantior accensus. Tertio decembris anno 1594. mirabili cælestium sensu iterum recreatus, postea etiam sæpius in somnis Christum spectauit, qui illi spinis coronatus adfuit aliquando dixitque: Cum ego tanta sim pro mortalibus perpeffus, quomodo illi nihil volum pati pro me? Alias in cælo sibi hæc videbatur audire: Laudemus semper Deum in tempore, & aternitate. Ager his teruè confitebatur quotidie. Plura de illo in vita ad annum 1600.

P. MICHAEL

SOLER

Hispanus
Vallisoleti.
20. August.
165. ætat.
70. Soc. 44.
Humil.

Tametsi huius viri dotes, ingeniū ac doctrina illū idoneum ad altiora reddidēte, suū tamen modestiā peruenit, ut ipsos 30. annos in infimo grammaticæ tradendæ puluere consumpserit. In Castellæ Prouinciæ morte a iunioribus receptum, ut à mensa inter

colloquendum pia quæpiam historia referatur. Id illi cordi fuit ut Patres excitaret ad ea quæ ad mores faciunt è rebus narratis eliciendas; cuius rei auctorem illum fuisse accepimus. Incredibili ardore commendabat omnibus perseuerantiam in Societate: hoc enim esse salutis pignus, & pignus pretiosum ac magnā omnino accuratio- ne custodiendum. Innocentiæ vsque ad admirabilitatem fuit longè tenerimæ, vnde potentissimus fuit ad impetrandum. Habebatur inter illustrissimā virtutis eximie decora sui sæculi illius obedientia, patientia, humilitas, exemplis egregiis. Præclaro fuit spectaculo, cum id ætatis vir instar Nouitij pueripalām in triclinio & ipse se accusaret, & exerceri se à superioribus gauderet, non sine admiratione Patrum. Rarum in illo, & ordinatio maius fuit silentium. Si paruuli per B. V. nomen ignosci sibi pœnam commēritam peterent ac se B. V. coronam recitatu-ros pollicerentur, partem pœnæ remittebat. Si à quopiam dere aliqua moneretur, gratias agebat, & se id emendaturum recipiebat. Corpus mortui P. Michaelis honoratè sepultum, demum ad latus epistolæ aræ maioris translaturum est.

P. IACOBVS

GARZIA.

Hinc etiam Virgineā & admirabili innocentia clarum lego: Vnde mirā propè tyrannide seuerus erat in corpus, quod habebat, in disciplina modestiæ, sub austerā custodiā, cilicio, & flagellis. Distributus illi erat dies in occupationes partiē dispositas & mentalis orationis horæ aliam quoque horam addebat, officio diuino non nisi de genibus recitato & memoriā semper ad Dei præsentiam expectectā.

Pia Colloq.

Vocatio.

Silentium.
B.V.

Hispanus
Hueti. 20.
Aug 1611.
ætat. 44.
Soc. 25.

Oratio.

perrectâ. Templum, ad summam aram, ferè erat eius locus, ubi inueniebatur, si in cubiculo non inueniretur. Præfuit per 15. annos adolescentibus scholasticis nostris in biennali secessu, in quo post tyrocinij biennium separati ab aliorum consortione operam dant virtuti, ac literis. Illos exemplo regebat, & in instituti ad omne punctum seruandi reuerentiâ religionemque diligenter erudiebat. Affectiones non tam subegisse videbatur, quàm eas non habere.

G VILLELMVS

BRVNVS. COAD.

Anglus
Leodj. 20
Aug. 1617.
ætat. 59.
Soc. 24.

Illustrissimis ortus natalibus & in lauta quantumvis fortuna semper fuit integerrimæ innocentiae citra labem. In infimis domus officijs, quæ cum labore coniuncta sunt quærendis, erat apprimè studiosus. Per annos 14. & amplius duas quotidie horas dabat ollis in culina perpurgandis; & si quid his domi erat abiectius; idque voluptate cordis in vultum etiam exundante. Terram in sporta humeris battulare, horto operam dare, ac interea dum onera ferret è Thoma de Kempis aliquid lectitare, labores oratione miscere, sudare, ubique flagrare, seque profundissimè demittere, nullam stirpis claræ memoriam admittere; hæc illi artes erant ad sanctimoniam solidam consequendam. Vbiq; agebat quod esse factu non tantum honestum, sed optimum iudicabat. Sudanti iniecta est celestis gloriæ mentio. At ille de cælo, inquit, quod Deo videbitur, fiat; ego verò Deo quæro placere, ac facere quod eius voluntati placet. Et per ipsos 20. annos non alio quàm diuini amoris calcari se ad agendum eguisse fassus est aliquando. Mane vnam horam ante alios orationi dabat,

postea tres vel quatuor ante prædium (idque flexis genibus) si per otium idliceret. Pendebat illi è collo sub veste corona B. V. & singularis in corde pietas vigeat in S. Augustinum, S. Gertrudem, & Sanctos ab amore Dei per celebres. Semper sibi facie similis, placidus, & laborum ac diuini amoris perstudiosus. Obiit cum B. V. officio in manu, corona in collo, Iesu in ore.

P. WOLFGANGVS

GRAVENEGG.

Hic nobilitate perillustri, habilitate ingenij ac virtutis, demum dolorum perpeffione vir planè inclytus, à chiragra & podagra calce plenus ac plusquam sexaginta plagis hiatibus à situ & morbo velut perfoffus, per ipsas tres ac viginti septimanas nihil sui mouere potuit, nisi caput, herniâ quoque miserabilis, magno veluti martyrium imitatrix patientiæ documento. Corpus cum valeret tractabat propè vt carnifex, nullo die domi prætermisso quin se acriter verberaret. Cum prouinciam regeret, orando potissimum robur sibi accerlebat efficacitate ad admirabilitatem vsque laudatâ, lachrymis quoque vbertim & ferè ad volentis nutû fluentibus. Vesperis quotidie quodam extremæ vnctionis imitamento singulos sensus expiabat se signans ac dicens ad singulos: Per istam sanctam crucem, & suam piissimam misericordiam indulgeat mihi Dominus quicquid memoriâ, intellectu, voluntate, cogitatione, visu &c. deliqui. Instituti etiam in aula retinens, supremo vitæ biennio Iob fuit dolores condicens fronte exporrectâ & perbreui crebrâque ad Deum allocutione. Plura de illo habent annuæ. Plura habebit vita.

Germanus
Oeniponti.
20 August.
1650 ætat.
56 Soc. 39.
Patientia.

Mortificatio.

Oratio.

Vespera.

P P 2

P. HIE-

XXI. DIE AVGVSTI.

P. HIERONYMVS

RVBIOLA.

21. August.
Hispanus
Senis 1571.

Oratio.

Mors.

Morbus.

Senenſe Collegium iterum gubernavit, primus iſtic Rector. In rei familiaris anguſtiis teneret in Deū nitentur fiducia. Quare rogatus, equid conſilij caperet, quod in tantā inopiā Collegio nihil deeſſet? Vrgente arctius penuriā, litanias ſe cum ſuis multiplicare reſpondit. Cum ad extrema domi redactū re, ne panem quidem haberet Collegium, adiit ad hominem Societati non ſat æquum, & fidenter interpoſito diuini amoris nomine dari ſibi ab eo petiit in tantā inopiā leuamentum aureos quinquaginta. Miranti illi, & num neſciret quā alieno eſſet animo à Societate iſa à quo hæc peteret interroganti, ſubmiſſe reſpondit. Id quidem ſe haud neſcire, ſperare tamen ſe, illū Dei cauſā vel iis bene facturum, quibus non bene haſtenus voluiſſet. Quæ tam ingenua fiducia homini illi aded arrisit, vt & petitam ſummam liberaliter promeret, & deinceps Hieronymum fidenter petere iuberet id quod neceſſitas poſtularet. Omnia in vrbe illius & foriorum operā plena erant. Ager, ſupremum eum morbum ſibi fore præuidit, doctorique Medico idem aperuit, de morientium religioſorum feliciſſime inter lachrymas admiranda locutus. Os aceto lubentius eluebat ob Chriſti morientis memoriam dolores ſingulos ſigillatim ceu totidem ſacrificia Deo dicans, adeoque ipſum ſanguinem e venā profuſum. Paruulis ſodalibus aduocatis circumdatus, poſt pretioſa documenta, *Salve Regina*

vnā cum illis recitauit. Moriens aded liquidā dulcedine ſe perfundi ſentiebat, vt ſubuereretur ne hoc illi gaudium totius præmij ſumma eſſet pro iis quæ vnquam egiſſet. Neſcire ſe aiebat an vnquam alias tantā perſpicientiā diuinæ ſcripturæ adyta introſpexiſſet, quantā eo articulo, quo tamen alias intelligendi vis ſere obrunditur.

Mors.

P. GVILIELMVS

MVRDOCHVS.

Pariſiis Collegij miniſter cum eſſet anno 1574. academici petulantiores virgis inſtructi minaciter illum in ſecretā domo iubent veſtes ad ſagra deponere. Libenter ſe id Chriſti cauſā facturum dicens Guillelmus, fecit; & ecce cilicium in illo thoracem ſub inuſio à collo, vſque deorſum conſpicati Lorarij, furore in reuerentiam verſo ad pedes illius accidere, veniā poſtulata. In Scotia rem Catholicam ſub medici ſpecie per annos 14 concuſans præclare adiuuit. Relatam à paucioribus Catholicis contra plures hæreticos victoriam in oratione poſitus & abſens eo ipſo, quo facta eſt tempore dicitur nunciſſe, & vt pium eſt credere, eam etiam impetrauit. Aiunt certum eſſe illum aſpectu S. Patris Ignatij ad crucem alacriter ferendam eum animantis recreatum, cui totus erat impenſe additus. 10. iam annos natus erat cum hæretici pseudoepiſcopi iuſſu, colaphis, ſuſtibus carcere 7. menſium multatus eſt, librariā ſupelleſtile proculcata. Edimburgi Metropoli Scotiæ ſacrificali in veſte circumductus ſannis, alapis,

Scorus
Multiſpoci.
21. Auguſt.
1616 ætat.
79. Soc. 14.

Mor iſſe.

Fides.

Oratio.

S. P. Ignatij
Cru.

Fides.

uis

uis putridis, & luto est appetitus. Iustus est sacras vestes in ignem conicere vel comburi; comburi potius velle se dixit, quam illas comburere. Aiunt ferreis compedibus pedes illius fuisse vsque ad ossa exesos. Adfuit illi velut sacro seruiens irrisor iuuenis, cum illis verbis: Iudica me Deus: at Guillelmus Benè mones, inquit: Iudica me Deus, & discerne causam meam de gente non sancta, ab homine iniquo & doloso erue me. Tum Reginâ adnitente liber sed in exilium pulsus abiit & obiit, pauperulam (ita ipse dicebat) animam suam ad migrandum cum fiducia cohortatus.

IOANNES CARDINALIS DE LVGO.

Domo Hispalensis, sed Madriti Anno 1583. 25. Nouembr. natus patrem habuit Ioannem de Lugo, matrem verò Theresiam de Quiroga vtrâque stirpe nobili ac gestis muneribus honoratâ. Piæ matris industriâ legere & scribere didicit cum non nisi triennis esset. Vnde aiebat se non meminisse quando legere aut scribere didicisset. Nouem annos natus, in schola infima inter omnes palmam tulit, & primum locum, Theses suas Logicas S. Thomæ aquinati dedicauit, iuxta morem tunc receptum Theses calitibus dedicandi. Salmanticæ studuit iuri civili atque canonico, matre anno 1600. amisâ, & Francisco germano Societatem ingressu. Inde Madritum accersitus Ioannes, à Rege annuâ ducentorum aureorum pensione donatus est, quos percepit quottannis vsque ad annum 1618. quo in Societate quatuor vota professus est. Sed vt ad illum Salmanticam reuertamur, sibi ille operam dedit iuri triennio cum laude insigni: & post exerci-

tia, hortatu Francisci fratris, è præscripto S. P. Ignatij religiosè obita, animam ad Societatem adiecit. At ob patrem vxore ac seniore filio tunc orbû & mœstum, consilium distulit; donec tandem anno 1603. omnes moras abruptit, cum parum gratum è domo sua nuncium accepisset, ac vitam S. P. Ignatij perattentè legisset. Ergo 6. Iulij eo anno Salmanticæ admissus Villagarcia tyrocinium posuit sub P. Gaspare de Vegas. Ad peregrinandi experimētum pio more tyronum missus est ad *Beatissimam Virginem de virtutibus* dictam, vulgo *de las virtudes*. Tyrocinij mense duodeuicesimo, Pampelonam ad recolendum Philosophiæ curriculum destinatus, anno 1605. 10. Iulij vota religiosè nuncupauit; Salmanticæ postea P. Petro de Arubal Theologo datus discipulus. Anno 1610. Patre vitâ functo, Ioannis hereditas bifariam ita distributa, vt quarta pars cesserit Collegio Hispalensi, Salmanticensi tres reliquæ. Anno 1611. sacris initiatus, post tertium probationis consuetæ annum Villagarcia obitum, Philosophiæ ab alio inchoatâ perdocendæ admotus est. Medinae Campi. Postea Vallisoletido cuit Theologiâ ferè quinquennio, triennalem tamen ex integro Philosophiæ cursum prius docendo emensus. Vallisoletu Româ euocatus, appulit 2. Iunij anno 1621. Vbi quia Hispanis tunc adhuc ferè ignotam B. Aloysij vitam in triclinio legi audiuit, eam Hispanicè interpretatus, in Hispaniam misit, vbi typis vulgata est. Primum in Collegio Romano auditus est cum Angeli cum adolescentem Ioannem Berchmannum de vniuersa Philosophiâ disputantem oppugnaret. Illud in itinere illi contrigit non silendum, quod in Gallia montibus ex arcta semita in præcipitium è iuneto deiectus à mullo prægrandi, qui obuius illac effræ-

S. P. Ignatij
Lectio.

B. V.
de virtutibus.

B. Aloysius.

Hispanus
Romæ. 21.
Aug. 1660.
21. 77.

S. Thom.

natus currebat, Deipara implorata ope manifestum vitæ discrimen euaserit.

Explicuit Romæ Theologiam per annos 20. (meus quoque in illâ magister) tanto splendore ingenij ac laude, vt scripta eius amanuenses plures ac postea typographos locupletarint tomis tot editis qui iam in luce versantur.

Mortife.

Publica illa quæ Romæ mortalium oculos ad se trahunt, adeò fugitabat, vt sacrum purpuratorum Patrum Collegium vnâ in cœtu collectum (consistorium vocant) nunquam viderit, nisi cum in Collegium illud adlectus ab Urbano VIII. pileum acciperet Cardinalis. Nec vnquam apud aliquem prandere voluit aut cœnare extra Societatis domum quantumuis & à magnis & sæpè fuerit inuitatus. Nunquam in animum induxit, vt sua typis daret, nisi post multos annos iubente postea Mutio Vitellescho præposito Generali. Neque cubiculi administrum adhibuit. Ipse libentius exequabatur ea quæ poterat, quàm alienâ operâ utebatur. Ante alios manè surgebat de lectulo; vt horam orandi & sacrificij diuinum maturè executus; reliqua studiis daret. In prandio vix aliquid libabat, cœnare contentus. Omnes nationes ac religiosos ordines amore reuerentiâ singulari complectebatur. Ineunte anno 1642. mensè Ianuario successit illi in cathedra magnum illud ac multorum magnorum ingeniorum admiratione, (ad minorum fere vsque inuidiam) laudatum ingenium P. Antonius Perez: cui luculenter laudato Ioannes locum suum dedit, ipse verò agris Collegio Romano præfectus. deinde suis expoliendis vacauit citra splendoris aulicos, ne quid boni otij perderet, vel ne quid vanitatis festaretur. Urbanum certè Pontificem nunquam adiit (ne quidem ad pedum

Humilis.

oscula) nisi post annos ferè viginti, cum ei tomum de iure & iustitia dedicaret.

Anno demum 1643. 14. Decembris ad Vaticanum (monito prius à sede Apostolica præposito Generali) euocatus, & Cardinalis neporis curru eò vestus, currum illam *suum feretrum* esse dixit, quo ad tumulum se vehi aiebat. Cum Pontifice quàm multis, quàm dolenter, quàm seridè egerit de non admittenda Cardinalis dignitate longum est percerere. Audiui ego hæc illum mihi id optanti familiariter, & particulatim postea referentem. Constantia illius Pontifici iam subirato obstinatio videbatur. Vnde adiecit Pontifex; id se iam nunciassè præposito Generali: parendum esse præcepto obedienciæ: id enim (inquirebat Urbanus VIII.) *omniò per præceptum formale & formalissimum obedienciæ mandamus.* Iam Cardinalis, ad S. P. Ignatij corpus illicò supplex adiit, vbi etiam postea voluit sepeliri. Demum in sacrum ac supremum fidei quæstorum senatum cooptatus, deinde ab Innocentio X. Congregationi Concilij insertus, iussus est examinandis Episcopis operam dare. Quid auctoritate suâ & constantiâ effecerit in gemino Patrum purpuratorum conclau pro Innocentio X & Alexandro VII. non est huius loci. Habuit aulam semper modestam, castos muros citra vllum offendiculum pudicitæ, ac ornatos imaginibus non inuerecundis verum ad pietatem ciendam insignibus. Volebat sibi adesse Coadiutorem è Societate veluti socium ac vitæ suæ (vt ipse aiebat) testem, idque facile fuit in aulam quietâ & boni exempli. Tres ex eius aula facti Episcopi, etiam hoc nomine celebrati, quod ex eius clientelâ venirent. Nec in Societate à superioribus, nec in purpura à summis Pontificibus vllum vnquam officium

Humil.

Temp.

Oratio.

Obedi.

Elum.

11. Au.

Lufr.

in A.

no. 15.

Pocari.

Fidel.

cium postulavit. Cauebat intentè, ne quid admitteret, quod religiosum Cardinalem non optimè deceret, contentus cultu paupere ac attrito in vestibus quæ oculis non patebant. Clepsydra index temporum illi semper ad manum: monitor item qui statim ac horologii sonus audiebatur, ad illum ingressus, quota hora esset nuntiabat; & advertebat eum illic ad orandum sese componere. Nunquam, etiam Cardinalis, pro vilo apud superiores intercessit; nec ullam gubernationis partem attigit, neque auctoritate suâ usus est inquam ad quicquid alicui de Societate apud superiores impetrandum, vel ad laxandam cuiuscumque legis disciplinam; id quod magni meritò in illo semper fecit Societas, ab illo ut filio amata constanter, cum incredibili perpetua, nec affectatæ sed sincerissimæ reverentiæ significatione. Ad eleemosynam potissimum diebus Sabbati liberalis, eam turbæ pauperum cotidie affluenti distribui curabat. Felix etiam nec parcus fuit in pulvere quodam Indico pauperibus dando contra quartanam,

successu optato; unde ille pulvis iam vulgò pulvis Cardinalis de Lugo dicebatur. Quotannis in pauperes verendos & alios erogabat scuta ferè quingenta; in Societatem quoque ac in Collegium Romanum potissimum, impensè beneficis. Moriens domum Professam Romanam hæredem instituit; quæ illi post solennes exequias & orationem de illius laudibus dicta ac typis datâ post indicta denique sacrificia, epitaphium. Posuit è marmore ad sepulchrum S. P. Ignatii in hæc verba: D. O. M. Ioanni Cardinali De Lugo Societatis Iesu, Theologo eminentissimo, Domus Professorum Romana hæres, ut ubi fuerat thesaurus eius, ibi esset cor eius. prope corpus S. Ignatii, ex eius supremâ voluntate monumentum P. obiit anno salutis M. DC. LX. ætatis LXXVII. De illius animi æquitate, sibi quæ semper simili tranquillitate ac aliis, dixi in dedicatione tomi qui est de mortibus illustribus. Eius imago Romæ spectatur cum Cardinalibus Toletò, Bellarmino atque Pazmanno, in domo Professorum, & Coll. Romano.

XXII. DIE. AVGVSTI.

P. N V N N I V S.
RIBERIVS.

Ditino vocatu, & magno Gonsalvi Silueriæ pro ineunda Societate cum consanguineis gloriosè certantis exemplo animum ad Societatem adiecit. Per iter in Amboinum sexcentos circiter, in Amboino verò plus quam duo millia capitum Christo adiunxit; Saracenis odio eapropter in eum accensis adeò ut eam in qua habitabat domum igne circumdarent.

At Nunnius illo defunctus periculo, mari postea ferè ad naufragium usque iactatus est, cum seminudus à fluctibus in scopulos ageretur, allideretur, que capite atque corpore toto lacer. Ita reptabat per triduum, cum se haud posset erigere totus attritus. Sæpè ut pauperes tegetet, vestes suas exuebat. Saraceni ei qui Nunnum trucidaret, pro scelere pretio præmium præstituerunt. In festo Assumptæ Dei Matris, cum in eiusdem æde sacra, quam ipse crexerat, diuinum sacrificium celebraret, singulari exultatione redundans cecinit.

11. August.
Lustanus
in Amboi-
no. 1549.
Pucatio.

Fidel.

Sactum.

cecinit *Gloria in excelsis Deo*, tametsi sacrum illud legeret, non cantaret. Et eodem die sese in eius venas fudit venenum illi à fidei hostibus iam antea propinatum; quo demum contabuit.

Zelus.

Verum licet concurrere, pro more iam non posset, viribus fractus, & morti propè admotus, tamen in linteo circumferebatur, etiam extremo vitæ die concionabundus: ac singulis attemperatè pia, & extrema monita suggerbat.

P. BERNARDVS

OLIVARIVS.

Belga Tort.
nati. 22.
Aug. 156.
ætat. 33.
Soc. 5.

Huius vitam fusè prosequitur in Heroibus Alegambe. Ministrum agebat Romæ in domo profess. Bernardus, cum ægro cuiusdam è medici præscripto pharmacum præberi iussit S. P. Ignatii. Id quod Bernardus valedudinarij administro commisit, & ille per inconsiderantiam neglexit. At Ignatius noctu agrum inuisens, more suo, nec porrectam illi medicinam intelligens, Bernardum inobedientiæ reum ipsâ nocte domo exesse iussit. Exiit, sed intra extimâs fores perstitit perseveranter Bernardus; atque ab Ignatio constantiam laudante iterum admissus, & breui Collegij Romani Rector est designatus. Inde in Siciliâ, mox in Belgium ire iussus, ibi præclara pro animarum quæstu egit, magnâ inductâ Sacramentorum frequentatione. Morbum, & mortem traxit à P. Quintino, cui lue infecto serui erat. Moriens de novitio quodam, paulò ante in obsequiis iisdem extincto; Nicolae, aiebat Nicolae quàm vili paradisum rapuisti? Tū quædam quæ vrbis Tornacensi postea euenere, prædixit. A morte Henrico, & Philippo fratribus eius mortis ignaris se breuiter videndum præbuit.

Obed.

Charitas.

Mors.

P. IOANNES

FERRVS.

Maceratæ in templo nostro elegantem B. V. imaginem conspiciat, coram illa quotidie flexis genibus psalterium incredibili animi voluptate recitabat, id quod quoties faceret, inflammari se sentiebat, vocè quæ sibi audire videbatur, quæ ipsum distinctè monebat, ut in securum Societatis portum sese reciperet; eique facilem aditum promittebat. Admissus, ab Euerardo præposito Generali Indiam impetrauit; eique adiuuandæ 40. ipsos annos laudatè sanè vtiliterque impendit, ingenio experrecto, labore immenso, industriâ Deo plenâ. S. P. Ignatius illi cordi erat vehementer, cupiebatque nascentem Ignatii nominis gloriam illustrari. Ansam dedit navis (de qua annuæ Manilenfes anno 1605.) cui in nauem, quâ Ioannes vehabatur impingenti & huius antenam confringenti, summo in periculo, clarâ, & confidenti voce dixit Ioannes: In nomine SSS. Trinitatis, & nostri Beati P. Ignatii impero tibi ut recedas à nobis. Hæc cum dixisset sese navis altera ab alterâ separavit.

Italus Pal.
quaræ in
Mexico. 22.
Aug. 1617.
ætat. 64.
Soc. 48.
B. V.
Vocatio.

P. CLAVDIVS

GRANERIVS.

Svaissimè aiebat se olim cum suo Sano consultantem, eequid consiliesset capiendum in destinato vitæ statu, à B. V. blandè interno quodam inuitatu fuisse ad Societatem filij vocatum. In Societate per annos 30. quæ humaniora, quâ Philosophiam & casus conscientiæ docuit, à captatis vndique optimè de afflictis merendi occasionibus vulgò *Pater charitativus*, & *misericordiæ dictus*.

IOAN-

Gallus Di.
uione. 22.
Aug. 1616.
ætat. 63.
Soc. 45.
Vocatio.

Charitas.

XXIII. DIE AVGVSTI.

IOANNES

DOMYNE.

eundi cogitatione, paucis post diebus
piè admodum ac religiosè de vitâ mi-
grarit.

P. IACOBVS

SLVYSKENS.

DE hoc annuæ Flandrobælgicæ
Anni 1651. sic narrant: huius præ-
clara decora magni sunt exempli, quæ
adhuc expectamus. Aiunt Catholici,
& hæretici exitiale futurum fuisse A-
mosfurtianæ turris à fulmine accen-
sæ incendium, nisi porrecta à Patre
Iacobo aqua benedicta, illud præsen-
tissimâ ope mirè stitisset; ita ut ne fu-
mo quidem post se relicto flamma
omnis, guttis illis absorpta, cessârit.

Belga in
Hollandia.
23. Augusti.
1651.

Aqua bened-
icta.

XXIV. DIE AVGVSTI.

PETRVS

CORREA. COAD.

suam læsam vulnere luculento, quod-
que mortem vesperi minabatur, po-
stridie sanam reperit, susceptum iter
prosecutus, oculorum dolor accer-
tus ille confestim extinctus est preci-
bus sociorum. Homines epulis barba-
ris destinatos, ipsis annuentibus, clam
dextrè baptizabat, aquâ è strophio
expressâ. Cum Ioanne Sosa 24. Aug.
ad Carrigos missus, ibi multifariam
laboravit, artibus miro ingenio & la-
bore inuentis. Et ibat res feliciter. At
interuertit negotium libido, vnius è
Christianis à quo pellicem iam ante
abstraxerat, quemque à Brasiliorum
illum deuoratorum cultro carnario
gulâque subdlexerat. Ab illo concitati
in Petrum & Ioannem Carrigij sagit-
tis

Oratio.

21. August.
Gallus
Mullipoti.
1611. ætat.
19. Soc. 3.

Vocatio.

24. Augusti.
Lusitanus
apud Carri-
gios. 1554.
Soc. 5.

Vocatio.

Charrigij.

tis utrumque confecere, Christianis impense lugentibus, & Corream vnicum veritatis interpretem, omniumque patrem, fratrem, amicum clamantibus.

P. E M A N V E L

SEGVEIRA.

Lusitanus
Vlyssipone.
nc. 1594.
ætat. 61.
Soc. 40.
Superior.

IN Societate ita gubernacula tenuit ut quos gubernavit de illo scribant; illum difficilem imitationem aliis reliquisse, cum neminem unquam asperere aut minus moderatè compellaret, strenuè, ac religiosè occupatus. Eum ferunt annuè cum Funchalæ extremæ annonæ inopiâ laboraretur, eiusque rei causâ populus ad D. Iacobi supplicatum frequens inisset, dixisse pro cõctione, citò diuinam opem affuturam. Paucis interiectis horis nauigia in portum illata tantam frumenti vim exposuere ut summam caritatem summa vilitas consequeretur. Eumdem in magna siccitate deficientibus aquis cum viri fœminæque supplices ad eundem Deiparæ fugerent, ea de re ad concionem perorasse, eoque descendente è suggestu ingentem imbrium copiam delapsam arua segetesque infudisse.

Tradit.

P. IO A N N E S

PEREZ.

Hispanus
in miss. Per-
uado. 14.
Aug. 1609.
ætat. 63.
Soc. 40.

Hunc missis è Christi latere radiis illustrem eorum solatio damus, qui aegris lubentes operam suam nant. Cum in nosocomio, inquirunt annuè, Deo pauperibusque inferui-

ret, dignus habitus est, ut illi videbatur, quem Christus miro quodâ splendore è latere simulacri sui promicante irradiaret, inusitatâque interius lætitiâ perfunderet. Setis & funiculis in corpus suum animaduertere non cessauit priusquam viuere: quibus ut præcipuè cõsuevit aduersus periculosas illas occasiones, quæ castitati nocere apud incautos potuissent. Dei videndi desiderio flagrans, idque impense petens à Deo hæc audiuit, ut fama est: *Meliorẽ partem à me iam accepisti. Et alias: Incolũmem te reddam, ita enim fiat volo.*

Charit.
ad agra.

Mortific.

In merito.

B A R T H O L O M Ő V S

ALVARVS. COAD.

Totum propè sacrarij instrumentum eius dexteritate partum auit Vlyssipone apud professos patres. Imminebat occasione omni captanda pietatis: vnde quotquot Sacerdotibus ad aram sacrificantibus adesse potuit minister, id verò præstitit perlubenter. Aegris ferè per annos 40. mirâ charitate, reuerentiâ, industriâque seruiuit domi, foris æger quispiam Eucharistiam vomuerat, Bartholomæus ad eod sui stomachi compos fuit, ut illum pietati obsequentem habuerit, hausto vnâ cum sordibus sanctissimo Sacramento. In Iaponiam destinatus, cum à Sebastiano Morales Episcopo sacris initiari deberet, rarâ planè, eoque magis laudabili demissione atque constantiâ perstitit in gradu, nullo modo se adduci ad illum honorem passus, laborem tamen omnem lubens amplexus.

Lusitanus
Vlyssipone.
24. Augusti,
1614.

Oratio.

Euchar.

XXV. DIE

XXV. DIE AVGVSTI.

P. CORNELIVS

VISHAVÆVS.

P. IACOBVS

MIRO.

15. August.
Belga Lau-
ren. 1559.
Mortif.

Oratio.

B. V.

Lustratus
Vlyssiponæ
24. August.
1614.

Oratio.

Euchar.

Vocatio.

Confessarium.

Vir orationis magnæ, obedientiæ item, ac mortificationis. Per ipsos 14. annos asperum è setis cilicium diu noctuque gestavit. P. Petrum Fabrum ut Louanij attineret, febri illi à Christo dicitur impetrasse. Pro eodem confanando precari Deum iussus fecit; & Faber conualuit. Opinio eximie virtutis fecit, ut multi eius acta tunc adhuc in Belgio viuentis conscripta circumferrent. Balinghen in Calendario B.V. 24. Augusti refert illum ad B. V. imaginem prostratum petiisse ubi P. Petrum Fabrum reperiret, de quo quærendo literas accepere. Iussu esse secundum cœnobium S. Dominici dextrum viæ latus ingredi; & ad sinistram, tertiæ domus portam pulsare. Paruit; & quæsitum P. Fabrum istic reperit. In Belgio, & Sicilia Deiparæ dictus est *paranymphus*, quod miræ verborum efficacia tot Christo sponsas in cœnobia adduceret. Cuidam id vehementer horrenti obcinem rutilum quo splendebat, ex vero prædixit penas daturam in capillis, quos pro Deo præhaberet. Breui capilli morbo illi defluxere, ac illa se in cœnobium dedit calua. Aliquando peccatum silentio in confessione à quodam dissimulanter pressum, ipse eidem prodidit, illo ita percusso ut humi sui haud compos conciderit. Mira illi gratia erat in dæmonibus exterminandis, & cordibus tranquillandis. Eius virtutum exempla & documenta quæ dabat latè prosequitur Societatis historia, & aliis, Alegambe in eius vita.

Frequens illi erat pane & aqua definitum ieiunium: gestabat semper thoracem cilicium nodis intextis asperum, nec non laminam crebris cuspidibus alterâ eaque pectori adstrictâ parte asperimam; quam tamen sacrificaturus deponebat, ne dolor mentem distraheret. Ferrea catena lumbis eius longo usu immersa non sine periculo est exempta. Lectionem spiritualem plurimis lachrymis interrompebat. Orandi non assidue tantum sed & reuerentiâ incomparabili mirabilis, diu abdebat sese, annonâ modicâ contentus, & se coram Deo deprimens ac in angulum vel sub mensam abiectus; cum locum non inueniret in quæ se coram tantâ maiestate dimitteret. Et tamen officio suo non deerat, seu scholas seu Collegia, seu Prouinciâ gubernaret. Huic magnæ mortificationis, orationis, sapientiæque viro P. Euerardus Mercurianus cômisi colligendum ex instituto summarium & Regulas: ratus illas non ab aliâ manu debere conscribi.

P. PETRVS

MICHAEL BRILMACHER.

Cum quâ voce, quâ libris typo editis hæreticos ad silentium usque compelleret, propinatum ei ab illis venenum est, quod nullis planè pharmacis domari ac vinci potuit. Vir fuit magni animi, linguarum peritus, felicitis eloquentiæ in conuersione mul-

Hispanus
Romæ. 15.
Aug. 1590.

Mortif.

Lectio.

Oratio.

Humilit.

Germanus
Moguntia.
25. August.
1595. erat.
43 Soc. 37.
Fides.

QQ 2

torum;

torum; apprimè charus Principibus,
& humanitate ac humilitate prorsus
eximiâ.

P. I A C O B V S
SALAZAR DE PORRES.

Hispanus
Compluci
25. Augusti
1596. ætat.
57. Soc. 16.

Peregrina-
tiones.

B. V.

Imago.
B. V.

Hierosolymam profecturus, & no-
men Matris assumpturus, se-
siliū Maria de stella (id est, Beatissimæ
Virginis) nuncupavit. Peregrè profe-
ctus, ubi ubi poterat Beatissimæ Virgi-
nis templa inuisere, minimè omitte-
bat, ita ut S. Iacobum inuisurus, pere-
grinationem à B. V. de charitate dicta
inchoarit, & in B. V. de Conceptione
absoluerit. Ita reliquas etiam peregrina-
tiones ab illius templo aliquo inci-
piebat, & in eiusdem templo alio ter-
minabat. Romam appulsus, ante om-
nia S. Mariam maiorem inuisit. Laureti
nouies diuino sacrificio precatus per
nouem dies manè ac vesperti totus e-
rat in illo sanctuario fundendis ad Dei
matrem precibus occupatus. Longum
esset omnem Catalogum texere sa-
crarum B. V. adium, quas in Hispania,
Italia, Germania. visitauit. Deiparæ
imaginem secum gestabat semper; cū
illa ceu cum consultrice itineris co-
mite, duce, magistrâ, vehiculo, suo
solatio suauiter ac sapius collocutus,
mirabili & confidentiâ & efficacitate.
Non semel in arcto positus ad imagi-
nem illam dixit: Nunc, Domina, nunc
age quod mearum partium est: nec enim
superest in hominibus quicquam auxilij aut
consilij. Et feliciter eueniebat quod pe-
tebat. In diuersis imaginem Beatif-
simæ Virginis, sarcinæ imponebat,
aiebatque; Domina custodi teipsam &
hunc fasciculum. Tum foras exibat,
redibatque nullâ re vnquam deperdi-
tâ. Illi passus singulos & labores de-
dicabat. Mantuæ pedem ceruicem ob-
tulit B. Virgini, & cor vnum; petiitque

læsū suū pedem ab illa perfanari.
Et sapatum sensit, eodem die 4. millia
passuū profectus ad sanctorum reli-
quias visitandas. Non secus atque ad
matrem ibat ad Virginem, quicquid
pro se vel aliis petendum forte occur-
reret; eius ope vsus etiam feliciter ad
angelicam puritatem. Moriens incre-
dibili significatione suauitatis aiebat
se Beatissimæ Virginis filium esse; illius
filium esse se, nec scire satis diserte e-
nucleare quo modo esset illius filius.
Plura de illo in vita.

Mort.

P. M I C H A E L
CARVALLIVS.

Olim puer Isaacū egerat in thea-
tro, ut suæ morti præluderet; ad
quam per magna pericula virtutesque
peruenit. Aliquando biremi fractâ,
natatu euasit ad littus. Omnes quæ ad
spiritum attinent functiones, flexis
genibus obibat. Diuino sacrificio ce-
lebrando se per horam solidam præ-
parabat, & aliam horam integram da-
bat reddendis gratiis. Beatissimæ Dei
Matri religiosè addictus quotidie se
cædebat, cilicio quæ è fetis texto, quæ
ferreo persæpè accinctus. In Iaponia
ærumnæ illi in deliciis, maximè cum
per menses tredecim in carcere se vi-
deret; quo tempore incredibili mar-
tyrij desiderio tenebatur, optabatque
pro Christo particulatim incidi. Ibi
quoque duos excubitores ad Christum
conuertit. Ad mortem ductus, crucem
ipse portauit, cum sociis psalmos ca-
nens. Primus ipse palo alligatus, &
cum illo religiosi alij plures; atque
omnes dum arderent IESVM & MA-
RIAM pronunciauere, atque vixere.

Lufitanus.
Omu. 15
Aug. 1614.
ætat. 47.
Soc. 27.
Oratio.

Sacrum.

B. V.
Mortific.

Fides.

Iesu Mo-
ria

P. IOAN.

P. IOANNES
NEROVIUS.Bohemus
Pragæ 15.
Aug. 1616.
Soc. 49.
Oratio.

Pragæ aliisq; collegiis præfuit Re-
ctor, Philosophiam & artes septē-
nio, Theologiam moralem docuit per
annos 14. Per annos 30. præfuit rebus
spiritualibus. Aiunt eum annis aliquot
meditationis consueta horam humi
super storea prostratum executum
fuisse. Per vndequinquaginta annos
quibus in Societate virit, nunquam
vel statæ meditationis horam negle-
xit, vel somnium ultra consuetam dor-
miendi horam extendit, imò vnius
horæ spatio ante alios lectulum dese-
rebat. Post Dei matrem, præcipuo
studio colebat S. Dorotheam, quod
eius beneficio viveret virgo, pudore
etiam in lubrica quadam illecebrâ
conseruato, & post illam victoriam
nullâ rebellionem tentato. Fufis ad Dei-

param precibus didicisse se aiebat, S.
Dorotheam eâ dore pollere, vt suos
clientes contra rebellatricis carnis in-
sidias victores seruet. Pudicitia ruen-
dæ causâ in potu cautus, dixit sub
mortem, se nunquam vel tantillum
supra necessitatem bibisse, quantum ad
hilaritatem sufficeret. Per ipsos 40. an-
nos nullum sibi diem elabi permisit si-
ne gestato cilicio flagrisq; sibi infli-
ctis etiam in morbo extremo, propè
ad vltimum. Sextâ quavis feriâ nec in
triclinio, nec in cubiculo alibi quàm
humisedit. Aiunt illum futura ex ve-
ro prædixisse, & plures illi animas è
piacularibus flammis apparuisse non
semel. Quomodo euidam subuenerit
vt otium haberet se pro felice morte
parandi, referunt annuæ fidorum te-
stium fide nixæ. Inter migrandum su-
blatis manibus & extensis quasi gra-
tum quidpiam expectantis gestu la-
tus exclamauit: Spiritus veniunt spi-
ritus! & expirauit.

Mortific.

Feria 6.
Crucifixio.

Mortific.

XXVI. DIE AVGVSTI.

P. FRANCISCVS P. MARTINVS
MIROLDVS. STREDONIYS.16 August.
Italus Bi-
uonæ 1611.
ætat. 55.

Charitas.

Purgator.

Mortific.

Yrones ac veteranos eâ suauitate
rexit, vt matris loco sit habitus.
Stipem ipse corrogauit, quâ pauperes
virgines in matrimonio collocaren-
tur, & quâ nosocomium iam colla-
psum vigori pristino restitueretur. Il-
lud etiam inter immortalia eius opera
fuit, quod Sodalitatem instituerit, cui-
us institutum est animarum è purga-
torio liberandarum curam omni con-
tentione suscipere. Oprabat eâ horâ
mori, quæ suprema fuit Christo mo-
rienti. Et verò feria sextâ sub idem
tempus obiit, quo Christus expirauit.

Hunc mater etiamnum paruulum
ad Claromontanæ Deiparæ ima-
ginem adductum illi pro seruo tran-
scripsit, ac dedicauit. Et modeste glo-
riabatur Martinus se ab eo tempore
maternam ac planè singularem Dei-
paræ opem vbique persensisse. Septen-
nis, antequam primò diuinæ mensæ
acqumberet, se tridui ieiunio ac propè
inediâ præparauit. In Societate Græ-
cij dū studeret, Societatis Angelus dice-
batur. Postea dum quâ doceret, quâ
colloqueretur, ita castigatè ac religio-
sè id agebat, vt Nissæ vocaretur ille

Silestus.
Brunæ 161.
Aug. 1649.
ætat. 61.
Soc. 42.
B. V.

Eucharistia.

Mortific.

Lingua.

Pater.

QQ3

Mortific.

B.V.

Natus.
Mort.

Pater ex cuius ore Angeli loquuntur. Per annos aliquot, vinum & carnes vix attigit. Extremo vitæ quinquennio singulis propè noctibus è lecto se propiciens ad B. V. imaginem supplex pronoluebatur, & ea tunc agebat quæ egisset, si tunc fuisset in extremo vitæ fugientis articulo. Brunæ contra Suecos conservatæ felicitatem, stre-

nuique militis fidelitatem non pauci (quos inter Ferdinandus III. Imperator) Stredonij precibus adscripsere. Nec defuit qui dixerit, illum sibi conspectum orantem propè templum in aëre sublimem. Mortem illius posui in pretiosis occupationibus morientium in Societate. Dereliquis plura dabit eius vitæ historia.

Oratio.

XXVII. DIE AVGVSTI.

P. FVLVIVS

ANDROTIVS.

illi quoque suas conscientias illius disciplina tradiderint.

P. MELCHIOR

HVRTADVS.

17 August.
Italus Ferrarius. 1575.
Soc. 18.

Superior.

Syncretis.

Patientia.
Confessio.

DVos habuit in Societate germanos Hortensium & Curtium. Paupertatis studium humilitate ornabat: rectionem eximie probitatis autoritate firmabat, nullo vestitu cultu nisi pauperrimo, nullo fastu frontis, gestuum, aut verborum. Apud Ferrariensem Ducem pollebat gratia, quæ tamen ille ad animi illius, non ad Collegij Ferrariensis, cui præerat, commoda, utebatur. Malebat recta suadere quam operam dare magnorum confessionibus audiendis, cum esset syncretus & seueritati propior: unde non defuere qui dicerent: si pater Fulvius indulgenter agere seu nosset, seu vellet, aureum illius Collegium euasurum. sed promptissimus longè ac felicissimus fuit in morientibus expiandis; & alias in conscientis excolendis optimâ cultione. Inter plures, quibus vitæ seuerioris sanctimoniam persuasit, fuit vidua nobilis ætatis ac formæ flore præstans. Eapropter à inuenum pessimè id ferentium globo, ubi ubi haberi poterat, probris cachinnisque acceptus est. At modestissima illius patientia peruenit procacem petulantiam irrisorum, adeo ut

Mexici voto ad pictor Indos proficiscenti concepto, à morbo conualuit, qui cum morti iam propè admouerat, & ibi decennio laborauit. Pro mortis apparatione monebat Patres quid sibi vellet suggeri morienti, id est aspirationes è scripturâ de gloria cælesti. Apud Mindanaos vno anno seruus, ærumnas perpassus est, & probra, laboresque immensos. Linguas complures didicit pro gentium salute magnopere idoneas. Zebuanus Episcopus illum laudibus magnis ornatum cum admiratione, tanquam virum doctrinâ & Apostolica virtute admirandum ac ærumnarum sitientem, & Sanctitatis veræ studiosum. Pridie ante mortem superiori diserte dixit, crastino die eâ quæ hæc dicebat horâ, de se actum fore. Atque ita euenit.

Hispanus
in Philippinis. 17. Aug.
1603. ætat.
37. Soc. 17.

Mort.

Zelus.

IOAN-

IOANNES

NAVES. COAD.

Hispanus
Gerundensis
17. Augusti.
1603. aetat.
30. Soc. 11.

Humil.

DE hoc in heroibus & victimis charitatis hunc in mundum scripti: Ioannes Naves è 30. vitæ annis vnum ac viginti in Societate mervit; ad omnia Coadiutorum officia & artes ac virtutes insigniter vt idoneus, ita promptus, eaque insigni cum quadam eminentia executus, seu ad fabricam seu ad currus aut colendam terram foris, siue ad sacristiam, valetudinariam, culinam aut quævis alia munia vocaretur. Magnum superiorum leuamentum fuit, cum in obsidionis ærumnis Tarraconenses socios in sudore vultus sui (vt erat ad hori quoque cultionem egregius) sustentauit, omnibus officiis erga omnes amanter prolixus. Coadiutorum norma & clarissimum documentum dicebatur. Nunquam retro, quod aiunt, humore (cui obnoxia sunt nonnunquam ingenia nonnullorum) afflatus, semper sibi presens ac sui potens erat quocumque loco vel tempore illius opera quæreretur: adeo non erat opus dextræ molliora tempora obseruare, quibus illi esset aliquid imponendum. Planè omnium horarum vir erat, ad omne obedientiam & charitatis ingenium factus ac faciens omnia. Domi noxium virus duos prostrauerat. His Ioannes

Obed.

Charitas.

XXVIII. DIE AVGVSTI.

P. MICHAEL

DE VRREA.

28. Augusti.
Hispanus in
Peru. 1597.
aetat. 42.

IN Peruuium anno 1585. traiecit: duo
gentis idiomata confestim perdidit.

tam effusè, amanter hilariterque adfuit assiduus, vt fræno eguerit, ne se perderet suo illo tam dulci velut astro percitus & abreptus. Noctes diebus continenter iungens vigiles ac laboriosas, dicebat se quiescere non posse vsque dum chara illa capita suis ipse manibus conderet. Aegrorum alter cap bonem pestiferum in collo, alter in tibia habuit. Vtrumque vlcus eodem loco ab vtroque traxit Ioannis collum ac tibia, oculorum altero lachrymatione continuâ gurtis perpetuis manante. Cum patres illo suo periculo afflictos videret, ad eas S.P.N. Ignatii, quas ipse in obscuro suo conclau habebat reliquias supplex æggit, & vt S.P. filiorum misereretur flagranter eadem repetens sibi videre visus est splendorem instar hominis & reliquiis erumpere, seque illo circumdari, totumque intus perfundi lætitiâ solidâ, tenerâ, admirandâ. Tum dolor omnis, & colli vlcus abstulit, & somnus rediit, solo tibiæ vlcere in alterum diem relicto indice beneficii diuinitus accepti: quod tamen etiam euauit: & Ioannes ex integro incolumis hortum percoluit, donec lætitarum plenus iterum se peste æstuate aduertit & Sacramentis procuratus 27. Augusti, horâ noctis 10. in lucem æternam excessit, cum ante 15. diem eadem hora se lumine illo è S.P. Ignatii lipsanis erumpente vestitum vidisset, vt dixi.

S.P. Ignati.

Paupertas.

cit. Rectoris officium cum lachrymis deprecatus, paupertatem impensè amans, angulum pro cubiculo habuit quod illum vix caperet, atque in quo, ob loci humilitatem, erectus stare non posset. Reliquarum virtutum diues cum

cum esset, super alias ditior fuit seuerâ in se asperitate ac humilitate. Cibus illi herbarum, & radices, lectus in samentis, quotidiana, & cruenta flagellatio; nulla humana solaria in ærumnis. Anno 1596. ad Ciuncas primus è Societate destinatus, quotidie se cruciabat, aliisque corpus macerandi modis animum excolebat, parabatque arduæ illi expeditioni. Ciuncarum fines per asperissima montium, fluminum, siluarumque ingressus, *Te Deum laudamus* Deo dixit; vnicus in illa barbarie; quæ tamen est vibani vtumque genij, & capaxis ac non inuiti ad meliora, sed æquo retinentioris veterum superstitionum, quas exuere rarum atque perdifficile est. Auis, idolum versicoloribus pennis varium, illis erat in pretio atque cultu. Illud quia deiecit Michaël, displicuit etiam illi Dynastæ à quo præcipue amabatur. Eam ob causam Caciquij ligneis acinacibus illum, alter profundè in capite, alter in facie, vulnerauit: vnde mors breui consecuta; illo interea pro iis orante à quibus fuerat sic concisus. Affirmare indigenæ, motam postea terram fatiscientem in rimas, euerfis nonnullis prædiis; & visa per sæpè lumina quæ nocte intempestâ tumultu iucubabant, fuso plurimo circumquaque splendore; atque nebulâ nonnunquam inde surgente, ac se per eam regionem expandente. Eum qui eius ossa exarare parabat, nebula inde repente prorumpens absterruit. Sicarij comestantes plerique à leonibus, atque tigridibus è lacu erumpentibus discerpti: superstites alij, qui fugâ sibi consuluerant, odio ab aliis habiti, lapidibus appetiti, deinde in vico suo leprâ pestilente absumpti sunt; adeo vt nemo iam eorum qui necis autores fuerant superesset. Corpus tandem honorifice translatum est.

P. LAVRENTIVS PRATANVS.

Vir fuit candidi & ad sacros labores nati ingenij. Præclarum sui specimen dedit in castris Catholicis; in quibus contractâ lue Ruremundam deportatus extremum diem vixit. Præfecta Virginum nosocomio istic seruiuentium, quæ Societatem vix modicè, Patrem Pratanum planè non noverat, per quietem vidit duos Nosocomium ingressos eorumque alterum pallidum sero roseo coronatum, vterque Sacrarium ingressus est, at alter inde amplius visus non est. Postridiè (cum istic necdum esset Collegium) Patrem Pratanum cum alio quodam de Societate istuc adductum vt vidit, hunc eum esse agnouit, quem sero viderat coronatum. Ibi obiit diem Laurentius.

P. NICOLAVS PLACEVS.

Moderato semper & honorum fugitante ingenio vir. Patientiam in morbo tantâ ostendit quantâ maiorem se in nemine conspexisse medicus affirmavit. Paucis ante mortem diebus dixit se à S. Augustino per quietem visitatum. Et verò illius die requieuit in pace. Post mortem Rhodenis matrona genere ac virtute inclitya dixit sibi per quietem vocem auditam quâ ille adscriptus cælitibus dicebatur. Iterum post sacram synaxim sumptam, eadem illum videre sibi visa est in frequenti choro cælitum Deo laudes pangentium. Et aliàs non raro hæc eadem à P. Nicolai Rhodenis ad concionem olim dicentis capite columbam vidit ad simulacrum Crucifixi

Belga Ruremondæ.
18 Aug.
1599 ætat.
39, Soc. 17.

Charitæ.

Mort.

Gallus Rhotomagi.
18 Aug.
1617.
Patient.
S. August.

Oratio

Sancti.

Mort.

Concilio.

Concilio.

Avis idoli.

Fides.

Mort.

Columba.
Crucifixum.

Crucifixi prouolantem. Vita verò matronæ eiusmodi fuit, vt visis fidem faciat indubitaram.

P. IACOBVS ANTONIUS GIANNIVS.

Italus Xa-
mabaræ 18.
Aug. 1613.
ætat. 56.
Soc. 37.

Vocatio.

Fides.

ILLibata virginitatis ad mortem vsque fidelis custos præclara illius documenta præbuit contra eos à quibus tentabatur. Literis è Iaponia lectis mortis cruentæ pro fide oppetendæ desiderio accensus, vt eò eà de causâ proficisci posset, Societatem petiit: atque illà impetratâ breuî Goam, & Macaû, denique in Iaponiam appulsus est. Literæ illius plenæ erant desiderio, vt in mille frustra discerperetur, aiebat autem; se martyrium non desiderio tantum, sed spe quoque complecti. Ab apparitoribus, post felices istic ab anno 1609. labores, & cauernas clam habitatas, tentus, vinctus, circumductus, præcone præeunte, probrorum plenus, at lætus, 25. Augusti foueæ suspendio addictus, è pedibus pendit vsque dum 28. Augusti optato agone cursum consummauit.

P. CHRISTIANVS MAIOR.

Germanus
Trenitis.
18 August.
1634. ætat.
50. Soc. 12.
Castitas.
Mortific.

Oratio.

Virginitati suæ tuendæ semperque seruata ante Societatem iam inde à teneris initam ter se quothebdomadis ad vsque sanguinem flagellabat. Duobus quotidie, tribus per dies festos sacris intererat; quicquid contra obnixè niterentur humani respectus. Tyrones, & Patres tertiæ probationis per annos vndecim erudiuit, exemplo vim verbis addente. Inconsulto Deo nihil omnino aggrediebatur. Diuinum officium nixus humi genibus & ad syllabas singulas attentus dicebat. Item

psalmos à pœnitentiâ gradibusque dictos & B.V. coronam Quotidie manè ante omnia, vesperi post omnia, interdiu quinquies visebat SS. Sacramentum, licet parum commodum illuc esset iter. Deiparam omni colebat industriâ, colique volebat. Tota illi corporis compositio è legum modestiâ disciplinâ profecta. Opem eius ægri quoque sensere. scripsit libellos eximie pietatis plenos.

Euchar.

P. LAVRENTIVS BARTILIVS.

Polonus
Smolensci.
28 August.
1635. ætat.
66. Soc. 50.

Humil.

Noctis.
Charitas.

Oratio.

Vir hic vir inter prima documenta religiosæ solidæque pietatis, ac rectionis. Collegia & Prouinciam gubernauit: neque tamè cubiculum suum ab vllo administro componi curariue voluit; *humilia*, inquit, *officia nunquam sunt deponenda*. Secundâ post dimidiam noctem horâ visus est domû obire & præ singulorum cubiculorum foribus genua humi ponere ac pro sociis impensè orare. Gubernabat miti quadam demissione sed citra respectus humanos. Opinio fuit Angelum ad spectabili specie illi adesse eumque ad surgendum excitare. Si consuleretur, Deum consulebat, prius quàm responderet. Inter orandum nescioquid in illo emicabat, quo totis viribus id quod agebat ab eo agi indicabatur. Selecta quædam è scripturâ sæpè depromebat ac vibrabat interdiu, quæ ille *faculas* appellabat. SSS. Trinitatem piis excogitatis industriis colebat. Ad B. V. Lauretanam pedes abiit è Polonia peregrinus, in paupertate, oratione ac perpetuâ in seipsum seueritate. Mysteria vitæ B.V. in dies hebdomadæ partitè distribuerat, vt hebdomada tota illi esset vita B. V. meditare recognita. Taceo corollas, officia, Litanias, pensum Sabbatum. Per iter cum in vigi-

B.V.

R R

liâ

*Mortific.**Mort.**Sacrum.*

liâ festi B.V. in diuersorio verberare se non posset, in syluam secessit, & officio suo constanter perfunctus est. De Societate Fratrum non nemo Smolensci occasione vsus ad fornicem, vbi mortui requiescunt descendit, & è capillis P. Laurentij aliquid ad venerationem decerpfit, sed nocte proxima P. Laurentius per quietem illi adfuit, & vultu seueriore reprehensum iussit reponere quod accepisset. Neglexit id, phantasma somniantis ratus Coadiutor at ecce tibi nocte alterâ seueriorẽ P. Laurentium iterum arguentem, & reponi accepta vrgentem, simulque addentem: nescis, mi frater, quantis ego mortificationibus à Domino obtinuerim, ne vlla mei particula in veneratione esset. Recepit se facturũ hic: at postea capillos non reperit. Vilnæ in S. Ioannis Bapt. basilica post sacrum gratiis agendis coram Crucifixo intentus, in altum sublatus conspectus est. Matthiæ Sarbieuius, suo Nourio, Romanum iter; aliàs, quatuor Nesuisiensibus sociis mortem prædixit, viso antea curru per sublime in Collegium quadrigis inuecto. Et prædictio euentum sortita est. Eius vitam, & pietatis exercitationes quasdam breui libello complexus est P. Albertus Koialowicz, qui consuli potest.

SEBASTIANVS

MENZEL. COAD.

Germanus
Brunæ 18.
Aug 1648.
ætat. 36.
30c 15.

M Aluit pharmaceuticen apud ægros nostros exercere Coadiutor.

tor, quàm ob eam quam nactus fuerat literaturæ peritiam scholasticorum albo adscribi, raro modestiæ documento. Nequid vanitatis admitteret, latine loqui, (quantumuis eam linguam probè calleret) nunquam voluit, nisi grauis necessitas id extorqueret. Nullus vnquam æger sub eius curâ inopinatò decessit, quin extremis Sacramentorum præsiidiis muniretur, illo tempestiuè id procurante. Tranquillè ferebat si corripere, tametsi esset ingenij acrioris. quæ certè germani Societatis filij nota in illo laudabiliter eluxit. De gloriosa illius morte ita scripsi inter heroës & victimas charitatis. Cum pestifero languore domi prostratum quemdam periclitari videret Sebastianus, perennaturâ æternæ vitæ diuturnitate ad huius vitæ despectionem incitatus animatus, quâ sponte suâ, quâ obedientiæ inuitatu perlibenter, se in capitis periculum dedit, perstititque fidelis Fratri amicus & seruus, vsque dum alterum illum pestilens virus extingueret. Mox & ipse eodem discrimine inuolutus, post suprema Sacramentorum adiumenta, instauratis seruido animo religiosiis votis, inter pulchra oscula Crucifixi, & repetita IESV ac MARIAE nomina eadem quâ prædixerat horâ, plenus gaudij animam pro Fratre posuit: cum diceret se illâ cogitatione immortaliter exhilarari, quod vitam obediens vltroque gratis venalem charitati, hoc extremi amoris officio breuiasset.

*Humil.**Charita.**Humil.**Charita.**Obd.**Mort.*

XXIX. DIE AVGVSTI.

P. IOANNES

THOMAS

CODURIUS.

ATHINAS. COAD.

29. August.
Allobrox
Romæ.
1541. ætat.
31. Soc. 1.
S. Ioan. Bapt.
Mortificat.

Die S. Ioannis Bapt. nascentis natus & eiusdem morientis die mortuus est evolutâ ætate 33. annorum. Nonus fuit in primâ decade Ignatij Sociorum. Parisiis dum primis exercitiis excoletetur, triduum istic sine cibo & potu transegit, magno æstu abreptus. Venetiis die S. Ioannis Bapt. sacris initiatus, post alios labores Romæ Margaritæ Caroli V. filia à confessionibus fuit. Orandi studio apprimè addictus, conspectus est sublimis aliquando in aëre dum oraret. Anno 1541. ad S. Pauli extra urbem coram ea quæ istic etiamnum colitur B. V. imagine vota in Ignatij, ut vocant, manibus post Ignatium primus, & singulciens nuncupavit; & per campos illos, quæ ibat ad S. Sebastiani Basilicam, in la-chrymas & voces miras erupit, corde animi flagrantiam non satis capiente. Pro hoc postea ægro sacrificaturus 29. Augusti ad S. Petrum in monte aureo cum socio Io. Baptista viola ibat S. P. Ignatius: & ecce repentino substitit in medio ponte Sixti, ac socio, Redeamus, inquit; Ioannes Codurius expiravit. Collatis temporibus deprehensum est, eodem tempore domi Codurium abiisse de vita. Scripsit postea P. Petro Fabro S. Ignatius, visam à quopiam (ipse is erat) Ioannis Codurij animam lucidam inter choros Angelicos ferri ad cælum.

Paulò ante mortem sibi probè præsens confessario retulit se, cum esset faber lignarius, suæ tenuitatis consciùm hæsisse vehementer anxium animi, quid circa Societatem incundam sibi esset consilij capiendum: cum se minimè recipiendum opinaretur. Ea propter consilij causâ se singulis diebus dominicis Rothomago ad vicinum B. V. Sacellum primo ab urbe lapide peregrinandum abiisse. Die quodam B. V. festo sibi vnâ vel alterâ ante noctis medium horâ precibus intento, suavisimam Virginem cum Iesu paruulo in sinu conspicuam adfuisse præsentem ad latus etiam S. P. Ignatio. Dictum sibi ab illa dulcissimè blandientes; bono animo ut esset, se enim illum in suam fidem suscepisse. Mox ad Ignatium conuersa, illum eidem impensè commendavit; & Ignatio magnâ reuerentiæ significatione annuente, aula illa splendida (in qua hæc videre sibi videbatur Thomas) vnâ Iesus Maria, Ignatius ex oculis abiisse. Dixit, Angelum quoque suum custodem sibi oranti elegantis paruuli specie terribè vel quarto videri visum eo in loco quæ ille fundendis precibus destinârat.

Gallus Fle-
xiæ. 29.
Aug. 1610.
ætat. 29.
Soc. 6.

Vocatio.

B. V.

S. P. Ignatij

Ang. cust.

IOANNES

GVINDORA, SEV KIDERA.

Cum P. Iacobo Antonio Ciannonio longis carceris incommodis maceratus, ferro in manibus pedibusque onustus, præcone præeunte, a sino
RR 2 infidere

Iapon. Xa-
mabaræ. 29.
Aug. 1633.
Fides.

insidere iussus, & circumuectus, ac post ludibria in foueam capite prono suspensus, hodie demum legitime cerandi ac viuendi finem fecit, fortiter moriendo.

P. CHRISTOPHORVS
FERRERIUS.

Italus in
monte Ro-
gali. 29. Au-
gust. 1637.
Erat. Soc. 9.

Regula.

S. Ioannes.

Vocatio.

TAurini iurisprudentiam applausu insigni docuit; & postea ibidem Philosophiam cum iam se Societati transcripsisset magnâ laude ingenij ac virtutis. Amœnus, blandus, affabilis; & tamen modestus, non leuis. Neruum sanctimoniam in eo collocauit, vt legibus domesticis accuratè pareret. Singulari voluntatis propensione ferebatur in S. Ioannem Apostolum quem etiam morienti Christophoro spectabilem adfuisse aliquorum opinio est, id ex eius verbis gestu, nutibusque legentium. Placuerit Ioanni Virgini perpetua illa Christophori pietas quæ in eo præcipuè elucebat, cum nobili Virginitatis inter tot pericula conseruata laude coniuncta. Duo adhuc sunt, quæ mihi de illo & coram dixit & scripto testata reliquit vir fide longè dignissimus, P. Franciscus Vascus Mediolanensis Prouinciæ præpositus Prouincialis cum in xi. Congregatione hic versaretur. Alterum est insignis Christophori erga suam vocationem amor hoc ex eplo demonstratus. Thomas Ferrerius Christophori pater, cum extremo senio vrgeri se pensitisceret ad mortem; testamentum suum Christophoro misit, vt illud quo vellet modo accommodaret; se enim ita illud compositorium quemadmodum ipse vellet. Accepto testamento Christophorus legit de se ferè ita scriptum.

Si verò P. Christophorus Ferrerius vnicus meus filius per morbum aut alia de causâ in religione non persisteret, sed ad sæculum reuerteretur; eo casu rescindo quicquid constitui: & illum omnium omnino bonorum meorum hæredem constituo. Hæc lecta in hunc modum vertit Christophorus, & patrem promissi memorem esse iussit vt ita scriberentur in testamento pro vt ipse iudicabat, nempe: si verò P. Christophorus Ferrerius vnicus meus filius per morbum vel aliâ quacumque de causâ vsque ad eodè esset demens, ad eodè ingratus Deo, & adeo impius, vt religionem desereret, reuertereturque ad sæculum; eo casu pronuncio illum indignum qui mihi succedat, & sit meus hæres &c. Alterum quod in illo præteriri non debet est mansuetæ vsque ad religiosam perfectionem charitatis exemplum. Nobilis quispiam germanum patris Christophori tunc necdum in Societatem recepti interemerat; idem ipsi quoque Christophoro meditatus. Rebus iam postea pace quietâ tranquillatis; cum P. Christophorum videret, aiebat cuidam de Societate, se quotidie manè ad nostrum templum concedere, ac P. Christophori sacrificio interesse, & si aude-rem, aiebat, vellem me ad eius pedes pro veniâ petenda abiicere. Audiit hæc è Patre illo cui ea dicta fuerant, P. Christophorus; & respondit. Est quidem cur nobilis ille vir sacrificio diuino cum ei operor quotidie tam diligenter intersit. Ego enim in diuino sacrificio quotidie pro illo nominatim Deo supplicem fio. Ad eodè semper cordi erat Christophoro, ei à quo petissima acceperat, id quod optimum posset, rependere.

XXX. DIE

XXX. DIE AVGVSTI.

P. PETRVS
CLVTIVS.30. August.
Belga Tre-
uitis. 1587.

Vocatio.

DE hoc in hunc diem Iacobus Stratus ex P. Ægidio Bauario, cui Petrus id quod dicam secreto retulerat, scribit, illum cum inter Societatem & alium ordinem dubius fluctuaret, multis lachrymis lumen à Deo precatum, manifestâ Dei voce hæc ipsa verba audiuisse: *Petre, Petre; Beatus ille quem vocavi ad Societatem nominis mei.*

P. RENATVS
COTORELLVS.Gallus Cä-
berij. 30.
Aug. 1598.
ætat. 55.
Soc. 36.

Humilit.

Dvo in hoc viro cum aliis laudibus tum alacris obediëntiæ obsequiis celebri memorabilia visa sunt fuisse præ cæteris. alterum quod moribundorum obsequiis caput in lue addixerit, adeoque gloriosâ illi Spartæ sit immortuus: Alterum, quod, ut inter heroes de illo scribit Alegambe, mirâ simplicitate, humilitate, charitate ipsos viginti quinque annos in erudiendo infimæ classis elementario puero- rum grege, indefesso, constantique labore ponere iucundum sibi duxerit & gloriosum.

P. ANTONIVS
SEV THOVVENINVS
GARANDEL.Gallus
Massiponti.
30. August.
1638. ætat.
74. Soc. 31.

Notatum est, illum orandi studio tantâ propensione animum adiecisse, ut intra diei ac noctis inter-

uallum 12. Ipsas horas genibus nixus, citra vllum adminiculum, orationi dederit. Opinio fuit illum à Matthia Lecoufi Coadiutore cælo iam, ut creditur, recepto visitatum. Multus erat in generosa sui contemptione atque victoria, in paupertatis ac obediëntiæ cum reuerentia coniunctæ cultu, humilitatis denique usu perpetuo, quâ silentio præteribat se ante Societatis initam, in intimam Errici Episcopi Virdunensis consuetudinem familiariter allectum, honorificè istic habitum & amatum; illud verò crebrius occasione arreptâ repetebat se in Muscipontano conuictu famulum olim fuisse, atque ad eod ex abiectâ conditio- ne venissè.

Oratio.

P. ADAMVS
KRAVARSKI.

Hunc tum adhuc puerum ad magna natum aiebat Sacerdos magnæ virtutis famâ commendatus, narrans eum sibi per quietem diuino sacrificio operanti ministrum adesse visum, capite coronatum coronâ celestibus gemmis illustri. In tyrocinio variè à valetudine, atque à Magistro suo versatus, quasi inutilis infimæ scholæ institutionibus tradendis Præ- gæ antequam Philosophiam audiret per quatuor annos operam sanctam dedit. In Missionem Dociana, & postea Tyrnaviæ in Hungaria operam Apostolicam præstitit felicissimâ messe animarum ad fidem, & ad frugem reductarum. Præ- gæ adolescentes è cella subterraneâ (magicis lineis confusis & interuersis) vna cum Magistro dæ-

Germanus
Præ- gæ 30.
Aug. 1660.
ætat. 85.
Soc. 54.

RR ;

mone

Eidet.

mone facessere iussit; ne scholas nostras, conuictumque pessundarent. Quantum œconomie quoque Pragensis Collegij apud regni ordines, & apud Equitem Iacobum Hórcicki commodi attulerit, meminit illud Collegium nunquam oblitterandâ nominis tam benè meriti memoriâ. Illustris fœmina per illum ad orthodoxam fidem reducta cum in hæresi ter & nunquam viuum fœtum edidisset, postea Catholica nouies peperit, & prolem semper viuam. Regina Hradecij ad populum ita dixit, vt auditâ quadam eius conciones, octoginta ciues hæretici (quos inter etiam senatores) ad illum adierint, & hæresim detestati, præstituta ab illo die, Sacramento penitentiae animos expiârint. Eiusdem, & Girzinienfis, ac nouæ ciuitatis Pragæ atque Clatouienfis Collegij origines P. Adamo deberi scribunt ij quibus res coram istis perspectæ sunt; Domoprofessâ quoque opportunum in eo asylum persæpè luculenter expertâ. Georgius Comes à Martinez Bohemiæ Cancellarius datis vltimo Aprilis anni 1651. ad P. Adamum litteris disertè testatus est Luciam Kólovratianam sororem suam egregiis eius laboribus permotam Clatouienfi Collegio fundando animum adiecisse. Id quod tunc factum quando præter omnem expectationem apud Bistryenses (quod miseranda hæresum variarum colluies confluxerat) P. Adamo suauiate, dexteritate, amabili pietate intra breue tempus facilè duo millia hæreticorum orthodoxam fidem amplexa sunt; cum haud ex vano timeretur vt fugam potius quàm fidem arriperent. Inito diligenter numero, aiunt (vt ex eius aduersariis constat) in variis Bohemiæ locis P. Adamo labores à Deo nobilitatos lucro tot animarum ad religionem Catholicam reductionum vt censeantur conuersorum

triginta duo millia & quingenti ab anno 1622. vsque ad 1660. Elucebat in illa ætatis & corporis granditate & maiestate amabilis quædam prudentia, & inde apud Cæsarem ac sacros prophanosque proceres autoritas. Flexis in pulpito vel altiore subsellio genibus, Deum ac omnes cœlites religiosè testabatur, se ea dicturum quæ saluti audientium necessaria forent, seque diuino tribunali pro eis respondere paratum, se plebi æternum velle, si sciens falleret. Tum diuinas literas, & Latinos Græcosque Patres palam promebat, & fidei Catholicæ articulos inde firmabat peritus fidelisque interpreter. Quâ industriâ populum mirificè permouebat: & postea tanquam potestatem habens flammam in corda vibrabat, senatu quoque ab eius parte stante; quippe cui prius decreta Cæsarea & datas ad se Archiepiscopi ac Dynastarum literas exhibebat. Hoc studium animarum assiduâ orandi cōsuetudine alebat. Præstituta orandi & conscientiam introspectiendi tempora non nisi flexis genibus exigebat, etiam in valetudine non sat firma: & si in missionibus non versaretur, semper in suo conclauis se continebat: in cuius medio positus humi genibus voce clarâ diuinum officium recitabat. Totis noctibus aliquando vigil auditus est pretiosa quædam iacula in cælum orando vibrare, Sanctissimis IESU & MARIE nominibus quàm frequentissimè repetitis: id quod in itinere quoque agebat, quasi coram cum iis loqueretur. In Hungariâ eum super altas niues horam integram flexis genibus orando duxisse obseruauere nonnulli. Etiam in extremâ ætate, licet per iter corrueret, tamen antiquam suam consuetudinem Sanctissimi Sacramenti crebrius inuisendi non omittebat; aliquando etiâ istic pernoctans in oratione Dei ac se coram Christo Rege

Oratio

Eucharistia

Mortif.

Sacrum.

Rege ut reum sistens & inclementer verberans. Ut se diuino sacrificio celebrando pararet, duobus sacrificiis aderat antequam celebraret; ut gratias redderet, duobus aliis post sacrum interesse consuevit. Nihil ad cubiculum admittebat, quod paupertas Nouitio non concederet: nullum in verrendo componendoque cubiculo adiutorem vnquam admisit. Societate ab hæreticis Pragâ eiectâ, carbonarij veste cū curru redibat Adamus, & Catholicis

clam Sacramenta, ac solatia ministra-
bat. Quoties mortem sibi variè im-
minentem euaserit, dicere longioris
est otij. Nunc rosarij Mariani, nunc
variâ diuinæ prouidentia ope; post
vulnera, seruatus est; tunc lætissimus,
cum dicax hæreticorum natio illum
verbis & verberibus acerbè acciperet
miserè cruentatum. Pro vulneribus
reddebat gratias, missæ quoque sacri-
ficio celebrato pro iis à quibus sæuum
in modum fuerat acceptus.

XXXI. DIE AVGVSTI.

P. PETRVS VILLAR.

31. August.
Hispanus
Tarracon.
1604 ætat.
60, Soc. 37.

Miro ad afflictiandum corpus in-
genio est vsus per artes varias,
flagrorum, ciliciorum, frigoris &c. Cū
Valentia præesset, noctu sæpè ad SS.
Sacramentum adibat; ibi suspirabat,
se dirum in modum cædebat, & ora-
bat. Per iter Coadiutori socio mulam
suam dabat; ipse illum sequebatur pe-
des. Occultarum cogitationum, quas
alij versabant, aliquando se conscium
esse ostendit, ut fama est. Super ægrum
qui à medicis iuuari vix poterat, Eu-
angelium pronunciauit, & dolor om-
nis mox euauit. P. Fr. Petrus Paulus
de Villar Augustinianus in India cū
gravi morbo teneretur, P. Petri patris
sui meminit, & illic coram se P. Pe-
trum præsentem sibi videre visus, ma-
nifestam eius opem persensit.

IOANNES GONZALES. COAD.

Hispanus
Lime 41.
Aug. 1613.
ætat 58.
Soc. 32.

Iam tum sanctitati quarendæ ope-
ram intendeat, cum curam pecoris

gereret, ante initam Societatem eò se
conuertens è campo, vbi templum &
sacrificij locus esset, non sine gratia la-
chrymarum. In Societate Limam mis-
sus, per ipsos 20. annos ibi culinæ of-
ficia exercuit exquisitè mundus, assi-
duus, lætus, atque à singulis mentem
in cælum librans. Marchio Peruvia
fortè istuc adueniens, nec expectatus
cū illam elegantiam non sui sed Dei
causâ fieri est conspicatus, totus alium
ex alio se factum dixit, adiecitque se
(si per matrimonium id liceret) Socie-
tatem initurum, quæ tales habeat fa-
ciatque. Multus erat in se multifariam
afflictiando & orando, quibus duobus
præfidiis quædam ab aliis nequicquā
tentata perfecit ex animi planè senten-
tiâ. De optimo perfectionis compen-
dio interrogatus respondit obedi-
entiam diuinæ voluntatis interpretem,
compendium summum esse. Cū ef-
set ianitor, mirabili gratiâ pollebat, in
mortalibus ad confessionem perdu-
cendis.

Oratio

Munditia

Exemplum

Mortific.

Obedientia

P. FLO.

P. FLORENTIVS P. FRANCISCVS
— TENNIER. — DE LA MOTTE.

Belga Ca-
Acti. 31. Au-
gust. 1629.
Stat. 31.
Soc. 13.

Israëlitam sine dolo vocant epistolæ
Le Flandrobelgicâ de illo perscriptæ,
aiuntque fuisse sui contemptione ac
Deiparæ cultu apprimè præstantem.
Sed illud rarum omninò : Septimus,
inquiunt, fuit serie non interruptâ fi-
lius, unde privilegio quasi agnato,
quo ex diuina dispensatione gaude-
bat, multos à strumis seu morbo (ut
istæ vocant) regio liberasse dicitur.

Struma.

Inter Procuratoris & Ministri offi-
cia semper sua ei constitit virtus, &
pietas : aded ut ipso illo die, quo pe-
stis illum è vitâ eripuit, agonem suum
Dei matrienix commendans, tria
rosaria percurreret ceteris & quinquagies
in singulis **MARIÆ** Ave dicens
atque ab ea iuvare orans in horâ mor-
tis suæ, pulchro amoris erga Deiparam
ad extremum usque perseveranter
stabilis documento.

Belga Ar-
menteriz.
31. August.
1635. Stat.
49. Soc. 13.

B.V.

Mori



SEPTEMB.

MENSIS SEPTEMBER.

PRIMO DIE.

P. ANTONIVS P. ANTONIVS

CORREA.

SEDENNVS.

1. Septemb.
Lusitanus
Vlyssipona.
1569.



Ouitiis primus in Lusitaniacum præf-
set, in morem indu-
xerat, vt primus cu-
iusque mensis dies
dedicaretur pauper-
tati à Nouitiis, dicereturque dies *san-
ctæ paupertatis*; eo die nullus cocti quid-
quam gustabat, ad exercitium pauper-
tatis, cibario pane, paucisque fructi-
bus contentus. Exemplo præibat ipse
in iis, quæ tyronibus præcipiebat. vn-
de, & obsonatorem sine pallio cum
sacco pomis pleno secutus per urbem
est. Ab illo istic manauit mos ille, vt
Nouitij à prima probatione ad con-
fortionem reliquorum admittendi pa-
lâm se in cœnatione flagellarent, &
humi prius, quàm ad mensam cum a-
liis vescerentur. Firmauit etiam san-
ctum illum, & aliquorum exemplo
ferè labantem morem iter pedibus a-
gendi. Diuino sacrificio suum orium
dabat, sæpè in illo religiosis lachrymis
perfusus, & aliquando conspectus to-
to corpore in aère palmos aliquos à
terra sublimis. Vir denique talis fuit,
cui similes cuperet Societas, & Noui-
tios & Magistros.

Pauper.
Mens.
Mortif.

Humil.

Sacrum.

LAureti ad Societatem receptus, R-
Româ à Collegij Germanici cura
in Floridam est missus: famensque, fri-
gora, pericula crebra sustinuit; inge-
nio, virtute, labore totus in animas
intentus. Vnde, & lue sæuiente, me-
dici personam suscepit, ac è vita dis-
cedentes plures ad baptismum dispo-
suit, & expiauit. In nouam Hispaniam
ire iussus, primus de Societate fuit, qui
Mexicum est ingressus, primus istic
Rector Collegij eo adnitente fundati.
Inde ad Philippinas ab earum Episco-
po deportatus, Manilæ pro vrbe, ac
pro salute animarum, & etiam corpo-
rum, plura præstitit, non imperitus et-
iam architectus. Tempa insularum
ferè imaginibus Deiparæ Virginis im-
pleuit, accitis pictoribus. Illam aiebat
esse orationem aliis altiore, quæ ma-
gis nobis odium nōstri, ac desiderium
corporis afflicti accendit. Magnus
illi fructus constitit à bene ante ocu-
los pro concione positus iudicio, & in-
ferno; his aiebat mūdum concionibus
indigere, non phaleris puridæ vani-
tatis. Mortem eligendam aiebat, mor-
tem potius, quàm veniale peccatum;
vnde occasiones quoque illius perdili-
genti curâ cauebat.

Hispanus in
Zebu. 1. Sep.
1595. Soc.
40.

Fides.

B.V.

Oratio.

Concio.
Mortific.Veniale pec-
catum.

SS

P. MAR-

P. MARTINVS

ALBERRO.

Hispanus
Valentiz.
1. Sept. 1596.
ætat. 70.
Soc. 40.

B.V.

Sabbatum.

Mort.

Confessar.

PER annos plures magnam noctis parrem in pia cum Deo peruigilatione ponebat, precandi nunquam satur, etiam pluribus horis orando ductis interdiu coram SS. Sacramento. Inde illi auida quædam se ubique infra omnes demittendi cupiditas, & cædor, atq; sinceritas. aiunt Domus professe literæ famam esse diuinam Matrem (cuius ille fuit amantissimus) sapius sese ei videndam præbuisse in templo, semel in campo, deinde oranti. Domus sordes, quæ sabbato verrebantur colligentem blandè vt fertur, tangens in vultu, *Flu mi*, aiebat Virgo Mater, *valde, valde mihi in hoc places*. Sabbato alio illi conspecta, dixisse perhibetur 30. dies illi adhuc superesse in hac vita. In confessionibus audiendis fuit assiduus, & efficax ad ferenda pia, non otiosa, cum iis quos tractabat colloquia. Vnde Franciscani Patres aiunt plusquam centum assecelas illo adnitente suæ familiæ accessisse, Plura in vita.

P. IACOBVS

WILICHIVS.

Germanus
Molsheim.
1. Sept. 1598.
ætat. 30.
Soc. 10.

Mort.

CRuentia alui deiectione prostratus, crebris vbertim, fufis lachrymis mortis se accingebat, obedientiam exaggeratissimâ, magnâque conscientia depurgandæ crebritate, *Marin matre gratia matre misericordia* totis vocis (quantam adhuc habebat) viribus innotatâ, pulchrum obedienter ac religiosè moriendi exemplum. Ergo (inquiunt Molsheimenses, qui adfuere) post sæuum cum morbo, cum morte, dæmonibusq; vt apparebat, duellum,

inuitatu Domini, Deique sui, quem coram adesse palam affirmabat, dum circumstantium quispiam Rosarium cum ipso percurreret, letus emigrauit. Adeoque suprema eius in hac vita occupatio fuit Rosarium Marianum.

P. ERARDVS

MAINBOVRG. NOVIT.

HIC viduus, piè mortuâ coniuge virtutis excelssæ matronâ, filium Societati iam antè datum secutus est. Coadiutor futurus, nisi Præpositi Gen. voluntate euoluto primo tyrocini anno in usus fuisset initiari sacris: quo factò trigessimâ post primum sacrificium oblatum die in morbum, & inde in mortem prolapsus est, felix omnino senex. Collegij Nanceiani fundationi pœnè alterum tantum, quantum ante habebat, adiecerat. Sannicolaitanum quantum est, à fundamentis excitat, piâ coniuge liberaliter annuente. Cumq; de Societate nonnulli non deessent, qui parum grato tantis beneficiis animo responderent; ille tamē vnâ cum coniuge tam parum adest vt ea re commoueri viderentur, vt dicerent; se id omne quod facerent, facere ad maiorem Dei gloriam; nec cessaturos se Societatem ea propter amore complecti, licet omnes socii facies vtriusque spitis conspuerent.

P. NICOLAVS

LONGOBARDVS.

CAlcaieranæ natus, apud Sinas per cipios 58. annos continuos laborauit, Riccio suppar. Nullum laborem, nullum periculum animarum causâ recusauit; nunquam de vilo vel murmur, vel querela ab illo audita est; nunquam sale, aceto, oleo, aut condimento

mento alio utebatur: nullum diem (etiam senex & pelle ferè tantum atque ossibus rigidus) omisit quo flagris in se non animaduxerit: nullum Ecclesiasticum ieiunium etiam in ætate tam præcipiti laxavit: nulla in paupertate laxamenta, sed nec sordes vllas, admisit: nullâ in lecto culcitra, etiam in dira quæ Pechini esse solet hiemis acerbitate, est usus; contentus asseribus tenui stragulo coopertis. Ad Christi fidem per tot annos, tot ab illo adducti, vt socij numerum inire non possint. Fecit id magno virtutis exemplo, singulari magnæ probitatis famâ, & eloquentiæ Sinicæ mirâ vi, quæ in illo præstans fuit vsque ad Mādarinorum admirationem. Prolapsus

in templi limine, ac eâ prolapsione quassatus, morti se parauit. Auditâ Christi patientis historiâ, rogatus à socio ecquid illi molestum esset; manus in cælum sustulit, & lachrymis, coopertus, lætus, inquit, ac solatiij plenus morior, quoniam mihi contigit hac horâ audire passionem ac mortem Domini mei. Imperator missis trecentis Tacis (id est ferè aureis) exequias celeberrimas ei parari iussit, Arcæ pretiosa, odores per iter fusi fumo vndante. Multi viri nobiles, & Principes, cum cadaver inuissent, pro more, terram fronte tercio percussere. Imperator marmor sepulcro illius imponi, & Sinico charactere epitaphiû inscribi iussit.

II. DIE SEPTEMBRIS.

DOMINICVS
IOANNES COAD.

1. Septemb.
Lustanus
Cosimbri-
ca. 188.
ætat. 71.
Silentium.

DE rustico post vitam inter ædificationis operas roleram Societatis Coadiutor factus, nihil unquam, ab humilitate sua recessit. Silentium nunquam violatum; prima illi virtus fuit. Deinde labor culinæ per ipsos 24. annos religiosè impensus, adeo vt culinam *Sanctam* & *dem* vocitaret. Rogatus qui se ad labores tantos extimularet? respondit; eâ cogitatione, quod ante initam Societatem duro agrorum, aliorumque laborum opere vix satis panis lucrifecerit: nunc verò longè mollius sibi esse; plus habere se, minùs laborantem. Hac sibi cogitatione omnem laborem in Societate reddi facillimum. P. Ioanni Aluaro quædam, quæ postea euenere, prædixit. Anima eius conspecta dicitur à sacerdote quodam multâ virtu-

tum commendatione conspicuo, à Christo excepta, pretiosis virtutum plurium, sed trium potissimum, ornamentis conuestita: cui etiam sacerdoti Ioannes Societatem cōmendauit.

Mort.

MARTINVS
APPARITVS. COAD.

Magnâ silentij, ac strenui laboris exercitatione coluit Dei matrè Martinus, inter heroës & victimas charitatis morte gloriosâ perfunctus, quam cum obiret aiunt illi strenuè cultam in vita Deiparam fuisse conspectam.

Hispanus.
Barcinonæ.
1. Sept. 1589.

B. V.
Silentium.

PETRVS
MARTINVS. COAD.

IN agris peritè colendis Oeconomiaque scitè administranda diligens

Lustanus
Cusci. 2.
Sept. 1624.
ætat. 54.
Soc. 30.

SS 2

&

*Præsentia
Des.*

Cassius.

& simul tam teneræ pietatis fuit quâ
vllus Nouitius. Illius pudicitia, cum
extra domum ageret, ter minimum
à puellis tentata semper mansit illæ-
sa; cum sciret nos etiam cum domi nō
sumus non tamen esse extra conspe-
ctum Dei. Etiam in itineribus mediâ
nocte surgebat ad preces; præclaris à
Deo luminibus illustratus. Noctu o-
ranti adfuit vitâ iam ante functus P.

Ioannes Sebastianus, & monuit, vt
propinquæ morti se præpararet. AdSS. *Mor.*
Euch. magnâ apparatione in hebdo- *Euchay.*
mada sæpius accedebat, & dixit visum
se sibi, cum illam accepisset, bolum
carnis in ore habere. Ruri æger factus,
cum doleret se non in Sociorum com-
plexu mori, morbus inducias illi de-
dit, vt domum rediret: quò appulsus,
dixit se venisse vt domi moreretur.

III. DIE SEPTEMBRIS.

P E T R V S

STOPELLVS. COAD.

3. Septemb.
Italus Me-
diolani,
1601.
S. V.

Labores.

S. V. 1607

Admirabili animi tranquillita-
te, sui victoriâ, orandi studio, a-
gendi assiduitate laudatur in li-
teris Braydenfis Collegij; vbi, & à
Beatissima Virgine ad labores plures
fuisse incensum, & in eius nomine pro-
nunciando vitam illum finiuisse, sic
narrat ea quam dixi epistola: Ante de-
cennium circiter salute depositâ gra-
uissimè iacebat ægrotus, cum ei Dei
mater sese obieciſſe dicitur præclarâ
specie, à qua monitus est, longius ab-
esse mortem: quòd plus etiam laboris
in Dei famulatu ferendum erat. Ita-
que in eo ipso deinde morbo, qui fi-
nem attulit, cum animam ægrè traher-
et, neque voces articulatas posset e-
mittere; tamen identidem suauissimū
MARIE nomen incredibili cum sensu
pietatis inelamabat, quasi patronam
suam, atque matrem propius adesse
sentiret. Sicibi. Adeoque Petrus ex-
tremum vitæ decennium strenuè la-
boribus dedit, tanquam (Deiparâ a-
pud Deum adnitente) ad labores in
vita retentus.

P E T R V S

BROCQVEVILLE. COAD.

Experrecti ad magnam virtutem
animi vir fuit Petrus: quâ horta-
trice, arduam peste infectis prouin-
ciam enixè petiit atque obtinuit, illi
demon immortalis. Dicebat; para-
tum se vel ipsam corporum saniem ex
vleceribus ore suo, & suctu educere. Et
verò duos nostros lue ictos amplexus,
illis perdius & pernox incredibili cu-
piditate seruiuit lætus, & somni ad-
modum parcus. Cilicio & flagellis in
se ipsum seuerus, pane solo vesci soli-
tus frequenter, & cilicio accinctus,
laboribus tamen assiduâ cum conten-
tione non defuit. Quin & voti sacra-
mento sponderat, vt à vino abstine-
ret, id quod fecit triennio, vsque dum
ad ægris seruiendum digressus voto
solutus, vinum bibere iussus est.

Belga Atre-
bati. 3. Sept.
1609. ætat.
29. Soc. 8.

Charitas.

Martij.

I O A N N E S

EGGRE. COAD.

Trium facilè Coadiutorum labo-
res vnus exantlabat, lætus, cili-
cio cinctus, & sudans ac in ea munia
petenda intentus à quibus videbat
mollio-

Belga An-
uerpiæ.
3. Septemb.
1611. ætat.
38. Soc. 19.

molliorem aliquorum genium abhor-
rere. Obiit in heroicis inter peste in-
fectos obsequiis. Deiparæ honoris
tam fuit amans, ut ad Bredanos eius
amore accendendos, positus calceor-
um soleis in eam urbem Batavis tunc
ereptam prægrandem B. V. effigiem
suis humeris palam hilaris intulerit.

P. ANTONIVS

ISCIDA PINTVS.

Iapon Nā-
gafachi 11.
Sept. 1632.
stat. 63.
Soc. 43.

Philosophiâ & morali Theologiâ
in Societate eruditus, eâ quâ pol-
lebat dicendi facultate perdiligeret
ad salutem suæ Iaponiæ utebatur, ma-
gno suo periculo, sed non minore ani-
marum bono. Anno 1629. tentus, re-
ligiosum Sacerdotem se esse confessus
est confestim. Certa illi oblata spes vi-
tæ, si nuncium Christo remitteret: sed
ille vitæ potius quam Christo nuncium
se remittere paratum addixit. Ferrum
collo eius, pedibusque circumdatum,
& indicta disputatio; in qua victor,
cum tribus ex inclyta S. Augustini fa-
milia Patribus est in custodiam de-
trusus. Ibi orandi, corpusque afflictan-
di exemplis alius alium accendebat.
Is interea qui eum prodiderat, miserâ
morte interijt. Sic illi annus non vnus
ductus inter carceris molestias, eum
semper adessent qui eum identidem
ad sectas Iaponicas inuitarent. at ille
incautum aiebat secum agi: Christi se
esse, ac fore: agerent, cruciarent, oc-
ciderent. Ad minas respondebat: se
vltra minas etiam supplicia expecta-
re; ac velle se cum illis certare, vtra
pars prius, illinc pœnas irrogando, an
ipse irrogatas ferendo deficeret. Alios
ex aliis cruciatus in hebdomadas,
mensēs, annos accerferent, & mortem
lentam extenderent: hoc se in causa
Christi cupere, hoc expectare, ut sen-
tiat se mori. Nec fortius dixit quam

fecit. Anno 1631. 4. Decembris aquis
sulphureis variè cruciatus, suspende-
batur, iuncturis vndequeque vi dirâ
extensis, & scapulis aquâ bulliente
perfusus. Quorum articulo cum il-
lum sui ciues iterum ad defectionem
lacefferent, atque ut Imperatoriæ vo-
luntati obedirent annueret, seque
verè Iaponem esse ostenderet, inuita-
rent; his nihil motus, & (quod omnes
stupuere) ab aqua nihil adustus est.
Ita per dies 30. nouis & semper variis
sæuitiæ artibus tortus, iterum carce-
ri redditus, demum hoc die lento igne
combustus est, victima gloriosa.

Est qui hoc die, anno 1645. colo-
cet *P. Petrum Romerum*, de quo nos
22. Martij. Is post egregios annorum
34. labores eo quem dixi modo cæsus
est, quia a vafro homine pro concio-
ne coram populo accusatus, quod no-
uam fidem promulgaret, viros à con-
cubinis abduceret, morum licentiam
ad Christi leges adstringeret. Hæc in
eum cum dicerentur; Petro horas ca-
nonicas recitanti, & eorum inconscio,
Breuiarium sanguine immaduit; cu-
ius ille causam reperire non potuit.
Cæsus est cum ad aram iret sacris o-
peraturus. Guiracuerius eius proditor
falsus est (ut iurati testes affirmât)
necem illi odio nouæ fidei, & amore
Iaponicæ superstitionis illaram.

P. FRANCISCVS

GARZIA

ARCHIEPISCOPVS MALA-
BARICÆ.

Posteaquam in Societate, insigni
virtutis, ingenij, ac doctrinæ so-
litudine Philosophicas, ac Theologi-
cas disciplinas tradiderat, & Collegia
Rector, Prouinciam Præpositus per-
benè gubernârat; Cranganoris Ar-
chiepiscopus electus est. Licet verò ex-

Lusitanus
Cranganor-
12. 3. Sept.
1659. stat.
81. Soc. 63.

SS 3

tra

Humilit.

Imitatio.

Scientia.

F. f. f. f.
Catechista.

Zelus.

Elemosyn.

tra Europam id Societati laboriosum potius quam honorificum sit, ideoque istic (id quod in Europa non solet) admittatur; tamen Franciscus ad eius honoris nuncium deliquio elanguit: id quod eo etiam die quo eimitra ritè initiato imposita est, euenit. Vt se ad virtutem expergefaceret, omnes de Societate, qui vel purpuram, vel infulam grandi virtute ornarunt, depictos præ oculis habebat in conclau, dignus & ipse pingi, pro incitamento exempli. Præter linguam Lusitanicam, & Latinam, callebat Hebræam, Græcam, Chaldaicam, Syriacam, Tamilensem, Canarinam, Industanam. Præter perquisitam canonum peritiâ, nouerat & Arithmeticam, ac musicam; volebatque domi suæ paruulos non Latinis tantum literis, verum in musica etiam, & saltu (qualis in supplicationibus istic adhiberi consuevit) erudiri. Vnde festa Christi, Deiparæ, ac Sanctorum dialogismis variis (quos ipse concinnè ac doctè atque attemperatè lucubrauerat) adornabat; vt iuuentus exerceretur & populus tum doceretur, tum ad pietatem incenderetur. Totam suam Diocesim inter Ethnicos latè sparsam non semel inuist: templa imaginibus, & sacrificiali veste, puellas pauperes dote instruxit. Si ad fenestram sedens pauperes videret, largam illis stipem proiciebat: idque persæpè euenit. Primo inuentis cuiuslibet mensis die, præstitutam certam stipem ad designatas egentium domos destinabat, quâ eo mense familiam sustentarent. Et à morte eam in rem tantum auri reliquit quantum ad biennium satis esset, cum speraret intra duorum annorum intervallum alium eo in munere sibi successurum, & decessoris vestigia secuturum, si ea adhuc recentia inueniret. Etiam pro excitando ad pauperum commoditates monte pietatis

tantum auri reliquit quantum res tam pia & utilis postulabat, eique monti eam legem præfixit vt qui mutuum acciperet, nihil pignoris daret, sed solueret postea tempore præstituto quantum acceperat, id si prætermitteret; pœnam non aliam subibat, nisi quod ex monte illo deinceps illi, etiam petenti, omne subsidium negaretur.

Electus Cocini gubernator, id munus tantâ Reip. utilitate impleuit, vt pergere iuberetur: maximè cum eo rem feliciter agente Hollandi quoque Cocinensem obsidionem soluere sunt coacti. Sed ille, ætatis ac sanctæ quietis obtentu, eo magistratu se abdicauit.

A muneribus accipiendis erat omninò alienus, vnde nec ab iis quos sacris initiabat accipiebat quicquam, vt puras à muneribus manus eis imponeret. Si quis ex eius diœcesi ad negotia peragenda Crâganorem, iret constitutam ab eo domum adibat, vt haberet quò se reciperet. Amabatur à suis, & amabat suos paternum in modum omnes; ac affluenter illis præberi curabat quicquid ad salutem spectat. Domesticorum etiam accurata illi erat cura in omnibus: volebatque quotidie Litanias à tota sua familia recitari.

Sed inter hæc neque sibi defuit. Nihil erat, nisi fortasse grauior quispian morbus, quod illum à diuino missæ sacrificio quotidie celebrando auocaret. Aiebat; nolle se id vnquam ommittere: ne iustæ querelæ aliquid contra moueant animæ in igne purgatorij ad tantum subsidium anhelantes. Posteaquam sacrificauisset, aderat alteri sacrificio flexis genibus, vt gratias redderet. Vt manè tempus meditationi constitutum daret, è lecto maturè se proripiebat, etiam in ætate iam graui, & fracta.

Societatis superiores tantâ reuerentiâ

Mons.
Pietatis.

Sacrum.

riâ prosequēbatur, vt si in epistola ad eorum aliquem à se scripta aliquid acrius deprehenderet, epistolam semel, iterum, tertioque conserperet, ac mutaret.

B. V.
Eucharist.
Iaculat.
S. Vrsula
Quotidiano Deiparæ rosario addebat alia è iaculatoriis precatiunculis variè contexta de SSS. Trinitate, de SS. Sacramento, de actibus contritionis, & pro defunctis.

Per annos plures salutationem Angelicam quotidie ter & tricies recitauit honori S. Vrsulæ ac sociarum, pro felici ad mortem optimam apparatione: aiebatque sub mortem, se à multo iam tempore Sacramenta eo animi sensu percipere, ac alia munia ita obire, atque si ea postremò in vita obiret.

Mort.
Ante morbum extremum, curauit sibi exequialem apparatus pro fere-

tro, seu capulo mortuali quo erat ef-ferendus: item nouam Societatis vestem, vt in ea conderetur; cum Societatem semper Marris nomine appellaret. Ea quæ pro elemosyna erogabat, aiebat esse faces nostras quas nobis præmittimus morituris. Præter ea quæ singulis mensibus, & aliàs dabat, quicquid lineæ supellectilis habuit moriens, voluit dari pauperibus; & singulis qui ad exequias venirent, vinum Iulium destinauit; mancipia liberrate, ac liberali ære donauit: & absorptus totus in diuini amoris actibus frequentandis, decessit comploratione publicâ elatus, ac omni apparatu Ecclesiastico & militari, mœstâ inuersione armorum, & vexillis terram lambentibus. Diuinum sacrificium ritu Chaldaico per 30. dies continuos pro eo celebratum.

Elemosyn.

IV. DIE SEPTEMBRIS.

P. ANTONIVS
MACCIADVS.

4. Septemb.
Lufiranus
in Regno
Angolæ.
1617 ætat.
33. Soc. 18.
Mort.
IN Angolæ Regno in Africa multa pro Religione labore vtili est excutis, vsque dum heroum morte apud Nigros occubuit in obsequio contagiosâ lue ractorum. Cruentam mortem diuinitus euasit quando infesti Christianis infideles, illum sagittis manu non errante eminens petiuerunt, sed Antonio nihil læso.

mi suis dederat ante initam Societatem, vt ne vllum pauperem sine stipe abire paterentur, ad mensam quoque quotidie primo quem obuium habebat paupere adhibito cum quo è lance, ac poculo eodem edebat, & bibe-
Modest.
Elemosyn.
B. V.
Mortif.
bat. Tertiâ quauis feriâ in honorem Reginæ Angelorum stellis duodecim coronatæ, duodecim pauperes liberali stipe donabat. Mulæ capistro, seu catenâ ferreâ, se verberabat. Veste cilicinâ è ferro textâ utebatur. Per septem annos nihil ad mensam suam carnis aut lactis, nihil vini admisit quadragesimæ eleulenti, & aquâ contentus. Postea Ecclesiasticis functus honoribus, cum de illo quâ doctrinæ quâ virtutis famâ tanto viro ad infulam euehendo ageretur, in Societatem Iesu se abdidit; humilitatis præclaris exemplis, & sui afflictatione

tantus

P. VINCENTIVS
RAIMVNDVS.

Italus Cæ-
linæ. 4.
Sept. 1637.
ætat. 75.
Soc. 28.
MODESTIA oculorum virginem quendam in illo intus habitantem animum testabatur. Seueram legem do-

tantus, ut & exemplo fuerit, & commiserationi, cum vix traheret cruciatibus voluntariis seilum corpus.

P. CHRISTOPHORVS
KLEINIGH.

Germanus
Neostadij.
4. Septemb.
1650. ætat.
40. Soc. 21.

Huius vita, morum suauitate fuit
amabilis; mors verò plena tene-
ræ usque ad fusas lachrymas pieratis.

Neostadij in Austria, dum iter illac
haberet, morbo oppressus, missum
è vicino collegio ad se P. Petrum Gar-
terer pro Sacramentis extremis ha-
buit solatio periucundo. Scripsit postea
de illo P. Petrus, mortem illius reli-
gioso cuiusdam ordinis viro Christo-
phori amico mox innotuisse; qui aie-
bat, Christophorum sibi paulò post
mortem apparuisse, & auxilium po-
stulasse. *Purgator.*

V. DIE SEPTEMBRIS.

MAG. CAROLVS
DE PAVV.

5. Septemb.
Belga Gan-
davi. 1611.
æt. 23.
Soc. 6.

Oratio.

Euchar.

Vocatio.

Mors.

Obedienter planè annuebat qua-
cumque demum à maioribus
versaretur. Pertinax illi certa-
men fuit cum somno, qui eioranti ob-
repebat: & tamen flexis genibus per-
sistebat. Non prius ad lectiones ibat
quàm SS Sacramentum religiosè ado-
raret. Indias optabat ex ipso studio-
rum cursu adire, quò istic paruulos e-
rudiret, baptizaret. Ager triumphaba-
t in doloribus, ita crucifixum allo-
cutus, ut is illi ab oculis tolli debue-
rit, ne fractas doloribus vires planè
præcipitaret æstu illo accensus. Sæpè
in hæc erumpebat: ô bone Iesu! quàm
sancta, quàm bona mater Societas Ie-
su? sæpè illi in ore B. Aloysius; cui aie-
bat se congratulaturum in cælo: quâ,
inquirebat, illi in cælesti curia congra-
tulabor! Medicis, numquid adhuc re-
medij superesset disquirentibus; Ca-
rolus magno læti animi sensu, Despe-
ratum est, aiebat, Domini Doctores!
Ad cælum imus, ad cælum. Nolite
quæso me hic retinere; vocor ad cæle-
lestem mensam! ô quàm splendide ibi
epulabor! Ad extremum commenda-

tionem animæ recitari petiuit. Iam
enim tempus esse. Omnibus recitatis,
cùm Pater ordiri veller à capite; Non
est opus, inquit, mi Pater, satis est; iam
vado. Et breui placidè abiit.

P. ANDREAS
RVDOMINA.

DE hoc ita scriptum in pretiosis
Occupationibus morientium in
Societate. P. Andreas Rudomina per
quietem, nostrorum sub tribus orbis
portionibus sudantium vultus, ab An-
gelis abstergeri, & sudaria illo sudore
madentia Deo offerri videre sibi vi-
sus, sudariis illis Deum delectari &
pro singulis coronas dare, seque à suo
Angelo Tutelari inuitari, Christo fi-
sti, Christum annuere, mortemq; sibi
in Oriente obeundam promitti vidit,
audiuit, Indiam petiit, impetravit. S.
P. Nostro Ignatio semper suauissimè
deuotus. Moriente P. Andrea lux in
templo quodam illustrissima eadem
horâ illuxit ut fertur. Ipse verò mo-
rientis curam suscepisse visus est S. P.
Ignatius, qui etiam se illi in agone præ-
sentem spectandum ostendit. Id quod
vbi Patri socio suo retulit P. Andreas,
nil

Lithuanus
in Sinis. 5.
Sept. 1651.

Laboru pro
Deo petitiu.

Delectatione
Dei.

Ang. Conf.

Mori.

S. P. Ignat.

nil amplius locutus est; verum in id quod videbat lato vultu pulcherrime intentus, cum S. P. Ignatio ad aternum Patrem lumen discessit. Verba Patri sibi assistenti loquentis erant: Mi Pater, excipe quæso honorifice nostrum Patrem Sanctum Ignatium, qui me accepturus secum venit. Vide quam pulchrâ est facie, quam pulchrû comitatum secum ducit? Vide ut me vocat. Iam me vult secum ducere. Aiunt cadauere illius in tēplo expositi suauissimum odorem latē omnia complexisse. Reliqua de illo mira nunc tantisper omitto.

P. ALPHONSVS DE MEDRANO.

Hunc à Virginitatis, imò innocentiae nullâ graviore noxâ unquam læsâ (ut fama est) laude singularem, India deinde habuit fidei Propagatorem, deiectis idolis: è quibus argentea quædam & aurea, in Europam euocatus, Regi attulit, pretio facile 6. millium aureorum. Inuitus licet, obedienter tamen in Europa hæsit, postea in Granatense collegium liberaliter beneficus è sua hereditate reliquis, libris, & per 36. annos inclytis planè laboribus. Eius mater, & soror illi Collegio reliquere facile 14. millia aureorum. Orationi dabat noctem ferè totam quâ poterat: nec enim somno plus indulgebat quâ quantum ipse somnus sibi carpsisset cum fesso sensim obreperet. E quo expegefactus ad orationem iterum reuertebatur. Crucifixum, & totum locum, in quo orabat lachrymis perfundebat,

sapè inter orandum absorptus. Etiam in etate suprema, & in morbis, integrâ horam dabat B. V. rosario meditatē de genibus recitando. A somno experrecti prima vox erat; *Maria Mater gratia* &c. Habebat horrida verberandi corporis instrumenta, quibus per magnâ noctis partem humeros lacerabat. Semper catenâ cinctus, aspero sacco vestiebatur; nec lecto utebatur, sed scabello, in quo quiesceret. Feriâ sextâ in. quadragesima non nisi 4. vncias panis, & duas aquæ vncias in cibum, ac porum, neque quicquam aliud, admittebat. Cum P. Balthasarem Aluarez de tribus Christi clavis id est, paupertate, dolore, contemptu dicentem audiret sibi videbatur vidisse caput Balthasaris coronâ è stellis compositâ coronatum. Cum ob incredibiles quosdam dolores vix composiam sui esset, à B. V. petiit ut dolor ille cessaret, sed iterum ut redirer. Vtrumque obtinuit, dolore ad horas aliquot illi laxamenti aliquid concedente. Anno 1645. morbo pressus, cum in cælo aperto Christum, S. P. Ignatium, & plures de Societate olim sibi familiares videre sibi videretur, Domine iam nē, inquit, tempus est ut eam tecum. Non nunc, inquit Christus, verum post aliquot annos. Tum pro se ac pro Sociis Granatensis Collegij suppliciter dixit Christus, omnes illos esse prædestinatos ad gloriam. Quo nuncio lætus, & idem iterum audire certius gestiens Alphonsus repetiit: omnes Domine? Respondisse visus est Christus: Fili, omnes qui hodie sunt in hoc Collegio saluabuntur. At in eius vitam reliqua differamus.

TT VI. DIE

Nox.
B. V.

Man.

Mortific.
Nox.

Mortific.
P. Alvarez.
Corona è
stellis.

B. V.

Morbus.
S. P. Ignat.

Mort.

VI. DIE SEPTEMBRIS.

P. M A R C V S
SALINAS.

6. Septemb.
Hispanus
Placentiæ.
1557.

Mors.

HVne intra septem dies ruri abstulit laterum dolor, morte Placentinis tristi, sed adolescentis cuiusdam saluti admodum fructuosâ: Aderat is Marco diuinum viaticum accipienti pro itineribus æternitatis: Cum æger defixo in illum vultu sollicito caput ita tunc agitabat, vt illo ipso silentio, & capitis motu adolescentem acriter monere videretur ad mores corrigendos. Aduertêre id ij qui aderant: sed præ aliis adolescens ille illo capitis nutu ita est percussus, vt à moriente Marco religiosè viuere didicerit, breui se ad eam S. Francisci quæ Discalceatorum dicitur transferens disciplinam.

P. N I C O L A V S
GRACIDA.

Lustitanus
Eboræ: 6.
Sept. 1598.
Ætat. 60.
Soc. 44.

Concioner.

Silentium.

HVne paruulum Societati adiunctum, iucundo omnium auribus dicendi lepore pollentem audire certatim gestiebant etiam externi quàm plurimi. Et cum tener esset; necdum socius, vt alij, sed *socialus* dicebatur. Extremis 27. annis aulâ, & Academiâ post habitis, non cessabat quidem à concione sed se in solitudinem planè abdiderat egregiâ magni exempli constantiâ. Nec inuisi ab extratio vlllo volebat nec vllum inuisere; nihil dare literarum, nihil accipere: Cubiculum omni omnino ex parte pauper vt esset curabat: in quo suâ se quiete inuoluens, vacabat Deo, & concionibus

componendis; ægros tamen blandè recreans cum illos nonnunquam inuiferet. Nunquam auditus est vlllo verbo offendisse, quo quispiam vel minimè læderetur: perfectus profectò vir S. Iacobi sententiâ.

P. P A V L V S
IOSEPH ARRIAGA.

Ingenio ad omnia nato, virginitate ab vsque baptismo feliciter conseruatâ, Spiritu, & laboribus Apostolicis apud Indos clarus. Deiparæ matris beneficio, & vt aiunt, etiam hortatu, Societatem ingressus, illam ac Angelum Custodem & coluit accuratè & opem vtriusque luculentam ac familiarem expertus est. Honori Crucifixi, & B. Virginis à feriæ sextæ prandio vsque ad Dominici diei meridiè nihil in cibum admittebat. Inter orandum à terra sublimis conspectus est. Huc illum orationis prouexit profunda humilitas, & immitis in carnem sauities, quâ quorhebdomadis tres quatuorue dies inediae dedicabat nullo cibi vllius bolo admisso, somnum non nisi vestitus ad lignum vel in assero carpebat. Aiunt secreta etiam pectorum mirabili perspicacitate introspexisse, ac mira quædam cælestia illum, adeoque mortem suam, longè ante nunciassè. Obiit in naufragio flexis genibus in amplexu Crucifixi, morte quam ipse particulatim ita vt euenire ante præiuderat. Plura in eius vita,

P. THO-

P. THOMAS

TRVGI.

Iapen. Nā.
galachi. 6.
Sept. 16. 7.
stat. 96.
Soc. 38.

Fiden.

Oratio

Mort.

Ignis pectus.

Cum pro re Orthodoxa præclare Caput suos Iapones satageret gratā dicendi affluentia ut disertus ita impiger; ab ipso diuino sacrificio peracto in custodiam detrusus, multifariam à suis quā blandē quā seuerē tentatus, effusā quanta maximā poterat felicitis facundia copiā, se pro Christo ignibus deuocēbat. Cum duobus suis comitibus ad rogam damnatus, post præclaros sudores genti suæ per annorum 34. spatium laudatē impensos, in medio flammarum de Christi patientis tormentis, ac de fide Christi magno verborum pondere perorauit. Mox voce in cantum flexā; *laudate Dominum, omnes gentes*; cantauit: & inter canendum extinctus est. Illud admirabile, ac Iaponibus & Lusitanis testibus luculentis (qui ipsi adfuere, ac rem accuratē oculis lustrauere) exploratum est; pectus mortui P. Thomæ vltro apertum disiliisse; & ex illo visum egredi rubram flammam, quæ sursum in cælum sublimis volatu igneo splendens abierit, eorumque qui hæc spectauere Christianorum corda mirum in modum accenderit.

IOANNES

LAPARVS.

Italus Dre-
pani. 6.
Sept. 1630.
stat. 107.
Soc. 59.

Credul.

Hic admirabilem in laboribus assiduitatem cum perpetua in cibo potuque quā parcissimē sumendo parsimonia ita coniunxit, ut semper & minimum comederit ac biberit, & plurimum laboraret; continuato labore usque ad annum ætatis centesimum septimum; cuius extremo semestri æger decubuit, qui nunquam

aliās à labore, nisi tunc coactus, quieuerat, mirabile Coadiutorum exemplum.

P. PAVLVS
CITVS.

OB acerrimum quo flagrabat studium animarum vestitus ferē capiebat somnum; ut expeditus reperiretur, primusque ac promptus notu ad ægrorum solatium prouolaret, si quis accerferet. Nouendialia ante natalem Christi diem sacra in templo nostro instituit; in quibus ad conferendam populi concionem breuiter, sed acriter dicitur sub aurora, fructu magno teneræ ac solidæ pietatis & per frequenti exomolegesi multorum. virorum fide dignissimorum relatione compertum esse aiunt annuæ, illi cum aliquando post sacrum in S. Dominici à Soriano (quod Neapoli pietati ergo excurrebat) gratias de more ageret, præuisum sui obitus diem: unde illi læta lachrymæ, quas dissimulare non poterat, affluenter coortæ sunt.

Italus Nea-
poli. 6. Sept.
1649.Charitas.
Nouendium
Christi.Charitas.
Concioner.

Sacrum.

Mort.

FRIDERICVS
SIMON COAD.

Virginea in eo verecundia oculorum custos, totum illum ad leges suauissimæ cuiusdam modestiæ componebat: pietas tenera, obedientia reuerentiæ plena, doctæque aliæ magna de illo promittebant. Aiunt illum aliquando cum Patrum quopiam ad phreneticum visendum egressum, reuerentiā pro illo Deiparæ coronā, eum ab incondito clamore tranquillasse; adiectā alterā, ei linguæ vsum imptasse; tertiā demum coronā illum valetudini pristinæ reddidisse. id quod ego propensè ad suos audiendos De liberalitati tribuendum duco.

Bohemus
Hradistij.
6. Sep. 1657.Oratio
B. V.

Charitas.

T T a IOAN-

VII. DIE SEPTEMBRIS.

IOANNES

BAPT. ARCHINTVS SCHOL.

7. Sepremb.
Italus Ro-
ma. 1574.
Ætat. 24.
Soc. 4.

Iesus Ma-
ria.

Huius laudes sunt hæc in Societatis historia: Obedientiâ imprimis, odio sui, orandi vsu, quadriennium in Societate, raro omnibus exemplo, vel potius prodigio, vixerat. Etiam in seculo degens SS. IESU & MARIE nomina, quod se stigmaticum eorum mancipium profiteretur, & assidue cogitaret, sibi in pectore candenti ferro inusserat; ea sine intermissione iterans diuina nomina: & ardentissima quadam diuini amoris flammâ colliquefcens, ad amplissimum, vt omnes augurabantur, cælestis gloriæ fastigium in natalis Deiparæ peruigilio euolauit.

P. IOSEPH

DE ESCALZA.

Hispanus
Xerchj. 7.
Sept. 1616.
Ætat. 38.
Soc. 20.

Mortific.

Crucifixus.

Iam inde à primis vitæ religiosæ rudimentis in eo totus erat vt assuefecerit sese peruincere, id vt à Deo impetraret, carnemque subigeret, eam ferro cingulo flagris crebro inflictis, & frequentibus ieiuniis perdomabat. Cibo cineres aspergebat, saxo indormiebat vestitus: corripiebatque somni spatia, vt precandi otium magis extenderet. Cum Ministri munus gereret, vnus ipse plurium Coadiutorum obibat officia, eaque infima. Illud sibi altè in animum demiserat; se omnium esse mancipium. Aliquando à labore fessus videre sibi v. sus est coram se Christum graui Cruce onustum, atque dicentem: Fili, si tuati-

bi crux videtur grauis: meam aspice neque tibi persuadeas quòd sine me sis in illa. Etenim tam sum tuus vt me totum pro te tradiderim. Inde incredibili martyrij desiderio accensus, cum plurimos & atrocissimos cruciatus optaret, loco martyrij morbum habuit qui eum per ipsos quinque menses dolore acerbo exercuit.

Demum aliquando scemina turpia molientis personâ tectus illum ad fœda pellicere conatus fertur: at ille se ad SS. altaris Sacramentum fugâ proripuit, & vicit.

P. STEPHANVS

PONGRACZ.

Aluiciensis domo, Philosophiæ Theologiæque studiis in Societate perfunctus, septem annos posuit in iuuentute Rhetoricis, aliisque disciplinis erudiendâ. Tum scholis, & conuictoribus præfuit; & ad populum pro dignitate dixit. In Cassouienfi hæreticorum turbine vnâ cum P. Melchior Grodecio Silesio, ac etiâ Marco Chryfino Strigoniensi Canonico, Cassouia in Domo Regiâ, nunc insigni Societatis Iesu Collegio, quintâ, sextâ, & septimâ Septembris die domo prodire prohibitus, triduum illud sine cibo, ac potu duxit tam ipse quam socij fame magnâ, sed siti maiore, vexati. Nam obtrusas sibi feriâ vi. & Sabbato carnes non admisere; ne apud rudes id esset indicium, quòd minis, promissisue cessissent, ac fidem orthodoxam, cum Caluini sectâ commutassent. Cum Canonicus ab hæreticis ad deferendam fidem Catholicam

Pati.

Hungarus
Cassouij. 7.
Sept. 1619.
Ætat. 40.
Soc. 18.

Fideli.

eam spe bonorum illi transcribendo-
rum inuitaretur, Stephanus eum qui
ea nunciabat Calvinistam disertè di-
fertè dixit mali demonis fungi offi-
cio; certum sibi ac sociis esse, in Or-
thodoxa fide mortem præ fortunis vi-
tæque habere. Cum Calvinistæ *ma-
riendum* illis continuò esse dicerent,
& causam eius sententiæ rogarentur à
Stephano ac sociis, respondere: *Quia
Papistæ estis*. Hac vero de causâ, se ac
socios mortem libentissimè appetitu-
ros dixit Stephanus; & nudato collo
cervicem exporrexit. Septimâ Septem-
bris coorto tumultu obuius è concla-
ui progressus Stephanus rostratâ cla-
uâ ferreâ (bozogany vulgo dictâ) va-
lido ictu in pectore percussus, prostra-
tus est. Mox illi caput fune circumma-
ctum, tantâque vi compressum, vt
mortuus crederetur. Tota illa nox in
cruciatibus diris acta, tenerrimis qui-
busque corporis partibus intra bom-
bardarum rotas contortis. Cruciatu
etiam est singulis digitis, gallo sclopi,
vt vocant, subiectis & pressis; cum au-
res negaret promittentibus liberta-
tem atque honores, si vel verbulo edi-
to ad Caluini partes transiret. Iterum
id, iterumque contentissimo studio
cum negaret Stephanus, dixere illi;
severò cum ad id tormentorum vi
compulsuros. Mox illi vstulatum la-
tus, vsque dum propè esset exanimis.
Præterea constat P. Stephanum, cum
iam pluribus vulneribus laceriaceret,
ac se à vicino Catholico (à quo hæc
habemus) audiri aduerteret, vicino
illi ad retinendam perseveranter fi-
dem Catholicam authorem fuisse, ac
hortatorem, quicquid in re tam no-
bili ingrueret tormentorum. Age, aie-
bat voce quâ poterat, *Et te bonum
Christi militem præbe: iam ego ad conspe-
ctum dulcissimi Iesu hinc euolo*. Eorum
sanguis muris, & ficarij vnus vesti-
aspectus, diu recens apparuit quâ erat

fusus, neque abstergi potuit. Ioannes
Laios Calvinista, *praefectus* fuit *carnifi-
cium*; à quibus Stephanus & duo socij
in latrinam demum deiecti sunt vul-
neribus cooperti; sed postea inde ex-
tracti, Catharinâ Palsiâ Proregis For-
gachij coniuge à Bethelchemo id im-
petrante: quæ postea ritè interroga-
ta, dixit, se, ad motis horum pignori-
bus, à graui cordis palpitatione libera-
tam, post fusas preces. Reperta sunt
capita obruncata, facies concisæ, la-
tera vsque ad costas scædum in modum
exusta. P. Stephani digitus ab illa reli-
giosè, at priuata in veneratione, ser-
uatus. Corpora Tyrnauiæ, apud S. Cla-
ræ Sanctimoniales in Deiparæ Assum-
ptæ sacra æde, sunt condita. Auditos
ibidem à religiosis illis Virginibus ad
illa corpora cantus Angelicos; ad P.
Ioannem Rumer Austriæ postea Pro-
uincialem, scripsit P. Daniel Vasa-
rhelyi; affirmavitque, id Virginem a-
liis Præfectam paratam esse iuratis te-
stibus confirmare: ad hæc; eadem cor-
pora nec alibi sine miraculis iacuisse.
Aiunt etiam nonnulli, corpora è latri-
næ sordibus eruta suauis odore fragras-
se; ac hæreticum quendam dixisse, au-
ditum à se fuisse concentum Angelicū
ad illa corpora tunc adhuc in cloaca
iacentia. Excerpto nunc pauca ex iis,
quæ è processibus Tyrnauiæ authori-
tate Petri Card. Pazmany anno 1628.
12. Sept. Et Georgij Lippai Archiepi-
scopi Strigoniensis anno 1661. 20 Ian.
formatis, fide digni testes affirmant,
& ego ea in Archivio Romanæ Domus
Prof. deposui. Ad mortem se flexis per-
petuè ferè humigenibus inter com-
precandum præparabant, ad pulchrū
agonem fortiter obeundum se inui-
cem assidue cohortati. Plures narra-
rè in Regio eiusdem Domus Sacel-
lo Callouia sæpè noctu visa fuisse lu-
mina in altari, & duos Patres Step-
hanum ac Melchiorum, vnâ cum Marco

Fides.

Oratio.

Mors.

Altera.

TT 3

Cano-

Confessio.

Canonico, post mortem gloriôsè op-
petitam adstare altari visos, cum ad-
miratione spectantium. Auditum est
etiam à nonnullis qui ab annis iam
pluribus peccata confessi non fuerant,
eos à tribus his interfectis fuisse ad-
monitos, vt Sebesinum (vbi tunc eo-
rum corpora seruabantur) profecti,
conscientiam expiarent. Paruère, te-
stari Confessario de S. Francisci fami-
lia, se occisorum illorum Patrum mo-
nitu ad exomologesim esse inductos.
Sophia Partinger Tyrnauiz Sancti-
monialis clauda, imò pedum vsu pro-
pè capta, cum semper in lectulo ferè
decumberet, voto tandem concepto,
partim fulcro, partim Monialium bra-
chiis nixa horum Christi heroum cor-
pora Tyrnauiz apud Moniales tunc
iam condita deducta, fuis ibi preci-
bus, nullius ope adiuta, surrexit in pe-
des de genibus, & baculo istic relicto
ad cubiculum rediit, fasla id postea
sæpius vsque ad mortem, se benefi-
cium illud Deo & horum auxilio de-
bere.

Monialium alia testata est se ad illa
corpora sonum organi audiuisse, &
torum in quo illa iacere locum luce
perfusum vidisse, lumine foras etiam
erumpente. Alia dixit, sonum fidium
à se istic auditum, & virorum in eo-
dem loco colloquentium voces; cum
verò ad cubiculum rediret, visos sibi
veluti tres viros, seu vmbras, quorum
duo quadratos pileos habuerint, ter-
tius verò latum pileum, seu galerum,
vt vocant. Adiecitque tunc Sancti
Audentij corpus (quod nunc ibidem
asseruatur) necdum ibi fuisse colloca-
tum. Alia duæ affirmant emicantem
ex eodem loco fulgentem quendam
lucis radium per portam clausam vs-
que ad ex aduerso dormientis cuius-
dam Monialis pectus porrectum eius-
dem cordi insedisse, ac per quartam
circiter horæ partē amabile illud spe-

ctaculum ab vtraque oculis attentè
vsurpatum. Harum altera dicit se, cum
arcæ in qua tres hi Christi heroës ia-
cent, manus languidas sæpius piè ad-
mouisset, manus à languore nescio quo
vegetas retulisse; & sonum organi à se
quoque ibidem auditum ante quàm
istic etiam fuisset conditum corpus
S. Audentij. Alia manus ferè contra-
ctas & dolorum plenas, osse vno ali-
cuius ex his tribus Heroibus piè deli-
niens, & dolores absterfit, & manus
integras, cum earum quæ id oculata
testantur admiratione recepit. Alia 2.
Iulij in festo Beatissimæ Virg. visitan-
tis post nocturnas preces, vidit è Sa-
crario (vbi corpora illa quiescunt) ef-
fusam lucem, longè lateque porre-
ctam, aded vt columbæ sub tectis ad
lumen illud eo vsque porrectum per-
territæ auolârint. Terefia Bihari ibi-
dem Sanctimonialis hortatu dictæ
Sophiæ Partinger votum concepit, se
in honorem trium horum Christi A-
thletarum quotidie rosarium recita-
turam; vt à duobus vulneribus, seu
porius vlceribus, à quibus curari non
poterat, liberaretur. Vix triduo Rosa-
rium ex voto recitârât, cum nullo alio
remedio adhibito, vlcera euannère,
non nisi sicca cicatrice post se relicta.

Fuere illa corpora in illo Monaste-
rio in veneratione tanta, vt etiam sup-
plicationes ad illa celebrarentur. Sed
posteaquam Româ perlatus est, ne
illis ab Ecclesia in Sanctorum vel
Martyrum album necdum relatis, ho-
nores publici darentur; obedienter
superfedere piæ Virgines ab illo exer-
cicio pietatis: nec deest quæ dicat, ab
eo tempore ad illa corpora nihil ad-
miracione dignum visum esse, aut pa-
tratum.

P. EDMVN.

P. EDMUNDVS

AROSMITHÆVS.

Anglus 15.
castitæ 7.
Sept. 1628.
ætat. 43.
Soc. 5.

Fidei.

Mm.

Huius doctrina hæreticis silentiū
sæpè imposuit. Captus, in ipso
carcere vnum conuertit. Scripto illi
obiectum, quod Sacerdos, quod Ie-
suita, quod seductor esset; quippe qui
dixerit: Extra Romanam Ecclesiam
neminem saluum fore. Duo testes ad-
fuerē qui eum sibi Catholicæ fidei
amplectendæ autorem fuisse ac sua-
forem testati sunt. Ideo capitis dam-
natus, raptari, suspendi, & in frustra
secari iussus est. Ter in seclis flectens
genua: *Dulcissime IESV, inquit, tibi vi-
tam hanc meam in meorum satisfactionem
peccatorum ultra deuoteo.* Tum ei quem
in mortis tempora vsui sibi futurum

conscripserat libello legendō intentus,
precabatur: & à Prædicante (vt vo-
cant) seu concionali hæreseos mini-
stro, ad hæresim inuitatus, illique se-
uerè respondens, Catholicos ad ma-
gnanimam perseuerantiam hortaba-
tur. Cæsus, Ambrosio Barlo ord. S. Be-
nedicti religioso Sacerdoti, earum quæ
agebantur rerum inconfcio, adeoque
absenti postridie spectabilis adfuit, &
disertè dixit, *quam benè secum esset a-
ctum* Lancastriæ. Eadem illum mane-
re ibidem: pergeret porro, satageret
pro fide Catholica. id quod factum;
Ambrosio pari mortis gloriâ Edmun-
dum secuto ibidem 20. Septembris
anno 1641. Fama est, idem ab Edmun-
do eidem prædictum Lancastriæ in-
carcere, cum istic Edmundum Am-
brosius extremum inuiferet.

Disce à
mortuo.

VIII. DIE SEPTEMBRIS.

IACOBVS

DIAZ. SCHOL.

8 Septemb.
Hispanus
Tigueri.
1474.

Recti, puri, syncori cordis hio-
adolescens, è studiis ipsis in æta-
tis ac virtutis flore morte abrep-
tus est. morbus, quo tabescebat il-
lum longâ patientiâ coronauit: sed ea
quâ erga Dei matrem ferebatur prò-
pensio tenerè voluntatis magnum o-
peræ pretium tulisse visa est, quando
longè ante mortem affirmatè prædi-
xit, se die Beatissimæ Virginis migra-
turum è vita. Obiectante verò medi-
co die Beatissimæ Virginis Assumptæ,
qui fieret quod non moreretur, cum
id ita prædixisset; verècundâ mode-
stiâ; solum, inquit, hoc scio, & hoc tan-
tum dixi quod moriendum mihi sit a-
liquo die festo Beatissimæ Virginis;

quo autem illorum, id verò me latet.
At ipso Beatissimæ Virginis natæ die,
cum accinctus quidem per Sacramen-
ta semper esset ad mortem, tamen eo
die securi de illo essent Patres, vicino
Patre accito, iussit Patrum, ac fratrum
coronam conuocari: tempus iam esse
quo commendatio animæ recitaretur.
Affluxerē accersiti Patres ac alij: &
peractis iis, quæ res postulabat, Iaco-
bus moriens, prædictionem impleuit
die Dei matris festo æternitati tran-
scriptus.

Mozz.

IOANNES

FARINA. SCHOL.

Hunc è Philosophiæ cursu euoca-
uit ad vitam Deus. Deiparæ a-
manda, colenda, laudibus celebra-
da

Italus in Ste-
cilia. 8. Sept.
1577. ætat.
25. Soc. 4.

de iam olim addictus erat, nobilis puer. In Societate orandi studio ardebat ut carbo ignitus, ipsa etiam facie igne ardore succensâ. Et hoc orandi Deum, atque incredibili silentij amore ad magnam virtutis eminentiam evasit, ipsi P. Paulo Achilli spectata omnino virtutis viro comparatus. Illud eius Silentium illum amabilem reddebat omnibus, & pretiosum si quid diceret. Mores ad omnem modestiam amulsi in ita emendati, ut eius aspectu alij quoque sese componerent. Tentata olim illius pudicitia in gloriosa fuga invenit victoriam, quando extra urbem semine, an demones fornicarum formam lasciviamque mentiti incertum, Ioanni flagitium obtulere, confederatissimo inuitatu & artibus impudicis. Sæper perstabat sibi similis, citra vllum turbamentum & suæ quietis compos. fama fuit mortem illi fuisse præiisam, & illa imminente illum una cum Angelis fecerit se, quod præmium fuerit illius purissimæ pietatis, constantisque silentij.

P. IOANNES
BAPTISTA PERVSCVS.

Italus Romanus. 8. Sept. 1598.

Vocatio.

Purgator.

Hic posito, Plinij nomine maluit Ioannis Baptistæ nomen pro, incirramento virtutis, & Sancti patrocini adsciscendo. Tarquinium Peruscum, Patrem suum, virum nobilem, qui viduus Societati se transcripserat, imitatus, voluit ibidem vivere quod Pater exemplo præcesserat. Domui Professæ Venetæ præfuit primus Præpositus, religiosæ disciplinæ ubique retinens insigni ad omnes exemplo, etiam cum præesset. Valebat suavi prudentiâ, & sanctâ quâdam de rebus divinis colloquendi gratiâ. Morituri animam videre sibi visus est P. Iulius Mancinellus in purgatorij pœnis id solum

dolentem quod adhuc à facie Dei exul campœnam sustineret quam damni vocant.

P. MELCHIOR
GRODECIVS.

Hic una cum P. Stephano inter Apostolicos labores versatus Casouia, pari cum illo morte à Deo est postmodum honoratus. Scariorum, siue carnificum, vnus, cum aspersam Patrum Stephani, & Melchioris sanguinem suam vestem arte nullâ posset eluere, aliam induit: verum & in illa, non secus ac in ea quam exuerat, cruentæ sanguinis maculæ conspectæ sunt, quicquid illam perlueret.

Silesiæ Calouia 8. Sept. 1619 ætat. 35. Soc. 16.

Sanguis.

P. IOANNES
MAGIRVS.

Ad Societatem à Deo vocato Ioanni, & tandem à primis ardoribus torpentis frater germanus nuper vitæ functus leuitatem ac viuendi libertatem per quietem acerbè obiecit, & Crucifixum ostendens, hausto ex eius latere Christi sanguine, in Ioannem coniecit, dicens. *Vide ne hic sanguis incassum pro te effusus sit.* Ergo Societatem, opimâ hereditate contemptâ, mox iniit, in qua Ecclesiastes nobilis & iuuentuti, curionibusque formandis idoneus persanctæ vitæ egit vique ad mortem. Febris demum illum extremis admouit: in quo morbo Christi, & S. P. Ignatii obiectâ cælesti specie dulcissime recreatus dicebat, meliores esse febres illas omni sanitatē humanâ. Et abiit. Socios ad Societatis virtutem, id est ad obedientiam, in extremis potentissima dictione cohortatus.

Germanus Spira. 8. Sept. 1609. ætat. 31. Soc. 18.

Crucifixum.

S. P. Ignatii Mort.

P. HIE-

P. HIERONYMVS
QVEYROT.

Callus Da-
masci. 8.
Sept. 1653.
ætat. 63.
Soc. 49.

Mortificat

SSS. Trinit.

Mort.

Eucharist.

PER 40. ferè annos Apostolica mu-
nia exercuit in missionibus orientis
Damasci, Constantinopoli in Asia,
Syria, Ægæo mari. Ex ipsius Epistola
compertum est, illum tribus ante mor-
tem suam mensibus de sua morte iam
imminente aliquid ordinario certius
præsensisse. Nullus illi dies immunis
abiit quo per totum quinquagesimi
psalmi intervallum in se ferro, vel fla-
gellis ferro armatis nõ defæuerit. De
SSS. Trinitate quothebdomadis sa-
crificabat, si per sacrificales rubricas id
poterat, voluitque inter moriendum
semper sibi præ oculis esse imaginem
SSS. Trinitatis. Quotidianum diuini
officij pensum flexis genibus exequie-
batur coram SS. Sacramento. Plura
de illo annuæ Franciæ.

P. IOANNES
VAZIN.

Germanus
Vratislanie.
8 Sept. 1653.
ætat. 60.
Soc. 43.

Emcio.

INGENIO, doctrinâ, studio cõ euasit
in dicendo, ut cum per ipsos 33. an-
nos è suggestu diceret, *Euangelica tuba*
nomen obrinuerit, pectore, ac mori-
bus conscientibus ad exemplum.
Wratislauiam (ut de illo scripsi in an-
nuis) de Societate primus intrauit, ac
ibi Societati sedem fixit, sagaci & gra-
to apud Imperatorem & Dynastas
ingenio. Ibi per annos 16. pro Ecclesia
cum hydra hæretica bellum gessit.
Collegio illi bis præfuit, modestâ pru-
dentiâ, prouidentiâque charitatem
suam omnibus contestatus.

P. Henricum Pfelschmidt vitâ iã
functum videre sibi aliquando, & lo-
quentem audire visus, illum cælo iam
receptum intellexisse, ac rogasse dici-

tur, num sua opera Deo placerent, &
ab eo audisse: *placent, placent.* Rogat-
um autem P. Henricum, de purgato-
rij cruciatibus quos sustinuisse, dixisse,
*modicum, & breue id fuisse; Deo chari-
tatem quâ proximos olim adiutum iuerat,*
*remunerante. Placere verò Deo Apostoli-
cos Sociorum labores VVratislauia contra*
tortuosum inferni colubrum, qui se cum
sua hæresi gyrat atque defendit. Hæc P.
Ioannes Vazin P. Andrea Schambo-
gen Prouinciæ Bohemiæ Præposito
non semel familiari candore narrauit
plenus lætitiâ: & P. Andreas ea se sic
ab illo accepisse persanctè scripto te-
staturus est. Ego fidem illi do lubens,
quippe qui P. Ioannem Vazin hic in
X. Congregatione Generali probè no-
uerim, siquæ expertus virum reli-
gioso candore amabilem.

P. PETRVS
CLAVERVS.

HVNC in annuis latè descripsi: ex iis
paucula nunc excerpo. Alphonsi
Rodriguez Coadiutoris virtutis tan-
tæ famâ inclyti amicitia, documentis,
precibusque vsus est. Is pro Petro ali-
quando in preces effusus thronum in
cælo vidisse fertur, & Angelum di-
centem: *Thronus ille Clauero tuo disci-
pulo est destinatus, ob eius virtutem, & ob*
*animas ab eo in Indiis ad Deum conuer-
tendas.* Breuiarium, & diurnum habe-
rur frustatim lacerum, eoque illud
funiculo alligabat: idem de vestibus
intellige. Semper, ac totus erat in ci-
licio variis aculeis horrido, indusij lo-
co. Ad hæc dirè se quotidie concede-
bat. Lectus illi terra; cibus cinere cor-
ruptus. In summis caloribus nunquam
sudorem abstergebat, nunquam aspel-
lebat muscas faciei ac manibus ad san-
guinem vsque, aculeo altè defixo, in-
festas. Per omnem licet vitam ab om-

Charitas.

Hispanus
Carthage-
nz in In-
diis 8 Sept.
1654. ætat. 71. Soc. 52.

Zelus animi.

Taupertas.

Mortific.

Conf. quot.

Oratio.

B. V.

Sancti.

Hora.

ni lethali noxa innocens creditus, tamen manantibus vbertim lachrymis confitebatur quotidie. Sensus singulos religiosâ quadam feueri spiritus velut tyrannide premebat, etiâ in iis quæ licent. Oraturus, se coronâ spinâ coronabat, & funem collo circumdabat, ad singula diuini officij verba impensè attentus. Multos ab hæresi, ab idolis plures ad fidem adiunxit. Multa ex vero prædixit; dæmones fugauit. Mortuus quidam suum olim socium monuit, vt à P. Clauero B. V. rosarium peteret, ac illud pro se recitaret. Deiparæ ope mira prædixit, atque impetrauit. Illi, & dilectis è cælo vniuerso 24. Sanctis particulatim singulas horas (velut clientes atque ancillas) dedicauit. Horologio audito *Salus Regi-
na* Deiparæ Virgini recitabat. Plura longè vide in Annuis Noui Regni 1654. Pragæ impressis.

P. ANTONIVS SAVIGNACVS.

Gallus To-
loſæ. 8. Sept.
1660. ætat.
71. Soc. 54.

Sodalitia Parthenia per ipsos annos 14. ita administravit, vt vndecunque abiret, magnum sui desiderium vbiq; relinqueret, ac vbiq; anidè cum admiratione & voluptate, etiam à delicatissimis auribus, in iis quas ad sodales habebat allocutionibus audiretur. Etiam cum Prouinciæ præſſet, nostrorum animos religiosè delectabat suauissimus ad virtutem hortator. Ante annos ferè tricenos, brachia pa-

ralysi omnia remedia superante, dissoluta gestabat è collo. Eorum vsum in omnem vitam facilem, & commodum recepit, voto Loyolam nuncupato ad ædem S. P. Ignatii. Enitebat in viro hoc perspicientia quædam diuinarum rerum, & constans exercitatio ac vsus prudens præſentia Dei præ oculis mentis assidue retinendæ. Solida hilaris patientia laus magnum habuit spacium exemplorum in tot eius morbis quorum vel catalogum referre longum sit. Egerrimè ferebat quicquid luxuri laxariq; in religiosa disciplina videret. De magnâ religiosi eius animi erga Crucifixum, & Deiparam propensione, sic habent literæ de illo perſcriptæ: Christi è cruce pendentis signum tenebat manibus semper. Accensa erga Deiparam Virginem pietas, & in eius miseratione fiducia; ob quam cum pridie obitus, audisset ab vno è Patribus domesticis, sperandum illi à benignissima Virgine, cui semper fuisset addictus, fore, vt quo illa die nata esset in terris, eius fauore ac patrocinio, ipse nasceretur in cælo; exultauit animo, sublatiſque in cælum oculis manibusq; lætam spem tanti beneficij præſetulit.

Ad mortem sese impensius accingebat à quinto mense, nempe posteaquam Patrem Abadie morientem interrogauit, num ei citum è vita exitum impetraturus à Deo foret, ac ille respondit: Intra sex menses, mi Pater. Nec effluxère sex menses, cum P. Antonius secutus est morientem.

IX. DIE

IX. DIE SEPTEMBRIS.

P. ANDREAS

LEOMANVS.

tus est, vt id, quod vidisset silentio fidelio obtegeret.

P. IOANNES

PARISOT.

DE hoc sic habent annua Campaniæ: Zelo magnus: at profundâ se demittendi contentione, ferè ad Sacramenti vsque nuncupationem, omninò memorabilis. Sacramenti, seu potius decreti formula hæc erat, cui nomen sanguine subscripsit: *Bone Iesu, Dux meus, humillima humilitatis Doctor & Professor, exaudi me! In conspectu diuine maiestatis tuae elegi, atque iterum eligo abiectus esse in domo tua, & Sanctissima Societate Iesu toto vitæ meæ decursu: & promitto me nunquam ab inita sancta humilitatis via deflexurum. Ex intimo cordis affectu renuncio omni sublimi in ea gradui, & dignitati cuiuslibet, paratus vilia qualibet obire munia: pueros in infimis Grammatica classibus, quantum per valetudinem licebit, docere: & quicquid contemptibilius est hominum oculis, ad gloriam nominis tui aggredi, & promptâ mentis alacritate, dum viuam exequi. Ita promitto, ita flatuo, atque ex animo desidero*

Gallus Vir-
duni. 9.
Sept. 1651.

Humil.

P. CLEMENS

PVIOLVS.

PIetate præstanti, & literarum sublimiorum tantâ scientiâ præditus erat Clemens, vt vulgo ea de illo increuerit opinio, earum perspicentiam tam insignem illi Beatissimæ Virginis singulari ope datam, quippe cui hærit impensè addictus. Ianitor, eius cubiculum ingressus aliquando illum vultu accenso reperit à terra sublimem: & à Clemente obnixè lachrymante roga-

Ioannes Parisot Societatis Iesu.
Auenione 31. Martij anno 1644. ante celebrationem primæ missæ. Sic me Christus Dux humilitatis adiunget, & SS. Christi Mater Maria, & Patroni mei SS. Ioseph & Ignatius. Amen. Ita ibi. Inde illi perpetuum profundissimæ demissionis studium fuit semper, vbique in omnibus, quatuor tamen vota profiteri iussus, tandem paruit.

VV 2

X. Die

9. Septemb.
Lithuanus
ad Polociam.
1610 ætat.
33. Soc 35.Crucifixus
B.V.

Fides.

Crucif.

Mortific.

Charitas.

Mort.

Gallus Pall.
9. Sept. 1638.

B.P.

Oratio.

X. DIE SEPTEMBRIS.

P. CAROLVS

SPINOLA, SEV

P. IOSEPHVS A CRUCE

CVM OCTO SOCIIS.

Italus Nan-
galachi.
1612. ætat.
58. Soc. 17.
10. Sept.

Charitas.

B.V.

Relus.

Noctis.
Mortific.

Mensis.
Oratio.

Heros hic fuit illustrissimi sanguinis, & virtutis. In Lusitanico itinere ab Anglis hæreticis captivus abuectus in Angliam; inde liber, in Lusitaniam, Indiam, Iaponiam ap-
pulsus est. Meaci septennio Minister fuit Collegij, charitate tantâ, ut quos eâ incendi volebât P. Franciscus Pace-
cus, iis author fuerit, ut frequenti Car-
oli Spinolæ consuetudine uterentur. Familiare illi fuit Beatissimam Vir-
ginem novies verbis Angelicis saluta-
re constanter, ac sæpè, in honorem
novem illorum mensium quibus Chri-
stus paruulus in virgineo ac materno
eius utero habitavit. Paruulo in cam-
pis animam agenti aquam è strophio-
lo in caput dissimulanter expressit, eû-
que baptizavit; & paruulus breui edi-
dit animam expiatam. Ea res P. Caro-
lo tanto solatio fuit, ut id vnicum to-
tius Iaponicæ suæ navigationis & la-
borum abundè magnum pretium sibi
esse sit testatus. Cum valeret, noctibus
propè singulis (nec rarè ad sanguinem
vsque) se verberabat. Fructus Iaponi-
cos cum magnoperè appetere, per
plures annos non gustavit: postea ta-
men iussus, obtemperavit. Quotannis
per mensis vnus intervallum sese reci-
piebat ad silentium exercitiorum. In
saevissima contra Christianos persecu-
tione, sub Iosephi à Cruce nomine oc-
cultus latuit ad opitulandum Christi

fidelibus; & iniquissimis licèt illis re-
poribus quinque millia capitum bap-
tismo lustravit. Tandem 14. Decem-
bris anni 1618. Omuræ abreptus est in
carcerem, in colle ventis & omnibus
cæli iniuriis peruium, angustum eo-
que multifariam arumnosum: in quo
ad eâ angustè sunt habiti Carolus, &
socij, ut singuli integrum trium pal-
morum spacium non haberent. inde il-
lis tor ærumna, ut singuli corporis
sensus suos quisque dolores haberet
quibus affligeretur. Ad somnum ex-
tendere se non poterant; cibis nun-
quam eximebat famem, sed mortem
tantum arcebat. Diuinum tamen sa-
crificium, quod Carolus quotidie ce-
lebrabat, vim animi ei tantam adde-
bat, ut diceret, sibi ergastulum illud
paradisum videri; licèt in æstate diur-
nis nocturnisque sudoribus maderet,
hieme autem frigore acerbissimo ge-
lidus rigeret, ut taceam odorem te-
rribum, & vermes, aliasque sordes
humani corporis in situ, squalore, at-
que putredine. In quadagesima, om-
nes quotidie benè longam verberatio-
nem instituebant. Sed & aliàs, extra
festos dies idem agebant quotidie;
MARIANO quoque officio, præter pen-
sum canonicum, quotidie recitato. 4.
Novembris 1620. S. Caroli depreca-
tione acris illum febris, nullâ medici
ope, deseruit, redditum sanitati. Cum
ad supplicium vocarentur, psalmos
vnâ, cum dulcissimis lachrymis ceci-
nere. In loco supplicij triginta millia
Christianorum qui affluerant sunt
censa. Columnis alligati steterè per
horam, antequam ignis subderetur, &
Carolo incipiente, læti cecinere: Lau-
date Dominum omnes gentes. Cum iam
lenius

Fida.

14. Dec.

Sacrifici.

Mortif.

B.V.

4. Novemb.

Oratio.

lenius

entus ignis arderet, duo Iapones facti sunt fidei desertores. Et verò Carolus flets ante prædixerat; non omnes ex eo numero coronam accepturos è manibus Angelorum. Scintilla quædam è rogo in pectus Caroli aduolârant, eique adhærescebant. vnde ille primus corruit lento illo igne extinctus, secutis reliquis. Omnes de Societate fuere octo: ex Ord. S. Dominici item octo, Minoritæ quatuor: triginta alij Christiani. Prædixerat Carolo P. Bartholomæus Riccius, illum in Iaponia fidei odio occidendū. Orandi signo domi audito, statim in genua se abiiciebat, nec surgebat usque dum hora essueret. Eos qui in Christi odium de Societate sunt occisi, nominatim singulos adnotabat, & priuatâ religione quotidie illorum opem exposcebat. Cui sunt à Spinolarum familiâ inclitis & facinoribus & opibus orbi notâ, nummi cum imagine Caroli conflagrantis. Socij P. Caroli ea in morte fuere hi:

P. SEBASTIANVS
QVIMVRA.

Iapon. ibid.
ætat. 17.
Soc. 38.

Fuit hic primi qui in Iaponia Christum agnouit nepos, ex illustri plurimum in fidei odium caesorum domo; idemque primus Iapon Sacerdos, anno 1601. initiatus. Paupertate, candore animi, ac simplicitate morum erat amabilis; orandi tam studiosus, tamque accuratus, vt semper illi ad ma-

num fuerit arenarium horologium admetiendum precatationis tempus. Inter flammæ per trium horarum spaciū stetit, summâ & quietâ lætitiâ, oculis in cælum sublati, manibus in crucem ad pectus compositis.

Sex reliqui, tyrones Iapones.

Combusti sunt cum Carolo, & Sebastiano tirones hi;

Antonius Kinni. Gonsalvus Fusui. ætat. 40.

Ludovicus Gauara. Michaël Xumpo. ætat. 33.

Petrus Sampo. Thomas Acafoxi. ætat. 50.

Septimus ante alios combustos, cum palus cui alligaretur, ad manum non esset, capite truncatus est *Ioannes Ciucoga.*

His oblata erat libertas, si Christum defereretur: sed mortem potius elegere; ac mortis accepto nuncio vnâ omnes *Te Deum laudamus* cecinere. *Petrus Sampo* ludici multa dicenti; *Vtinam*, inquit, vox hæc mea toto regno latè posset audiri! Altissimos montium vertices conscenderem; & omnes omnes Iapones, die ac nocte adfitem, ad cælum, euocarem.

Thomas Acafoxi, Domus famulum captum duci cum vidit, etiam se quaesitum fuisse ad necem certior factus, eos à quibus quaesitus fuerat est affectus, dixitque; sibi ea vincula debere, non seruo. Dimisso ergo seruo substitutus ipse, vinctus, & flammis lentis absumptus est.

V V 3

XI. DIE

XI. DIE SEPTEMBRIS.

P. SERTORIUS

CAPTIVUS.

21. Septeb.
Italus A-
quilæ. 1608.
Ætat. 42.

Mortif.

Oratio.

Charit.

Resp. hum.

Oratio.

Ang. Cusp.

Eucharist.

Hora.

Incubat.

Huius imago ari Romæ incisa cū
SSS. Trinitate, SS. Sacramento
Beatissima Virgine & Angelo cu-
stode sit est inscripta: *Pater Sertorius
Capitulus Societatis Iesu sanctissima Trini-
tatis, venerabilis Eucharistia Sacramenti,
Dominica passionis, Deipara Virginis, ac
Sanctorum Angelorum cultor eximius. In
se afflicto fuit assiduus. Unde in B.
V. & festorum aliorum periculis, ac
ter in hebdomada, ferè in pane, & a-
qua ieiunabat: item in Adventu ca-
tena pungens ad lumbos illi frequen-
ter, cilicium verò semper die ac noctu.
Quotidie flagro stellis æreis horrido
se quater flagellabat, & sæpè spatio 7.
Psalmorum; aliquando per horam in-
tegram. Lectus illi asser stercora stratus;
brevis in illo quies, quam postremis
annis ferè non aliter quàm flexis ge-
nibus capiebat. Ante orationem lin-
guam humi trahebat terram lamben-
do. Egrorum vlcera tractabat aman-
ter, & osculabatur, laborabat in zelo
animarum, quantum tres alij minimè
otiosi. Surdum se ad linguas censorum
præbebat, omni humano respectu in-
diuinum translato. Sæpè illius vultus
luce mirabili perfusus conspectus est.
Apertum aliquando infernum, Ange-
lum item suum persæpè vidisse fertur.
SS. Sacramentum inuisentem aliquan-
do Christus è Sacramento in gloria
obuius (vt ei videbatur) amplexus est.
Author erat iis quos familiariter etra-
ctabat, vt singulis horis cor suum Deo
in holocaustum offerrent. Ipse in sin-
gulas horas non semel introspiciebat*

cor suum, ne quid Deo in eo displice-
ret. Virginitate, ac innocentia fuit in-
signi, vt illi testantur qui eum perno-
uere. Statim à morte Sanctimoniali
Virgini nobili radiis circumdatus ap-
paruit (vigili an per quietem incertū) *Mort.*
quæ illum sæpè antea videre optarat,
sed per sui ordinis leges non poterat.
Alij cuidam eodem tempore conspe-
ctus, eum documentis instruxit, & ad
cultum Deiparæ tenerè inflammavit,
vt dixi in Annalibus Marianis, vbi
plura vide nu. 1033. Cadaver illius post
quinque annos repertum integrum, o-
dore fragrans, molle, tractabile. Reli-
quæ de illo in vita.

P. HERMANNUS

HVGO.

Amplo ad omnem literaturam in-
genio, felici calamo, suauitate
morum, omnibus optimis corpori suo
pessimè faciendi artibus insignitè præ-
stans. Præfuit nostris in castris longè
suauissimè, ac prouidentissimè. Quo-
tidie in colloquio meditationis pro-
ponebat se victurum eâ spiritus noui-
tate, quâ fuit in Nouitiatu. Voti reli-
gione se authorauerat charitati; quip-
pè, qui vouerit, se nulli subtracturum
suam operam seu domestico seu exter-
no egenti, quicquid officij charitatis
præstare posset. Hinc morbu & mor-
tem traxit ab obsequiis charitatis æ-
gris in castris impensæ. Orandi horæ
ordinariæ, diebus Sabbati horam al-
teram, festis & dominicis etiam ter-
tiam addebat. Coram SS. Sacramento
tam sæpè, ac diu orabat, vt putent il-
lum quandoque totos dies istuc duxif-
se

Belga Rhe-
nobeim. 11.
Sept. 1629.
Ætat. 41.
Soc. 14.

Charitat.

Sabbatum.

Oratio

Confessio.

se immemorem cibi, & potionis. Faciles illi fluebant lachrymæ pietatis testes: & is, qui consistentem audiebat, dixit, illum nunquam sine teneris lachrymis fuisse confesum. Aiunt etiam quâ vellent noctis horâ fuisse experrectum, ad mentem cum Deo coniungendam. Ad portam vel extra domum iturus, ac redux, SS. Sacramentum salutabat. In tyrocinio in sui pervincendi artes acriter intentus vomitu eiectas ægri sordes & lorium crassum aliquando hausit. Per septem annos non nisi cilicio armatus ad concionem dixit. Ad iram Dei à suo quodam olim discipulo auertendam, eumque ad frugem seriam reducendum per dies 14. quotidie se ad sanguinem usque cecidit, & in cilicio humi, vel in assere, cubavit. Viaticum percepturus genibus humi flexis voluit collocari, & Christum fiduciâ magnâ sic est allocutus Domine, tu nosti, quod verè te ex corde quæsuierim, amauerim, seruierim: redde ergo mihi coronam iustitiæ.

Oratio.

Euchar.

Mortific.

Charitas.

Mortific.

Mort.

ciebatur, caduere, mundi vana exosus, Societatem amplexus est; in qua ingenio, & singulari miræ probitatis laude excelluit. Nocti somno ter abrupto, tres horas dabat orandi studio. Per octo illos à festo corporis Christi dies ferè habitabat in templo demissione atque ardore insigni. Quotidiani sacri apparatus & actio gratiarum duas horas faciliè occupabat. Corpori ferreas catenas circumdabat, usque ad prandium loriam ferream gestabat, & noctu ter setoris viribus cædebat adeò ut lassus ad Crucifixi pedes procumberet; sibi, & animabus purgatorij veniam flagitans, quibus etiam quicquid boni agere pateretur, uè donabat. Acutis cuspidibus armatas manicas & pedicas manibus ac pedibus inducebat in honorem vulnenum Crucifixi. Ita Collegiis præerat ut *Charitatis Rector* diceretur, vero elogio; citra iniuriam, imò cum lucro disciplinæ, quam charitas nunquam laxat. Examen particulare nulla die omisit, ut constat è libello.

Vocatio.

Oratio.

Noct.

Euchar.

Mort.

Purgat.

Mortific.

Charitas.

Exam. par.

P. STANISLAUS
DOMANIEWSKI.

Polonus
Posnaniæ.
11. Sept.
1637. ætat. 60.

ROMÆ. conspecto nobilis adolescentis, quod in sepulchrum abiit.

XII. DIE SEPTEMBRIS.

P. CHRISTOPHORVS
COLLADVS.

18. Sept. b.
Hispanus
Barcinonæ.
1575.

HVNC à magna virtute laudatum, in ipsa obedientiæ, ac humilitatis exercitatione mors ad æternam, ut speramus, vitam abripuit: id quod hisce verbis breuiter describit

Societatis historia: Christophorum Colladum magnæ virtutis, atque expectationis Sacerdotem in ipso iuuentutis flore collapsum Fulmen Barcinonæ pridie idus Septembris extinxit. Paulò ante diuinam rem fecerat tuncque lances in culina tergebat. Itaque quâquam ex improviso aggressus, tamen optimè præparatum, inque Sanctæ humi-

Mort.
Humil.
Offic. culinae

humilitatis ac obedientiae ministerio mors deprehendit.

P. DIDACVS

GARCIA.

Hispanus
Manila. 12.
Sept. 1604.
ætat. 52.
Soc. 32.

Confessio.

Oratio.

Sancti men-
strui.
Vespers.
Oratio.

S. P. Ignat.

Euchar.

Mors.

Hunc hoc die migrasse perhibent Annua Philippina (pag. 379.) posteaquam prolixum ei elogium texuere. Indias occidentales in pluribus Prouinciis, magnis suis laboribus, virtutibusque ornauit. Conscientiae maculas confessionis Sacramento expiabat ferè quotidie. In orandi arte discenda singulari studio versabatur. quotidie vesperi post communes SS. omnium litanias, ipse alias priuatim recitabat, ex illis Sanctis contextas qui à primo Societatis ingressu illi in Patrones obtigerant. In presentissimo scopolorum periculo inter nauigandum omnes in nauis S. Ignatium inuocauere, Patre Didaco suggerente; & mox omni sunt periculo liberati. In rebus afflictis noctu in templo apertam sacra-rij portulam coram, aperto SS. Sacramento se inclementer cadebat, & noctis reliqua parte peruigilabat in oratione Dei; sociis exemplo illo ad flagrantissimum orandi studium incensis. Moriens petiit sibi legi è Thoma à Kempis caput de via regia S. Crucis.

P. MARCELLVS

DE LORENZANA.

Hispanus in
Paragua-
tia. 12. Sept.
1632. ætat.
69. Soc. 49.
Mors.

Amer Dei.

In Peruuium Hispania, tum in Paraquariam ubi peruenit; labores, insidias, ærumnas plures perpeßus est in illo Apostolatu æger, ad lectum sibi formulam contritionis conceptis verbis descriptam appendi, & ab iis à quibus inuisebatur legi iussit. Prædixit multa quæ postea euenere: ut Guairanas Residentias à Brasiliis vastatum iri.

Cuidam de nostris Patribus, annorum venientium mala ex vero discretè explicuit. Iudici viduam contra fas & æquum vexanti, ærumnas graves, & sequutas prænuñciauit. Viperam lethali veneno iam nota, & horrenda Marcellum in brachio momordit; & omnibus illius mortem expectantibus, ipse nil damni accepit ut fama est. Apud Paranos ægrismultis sanitate baptismi, vel manibus impositis, Euangelio recitato, & precibus impetravit.

P. MICHAEL

SANCHEZ.

Magno Dei amore accensus, in illuc Cordubensi anno 1601. illam sauciis omni ope seruiuit saucius & ipse, ubi conualuit rediit ad spartam eadem exornandam, voti quoque obligatione adiecta, se caput (quoties occasio se ostenderet) illi periculo ad charitatis obsequia oblaturum. Ut iuuentutem pro Republica educaret, ac pietatem per literarum disciplinas teneris animis infereret, totos duos & quadraginta annos Grammaticæ cathedræ transcripsit; quibus & literas humaniores, & diuinos igniculos ita ingeniis accommodabat, ut in hac arte esset planè insignis; multis ad Rempublicam, non paucis ad religiosos ordines ex eius disciplina profectis. Intra 46. annos quibus in Societate vixit, non nisi vnicam epistolam dedit ad suos sanguine sibi inunctos. Si à quopiam læderetur, preces pro illo, & sacrificia offerebat. Quinque aut sex horas dabat orandi studio quotidie, nocte supplente cum interdiu id non posset, unde prima post mediam noctem horam somnum abrumpebat, ut peruigilaret in oratione Dei.

Hispanus
Marchenæ.
12. Sept.
1637. ætat.
70. Soc. 46.
Charitas.

Humilis

Mortific.
Consens.

Charitas.

Oratio.

P. PE-

XIII. DIE SEPTEMBRIS.

P. PETRVS

DIAZ. ET 4. SOCIJ.

fuit adeo promptus ac dexter, ut auditus fuerit quidam dicere; paratum se ad extrema orbis limina Petrum sequi, ut eo confessario uti posset.

MAG. LVDOVICVS

SCHIESA. SCHOL.

Hunc in scholis Comi docendis occupatum pestis ad extrema deduxit. Post altum silentium, atque suspirium vrbis, & Collegio calamitatem imminere prædixit cum in extremis esset. Nominatim è Collegio, qui essent morituri expressit. Frustra calari aiebat morbum Magistri Leua: illum in villa decumbere; & cras horâ septimâ obiturum. ita euenit, Massanum, Gattum, Redolfinum sperasse se euasuros, sed frustra: nec euasere. P. Rectorem perendie morbo terendum, & octauo post Dominicam proximam die horâ 22. moriturum; tunc mortuus est: & postridie secuturum P. Ioannem Ambrosium Vertua; secutus est. Decessurum & P. Villani; Patrem Alexandrum tentandum, sed euasurum: hic egrotauit, sed euasit; ille decessit. P. Ministrum acerbè exercendum, citra mortem tamen, ita factum. Magistrum Guidonem Orticonum, (cui hæc dicebat) penultimum fore in serie morientium. Ita & id euentus affirmavit. At vnde ista nosset petenti Mag. Guidoni, curiosius ista quàm oporteat quæri respondit, ac mysteriis procuratus 13. Sept. decessit. Guidone 12. Octobris (& vno post illum) extincto.

Italus Comi. 13. Sept. 1630.

Mors diffusa

Occiso nuper Ignatio Azeuedio, illa quâ Petrus in Indiam vehabatur nauis ab hæreticis capta est. P. Petrus, qui aliis præerat, ab auditis aliorum confessionibus rediit, vnâ cum Gaspare Goë, ac puero quodam tenello qui à P. Petro auelli se non pariebat, occisus. P. Franciscum Castrium in excipienda vulnerati cuiusdam confessione inuentum, Galli hæretici certatim, punctim ac cæsum interemere.

Michaël Aragonensis scholasticus, magnâ in seipsum sæuitiâ, & ingenio nobili celebris, cum Francisco Paulo in mare præceps deiectus.

Mox in cælitum reliquias & imagines effusus furor hæreticus. Atque hæc omnia tantâ rabie acta in Societatis homines, ut Gaspar Gonsaluius, sociorum vnus, at degener à præcellis cogitationibus filiorum Dei, vile in periculo glorioso, ac timidum caput, cum Iesuitis hæud parci, imò illos maxime peti, videret; veste Societatis posita, se turbæ immiscuerit. Sed mortem gloriosam quam fugiebat cum ignauâ commutauit. Etenim ab hæreticis in mare abiectus est cum turba inutili, quam illi alere volebant, ceu nauis ignauum atque inutile pondus. Singillatim de P. Petri Diaz virtutibus illud affertur; eum adeo fuisse modestum, sui que custodem, ut ferè in se componendo videretur occupatus. Diuinum officium semper de genibus recitabat. In confessionibus, potissimum ad scrupulos eximendos,

XX

P. GVB

P. GVILIELMVS
BOYTONVS.

Hibernus
Castella. 13.
Sept. 1647.

Hic post operam in ciuium suorum vtilitates impigro animo impensam, in clade Castellensi (vbi Hibernos Catholicos milites trecentos in templo tandem septem hæreticorum millia obruere) tunc istic vnâ

collectos Catholicos expiabat poenitentiae Sacramento. Ibi victor miles hæreticus dirè in canos senes, in foeminas, in paruulos cæde grassatus est, sanguine larè profuso. Maxima sauitiae pars in Sacerdotes incubuit. Hos inter cecidit felix victima etiam *Guilielmus*, cum hæretici, Sacerdotes potissimum ad necem deposcerent; si hos de derent Hiberni Catholicos, militem omnem impunè abire permissuri.

XIV. DIE SEPTEMBRIS.

P. PETRI DIAZ
SEPTEM SOCII IN ODIUM
FIDEI OCCISI.

14. Septemb.
Lusitani,
1571.

Fides.

Modestia.

Superstites ab hesternæ cæde socij P. Petri Diaz (de quo heri) carceribus, pugnis, alapis, & sputis malè mulctati, in summo vertice contundebantur, in coronæ Sacerdotalis opprobrium; obiectantibus hæreticis, quod in Brasiliam vsque tenderent ad fidem prauam (vt ipsi aiunt) profeminandam.

Petro *Fernandio* Nouitio, quod modestus esset, oculos digitis aperiebât. Exprobrabant cachinno hæretico, quod à Christo, à Christi matre, atque à Sanctis non iuuarentur. Ita vexati in mare abiecti sunt. *Petrus Fernandus*, & *Ioannes Aluarez* mox hausti sunt. *Didacus Ferdinandus* ad nauem aliquam, & receptus est; vti & *Sebastianus Lopez*. Alij fessi luctando cum aquis, *Credo* & *Miserere* recitabant cum *Alphonso Fernando* illicò submerso. *Iesv* nomen implorauit *Andreas Pais*, & haustus est: ac post hunc *Ferdinandus Aluarez*. Eandem in aquis mortem oppetièrunt *Petrus Diaz* & *Didacus Calualius*. Piratarum illorum an-

tesignatum aiunt postea in oppido sibi natali, securi occisum. Nauta præcipuus, cum nostros in mare abiiceret, ipse quoque delapsus, ac merfus est. *Alphonso* contra fidem plura obiectantibus respondenti, disertè dictum est: *Ob id ipsum est tibi moriendum*.

P. PASCHASIVS
BROET E PRIMIS DECEM.

In primis exercitiis in triduum pro-
duxit in ediam sine cibo, & potu. In
Hiberniam à Pontifice missus, ab hæ-
reticis quæsitus est ad necem. *Lugdu-*
ni coniectus in vincula. vt explorator,
& honorificè dimissus. Moniales plu-
ribus locis dextrè in ordinem redegit.
Fauentiae condidit sodalitiū chari-
tatis pro iuuandis pauperibus. Desti-
natus erat *Æthiopiae* Patriarcha, Ig-
natio illum *Societatis Angelum* nomi-
nante. *Ferrariae* dæmonem contra a-
lios pertinacem, auditâ obsessæ con-
fessione fugauit. *Italiae* fuit Prouincia-
lis primus: In *Gallia* postea multa pas-
sus. *Othoni* cuidam nostro *Parisiis* luc-
contacto seruiit, & suum contraxit,
quâ occubuit. Per ipsos 20. annos eni-
xè à Deo continuatis precibus humi-
litate.

liratem flagitauit. Messores illum in agro pannorum conspicati, liberali cachinno accessere, illo interea stante dum fessi conticescerent, ac postea suauissimè illis loquente. vnde illi ad veniam impetrandam se illius pedibus aduoluere. Equum ab Episcopo sibi donatum ad iter, Franciscano cœnobio donauit, & pedes iter confecit; atque ad diuersorium appulsus, diuinum officium genibus flexis persoluit. Orandi, & piorum colloquiorum insignis planè artifex fuit. Mitis illi & simplex indoles, oculique ad pias lachrymas longè facillimi.

P. A N D R E A S
O V I E D V S.

G Andienfis, ac Neapolitani Collegij, primus Rector fuit, magno mortificationis, orationis, charitatis exemplo. Fuit & Hieropolitanus primum Episcopus, deinde Æthiopiarum Patriarcha electus, paupertate, zelo, sanctimoniarum magnæ famâ mirabilis. Iam antea in Æthiopiam penetrarât, ubi coram Rege Claudio Abassinis Doctores manifestè conuicit, & aliquos ex Abassinis Ecclesiæ reconciliavit. Eapropter Claudij, & successoris illius ira in illum exarsit: adeo ut hic etiam gladio illum trucidasset ipse, nisi Regina obiectu corporis intercessisset. Fremonem iam tum Patriarcha calculi doloribus extinctus est, quem ille locum à Barbaris incolumem fore prædixerat. Nam omnibus circum bello turbatis, à Catholicis consultus, Christum in diuino sacrificio consuluit, manendum ne istic esset, an fugiendum. Et vox de cælo audiri visa bis *Fremonam, Fremonam* repetès. Istic ergò mansere securi, cum hostis omnia vndique vicina populatus etiam solo æquaret. Hæreticus illum videns ag-

nouit eundem esse, quem viderat per quietem; & ab eo de fide instructus conuersus est. Multa in eo admirabilitatem habuere. Locustæ, densæ nubes in morè omnia obreperant. Accitis in templum Catholicis, Andreas Deiparæ Virginis & Sanctorum opem litaniis petiit; & eodem tempore cadebant sensim locustæ mortuæ plures, ac plures, quò plus procedebat oratio; ut eâ finitâ ne vna quidem locusta superfuert deinceps illo superstite. Pio V. Pontifici scripturus, cum chartam non haberet, in abustis, & confutis è Breuiario marginibus scripsit, illachrymato ad epistolam lectam Pontifice.

F R A N C I S C V S
T O L E T V S. C A R D I N A L I S.

Sotus eius magister, illum ob ingenium prodigium appellabat: putabaturque suâ ætate neminem id ætatis parem habere in sapientia. Simancæ Tyrocinio Romam proficisci iussus, Philosophiam, tum scholasticam Theologiam, deinde moralem explicuit. Anno 1569. à Pio V. ad Palatii Apostolici conciones admotus est, donec tandem Clemens VIII. anno 1593. illum in Cardinalium Collegium cooptauit. P. Iacobus Ledesma iam ante in purpura illi sibi videre visus, Toleum Cardinalem dixit. Procul à se habebat delicias etiam hac fortunâ religiosè vsus. Legumina illi cibus, ac Sabbato panis tantum, & aqua, honori Deiparæ cuius in Esquiliis templum eodem die quo thebdomadis è Vaticano vsque illuc pedes profectus adibat, quæcunque tempestas esset, prospera, vel aduersa; ibique sacrificio operabatur. In Iulij mensē ieiunium inchoabat, & per dies 40. continuabat vsque ad festum Assumptæ in cælum Dei Matris, idque vsque ad vitæ finem. P. Iacobus

B.V.

Litania
Christi.Hispanus
Romæ 14.
Sept. 1596.
ætat. 64.
Soc. initæ
38.

Sabbat.

B.V.

Mortific.

XX 2

cobus

cobus Stratius ex P. Hærico Schere no Belgij Visitatore, ac aliis eius atatis viris, tria se de Toletis audisse scribit in Toleti elogio quæ totidem ferè verbis adscribam: Primum; eam fuisse primis illis religiosæ vitæ annis Toleti probitatē, ut grauiſſimus Sacerdos de Societate dicere sit solitus: arbitrarise per aliquem mortalium eā tempeſtate Deus miracula facturis eſſet, per Toletum facturum. Secundum eſt; quodd erga Deiparam Virginem ſuauiſſimè affectus, eam ſemper caſtè coluerit. In arduis negotiis ſacro eius votiuo, eiſdem opem implorare eſt ſolitus. Tertium; quod religioſa, & ſanctimonix opinione clara perſona dixerit, ſibi reuelatum, adiiſſe quidem Toletum in mortis agone æternæ ſalutis periculum, Virginis tamen ope fulcum, reſpiraffe; & celeſtis gloriæ compotem factum. Hæc Stratius. Cæterum prolixā ſemper voluntate fuit erga Deimæ matris cultū Toletus, quippe qui largis eleemoſynis erogatis eiſdem feſta coluerit, ac etiam noctu eiſdem templa religioſè inuiſerit. Ad immaculatæ conceptionis atque Annunciationis feſta ſe octo dierum ieiunio præparabat: S. MARIE maiori 12. lampades argenteas (quaſi argenteos mēſes duodecim) donauit eandemque hæredem ſcripſit, & ibi condi voluit: eiſdem de feſto ad Niues dotem Virginibus in matrimonium collocandis dedit, in S. MARIE à plantis templum etiam pijs impenſis liberalis. Poſt mortem illum ſe cuiſiam conſpiciendum dediſſe reſert Thomas Auriemma de B. V. pag. 368. ex historia pontificali, & dixiſſe: Ego auxilio magna Dei Matris ſum ſaluus.

B. V.

B. V. feſta.

P. IOANNES

FALCO.

Inter orandum videbatur ſenſum haud compos; adeo abſorbebatur à Deo. Deiparæ Virginis cultum ſtudioſè propagauit exemplo, & verbo. Hildeſij ſociū monuit, ut auertendo, quod imminabat periculo ſalutationem angelicam pronunciaret. Fecit id uterque, & ecce lapis prægrandis ex alto deiectus, in medio illorum innoxius decidit, contractus in fruſta. A latronibus hæreticis equos ſpoliatus & raptatus, mox liber, B. Virginis litanias cecinit, illam rogans ut reddi curaret, quæ amiſſet. Adſuere prædones, ac iumentum Ioanni ultro reſtituere ſine ſacra tamen ſupelleſtile, ſed & illam poſtridie ad tēpli valuas inuenit. Prolixè in ſeſſagello ſæuebat, ſæpius interſpirans & intentionem inſtaurans. Certe conſtat illi nullam noctem abiſſe quin centum ut minimum, ictus ſibi inſingeret, cum alios crederet ſomno iam preſſos. Paruuli ſupplicatione veſperinā inſtitutā, ad eas quæ in angulis platearum paſſim coluntur Deiparæ imagines ibant, & ibi orationes elatā voce pronunciabant pro Ioannis incolumitate, cum æger decumberet. Si quare indigebat, petita à P. Miniſtro veniā id inſtar mendici, amore Beatiffimæ Virginis perebat ſed addebat; id ſe velle, quod eſſet omnium deterrimum. Quidam de Societate Sacerdoti illi apparuit, & ſe Purgatorii, flammis teneri affirmans, vnum ſacrum ab illo tunc ægro petiit. quo ille peracto eundem reducem & gratias agentem vidit: prædicentemque futurum ut ex eo morbo conualeſceret, ac plures Deo adhuc animas lucraretur: deinde in cælum euocandum.

Germanus
Moguntiz.
14. Septem.
1616. ætat.
42. Soc. 11.

B. V.

Mortificat

Nihil

B. V.

Pauca

Purgatio

Sacrum

R. GVL

P. GVILIELMVS
VANDEN LEYDEN.

Belga Ipsis.
14 Septeb.
1628. a. a. t.
33 Soc. 11.

Vicatio.

B. V.

Matri illius ad Iuris lauream capescendam illi necessaria præparanti venere in mentem pericula eius vitæ quam filium ingredi videbat. Ergo coram SS. Sacramento prostrata petiit ut aliam suo filio mentem inderet bonus Deus: & impetrauit. Nam eodem planè tempore ac ferè horâ Antuerpiæ Guilielmus ad Societatem admitti impetrauit; in illa postea concionator præstans & ad leges valdè religiosè attentus. Expiravit, illas ad B. V. voces ingeminans: *ô Clemens, ô pia.*

P. STEPHANVS
SINI.

Hungarus
Claudio polo
li. 14. Sept.
1645.

Eia.

Caritas.

Romæ ad Societatem adlectus miro candore amabilis Româ in Turciam ad Apostolicos labores missus, inde post triennium Gabrielis Bethlehemi Principis accitus, superioribus vtrò annuentibus, in Transylvaniam abiit, charus Principi licet hæretico. Vnde is P. Stephano Albæ Iuliæ templum cum scholarum ædibus transcripsit, iussis inde sectæ hæreticæ ministris facessere; ac pane, vino, carnibus ei ex aula præberi iussis. Vixit istuc ad morrem vsque P. Stephanus per annos vndetriginta, inter varia Transylvaniæ turbamenta, magnum ac propè vnicum columen rei Catholice. Quare pauci iam erant nobiles Catholici qui non ex eius disciplina prodierint. Stupebant aduersarii, eius charitatem; etiam in illos amanter adedò explicatam, ac erga omnes beneficentiam ubi posset. Prudentia in illo singularis, at nulli vmbra obnoxia,

quia religiosè simplex, nec ulli suspecta elucebat, cum illis quoque qui etiam tuta omnia pertimescunt. Eos qui ab immundis spiritibus vexabantur curandi gratiâ singulari pollebat, Deo id illi dante in medio gentis hæresi vnde quaque squalentis. Per Aduentum & Quadragesimam ad concionem dicebat quotidie: diebus festis atque Dominicis iteratò, præter quotidianam scholarum curam; labore quem non sine admiratione laudarunt qui rem propius introspectere; adedò ut ipse Bethlehemi Transylvaniæ Princeps concionalibus suis ministris, quos Prædicantes vocant, cum eos segnes videret, laboriosos optimi huius senis canos, atque assiduam impigritatem obiectârît. Si ad expiandum quempiam excurrèdum erat etiam ad Leucas aliquot, labori ac industriæ non parcebat. Memoriam tenebat ea quæ in Romano tyrocinio combiberat, & perscueranter exquebatur: cum quæ rogaretur, ecur hoc illud fieri faceret, circa industrias paupertatis ad minima quæque attentæ, atque in aliis respondebat. Hoc se in Nouitiatu didicisse. Orabat semper genibus humis positus, nec meditationis horam mutabar vquam nisi magna necessitas id vrgeret. Pro lectulo nullam lineam supellectilem admisit: & sæpè orantem oppressit somnus extralectum, à quo expectatum oratio matutina excepit. Negabat Iesuitam debere esse delicatum: sed stomacho ad quamvis escam idoneo, humeris autem ad omnia ferenda promptis & expeditis. Cruci affixi Christi effigiem, quam ei Româ in Turciam proficiscèri dederat P. Claudius Aquavina, pro inciramento habuit ad ardua, & in pretio semper: aiebat eam sibi esse auro quantolibet chariorem. Et verò S. Crucis exaltatè dies illi supremus fuit in vita. Cadaver toto triduo paruit aduentibus antequam

Zelus.
animatum.

Paupertas.

Oratio.

XX 3.

con-

conderetur, magnâ virtutis ab aduersariis quoque amata, ac Societatis commendatione, plerisque dicentibus etiam ab orthodoxa fide alienis; Iesuitas profectò si tales sint qualis hic fuerit, arceri à Transylvania non debere.

Stupebant nil tetri odoris afflari naribus à cadauere tabescente. Multa de illo Annuæ Transylvanæ & singularia quæ ad animarum studium, atque ad fidei Catholicæ propagationem spectant.

XV. DIE SEPTEMBRIS.

THOMAS

P. OCTAVIVS

STILLINTONIVS. NOVIT.

NAVAROLA.

15. Septemb.
Anglus
Messianæ.
1617 ætat.
23.
Vocatio.

S Ign. &
Xau.
B. V.

Mortif.

Oratio.

Mortific.

Tempus.
Crucifixus.

Concio.

HVic in Belgio adolescenti videri visa Virgo Deipara, stipantibus eius latus SS. Ignatio atque Xauerio illum per amœnam viam ad Palatium gloriosum manu prehensum sic est allocuta; *Ingrederere huc: Hac erit habitatio tua.* Eundem sanctis Ignatio, & Xauerio commendauit dicens: *Adolescens iste vester est: curam eius gerite: ego eum vobis commendo.* Tum cognouit, Palatium illud esse Societatis Iesu templum, & singulari Societatis ineundæ desiderio se teneri sensit. Fuit in orandi dono eminens: vnde illi dulcis quædam morum harmonia, & insignis ad petita obtinenda fiducia. Captabat occasiones familiares se affligendi. Quare si federet, dorsum nullâ re fulciebat: muscas faciei molestas non appellebat. Aiebat; tempus illud quod mortificationi impenditur, optimè esse impensum. Mirabili erga vulnus lateris Christi amore æstuabat; magnum in suo etiam latere dolorem persentiscens. Quidam dixit, se illi rem magni momenti terrore in preces commendasse, ac eam rem ex animi sententia fuisse confectam. Morti proximus illo hymno delectabatur: *Ad perennis vitæ fontem mors sitiuit arida* &c. Ita animam nullus vnquam grauioris inquinamenti ream expirauit.

QVàm se infra omnes ducebat etiam cum Prouinciam regeret, tam id vestibus, & cibis abiectissimis testabatur. Inuitus, & summâ cum demissione ac parçè imperabat. Eapropter vt aliquam exercendi imperij occasionem effugeret, primâ mensæ benedicebat ipse: cum aderat. Sabbato semper ab omni cibo vesperi abstinuit in B. V. honorem; in Germania pro potu non nisi aquâ vsus. Hoc illi in ore pro tessera officij Prouincialis fuit: *Patres, mei, plus charitatis, & minus auctoritatis volo.* Idque ad amissim exequabatur; interea summa in reuerentia habitus eo ipso. Egros ipse non iussu solum, sed manibus quoque iuuabat. Incredibili politicarum artium odio, & amore disciplinæ constanter flagrabat; nullâ spe, nullo metu victus. De morte admonitus: *Constituisti*, inquit. *terminos eius, qui præteriri non poterunt. Tu, Domine, suscipe Spiritum meum!* Et 7. psalmos pœnitentiales prælegi sibi curauit. Generaliter de totâ vitâ confessus, ac Sacramentis instructus petiit humi deponi, vt in terra humilis moreretur.

Italus Bononia. 15.
Sept. 1617.
ætat. Soc.

Sabbat.

B. V.
Superim.

Mort.

CÆSAR

CÆSAR

BOSCHVVS. SCHOL.

Italus Tau-
rini. 15. Sep.
1618. Soc. 5.

Vnatio.

Regula.

Humilit.

Mort.

ANtequam è Rhetorica Societati se daret, parentibus in Conclauè accitis omnia quæ habebat musicæ instrumenta collegit; & pro ea, quæ egregiè pollebat peritiâ, singulis perscitè, ac iucundè modulatus; ore, ac manu omnia suauiter concentu versauit, exaggerato quàm maximè poterat artis extremum officio suo fungentis ingenio. Tum repenti quæ Instrumenta, qua suos allocutus; *Valete*, inquit, *valete mihi ò mea hæcenus, at fluxa, instrumenta latitiae! nam ego ad Christi vexillum, ad Societatem Iesu à vobis me studiū, mea hinc transfero.* Dixit abiicit, abiit! Et in Societate, dulcissimâ suauitate ad omnem legum harmoniam adeò attentus vixit, vt nec spontè nec per inconsiderantiam vnquam vllam earum laxare sit visus. Affligebat, despiciebat sese infra omnes. Moriens, enixè rogauit Rectorem vt sibi liceret in storea humi abiecto, & in cilicio manu alterâ flagellum, alterâ Crucifixum ori admotum tenenti animam expiare.

P. PETRVS

ÆGIDIVS CIL.

Hispanus
Barcinonæ.
15. Septemb.
1611. ætat.
72. Soc. 49Humil.
Oculi.
Castitas.

Cum per annos 40. Principum, & Episcoporum confessarius esset; nihil pro se, nihil pro consanguineis munusculi admisit vnquam à nullâ lege, vel domestico onere eximi voluit vnquam. Cum Collegia vel Prouinciam gubernaret; vestes habuit lacerimas, præclaro ad admirationem vsque exemplo se vbique abiiciens, acriterque sibi infensus. Per omnes annos quibus ad omnes adiuuandos prom-

ptus accurrebat, sensus tamen acerrimâ custodiâ circumscriptus, foeminum nullam nouit de facie. Posito magistratu P. Ministrum sabbatis manibus & cum lachrymis precatus est, vt nihil ætatis suæ, nihil alio quouis obtentu singulare præberet. Ianitore etiam aliisque rogatis, vt in laborum partem vocaretur: & faciliorem prolixiorēque moram ac operam dabat pauperibus, quàm nobilibus.

P. CAMILLVS

CONSTANTIVS.

Nobilis hic, locuples, & castissimus adolescens, olim immisissimam ad se dolo conscelerato noctu foeminam, casto furore plenus, eiecit, & ætis Christo Crucifixo gratias, IESVM ac MARIAM, ne vnquam inquinaretur, precatus est. Indiâ, & Iaponiâ impetratâ poritus, præter labores Evangelicos, & exilium, plures ærumnas tolerauit. Militis personâ rectus in Iaponiam rediit, per omnem industriam, atque pericula in animarum commoda intentus, & omnia noctu concursans. Capitis damnatus, delirus putabatur; quod diceret, se iam votorum suorum summam penitus attigisse. Tabiræ ad Firandum rogo addictus, palo fune ex arundinibus texto alligatus, ad populum de animæ immortalitate, ac felicitate fidei Christianæ dixit egregiè. Incendio inuolutus, orabat: & flamma tantisper diducta, seu aperiri visa, illum orantem ostendit, canentemque: *Laudate Dominum omnes gentes. Gloria Patri &c.* Tum teritiò Iaponicè pronunciauit voce clarè perceptâ: *O quàm benè mihi est!* Iam flammis absumebatur corpus, cum adhuc *Sanctus, Sanctus, Sanctus* quinque cantare auditus est. Dicebant barbari; tantam illam eius viri fortitudinem

Italus Tabiræ. 15. Septemb. 1612. ætat. 50. Soc. 30.

Castitas.

Fides.

Oratio.

Mort.

tudinem supra mortales vires altius
quidpiam habuisse.

P. LUDOVICVS

RICHEOMVS.

Gallus Bur-
digalæ. 15.
Sept. 1615.
ætat. 81.
Soc. 60.

Hamil.

CVM Assistentis Romæ, ac alibi vi-
sitoris, & aliis muniis fungere-
tur, dici non potest quanto ingenio sit
usus ad artes humilitatis profundissi-
mæ cuius etiam instinctu 4. Confessio-
num suarum libros scripsit, se istic ac-
cusans S. Augustini imitatione. Aue-
nitione scemina pia & probatæ virtutis,
illum ut fama est, vidit, toto capite
cælesti lumine circumfusus; quo in-
tellexit hoc humilitatis insigne à Deo
esse bono illi Patri concessum. Cum
iam pedibus captus esset, ad culinam
se deferri curabat, ut istic scutellas
abstergeret. Ad orandum tener atque
assiduus, Societatem incredibili a-
more complexus est; id, quod & ea
quæ regulas enixè observabat religio,
& scriptæ pro Societate vindiciæ præ-
clarè testantur.

P. MATTHÆVS

FERNANDEZ.

Indus in Ia-
fanapara-
nia. 15. Sept.
1618.

Italus ibid.

Glor.

COcini natus in India, in Iafana-
patam quinque millia baptiza-
uit. Lanceis deinde confossus & capi-
te plexus est.

P. Bernardinus Pecius,
seu Senensis.

Eodem die ibidem obruncatus est,
ob insignem diligentiam nauatam pro
salute animarum. Aiunt eius reliquias
suavi odore fragrasse.

P. IOANNES

SVFFREN.

MODESTIÀ incredibili & facun-
dià potens ad concionem fuit
orator inter primos, vix vlli totâ Gal-
liæ secundus. Mariam Henrici 4. vi-
duam exulem securus est; eiusdem
Confessarius, & sacer orator. In se-
ipsum tam fuit seuerus ut Coadiutori
socio debuerit obedire, ne inclemen-
ter nimirum se tractaret. Etiam per
illos quinque annos quibus Ludouici
XIII. conscientiam regebat, nunquam
ibat ad aulam, nisi vocatus, nec apud
Regem, aut Reginam quicquam sus-
cipiebat externi negotij, suum illud
opponens: *Hoc ad Principis conscientiam
minimè pertinere.* In calculi sectionis
tormento, sine gemitu perstitit,
hac sola cum voce: *Ita Pater, quia sic
placitum fuit ante te.* Mortuum P. Ioan-
nem Regina ita fleuit, ut nullam sola-
tij partem admitteret.

Gallus Phil.
singæ. 15.
Sept. 1641.
ætat. 70.
Soc. 55.

Mortific.

Patientia.

LEOPOLDVS

FREY NOVIT.

VIRGINITATIS flore semper seruato,
fuit Deiparæ puritatis suæ præ-
fidi vnice charus; à qua dicebat se ni-
hil vnquam, quod non impetraverit
petiisse. Sentiebat se à Deo ad rerum
asperarum desiderium incitari: solers,
& ingeniosus erat ad quærendas con-
temptationis vbique captandæ occasio-
nes ut rideretur, aut contemneretur.
Inter loquendum nunquam vlli con-
tradicebat, nunquam de vlllo sinistè
loquebatur. Inter acres morbi dolores
iacebat ut agnus, innocens victima
diuinæ voluntatis, quam placidè ado-
rabat cum se à nemine audiri arbitra-
retur, hæc iterabat: *Iesus Mariam me
dulcissimè*

Germanus
Viennæ
Austriæ. 15.
Sept. 1644.
ætat. 18.
Soc. 1.
B. V.
Hamil.

Marbus. dulcissimi amoris, vobis viuis, vobis mori-
Amor Dei. riar, moriar ad gloriam vestram: utinam
 mille mortes, mi Iesu, amore tui moriar:
 tantum doleo, quod tam parum amore tui
 fecerim, & passus sim. Nescio quæ aliena
 cogitatio illi fuit à pessimo veteratore
 ingesta. Tum ille velut experrectus,

exclamavit: nolo facere, nolo facere! ma-
 lo mori milles, malo damnari mi Iesu. *Tentatio.*
 tuus sum non faciam. Rogatus quid co-
 gitationis illud fuisset, respondit, fuisse
 cogitationem inutilis deuitatis cu-
 iuspiam secularis: nil tamen in sua co-
 scientia inde turbatum.

XVI. DIE SEPTEMBRIS,

IANVARIVS

DVCHVS. SCHOL.

16. Septemb.
 Italus Ro-
 maz, 1580.

Oratio.
 Lachryma.

Charitas.

B. V.
 Scrupuli.

Confessio.

DE hoc habet non pauca Societa-
 tis historia: Inter quæ: Tantâ
 ait diuinitus dulcedine repletum
 fuisse, vt ad diuinam accumbens men-
 sam adeo madefecerit solum, vt ex
 vestigio monstraretur locus, in quo
 Ianuarius orasset: patrimonio lucu-
 lento, & octoginta aureorum milli-
 bus, quæ patruus donarat paupertatem
 euangelicam pretiosiores existimas-
 se, Societatem complexum legatis ei-
 dem 25. millibus aureorum: quâ ta-
 men liberalitate Societas vti noluerit.
 Cum Tusculi præfesset, Coadiutori
 Tusculum appulso suum lectum de-
 dit, asseribus ipse contentus. Natali
 Dei matris post susceptum SS. Christi
 corpus vocem interiorem audiuisse
 ferunt, iubentem bene sperare, quic-
 quid admisisset, esse condonatum. Ita
 illi anxij doloris loco suborta fiducia,
 conscientia iam pacata à perpetua il-
 la curâ dolendi peccata; qua hactenus
 cruciabatur. Interclusa respiratio do-
 lorem illi acerbissimum creabat: sed
 precatus Deum, impetrauit, vt tan-
 tisperdum Confessioni, & S. Synaxi
 operam daret, dolor quiesceret. iis
 perfuncto illo, dolores quasi post pa-
 ctas inducias redibant. Dextrum illi
 latus ad costas perfixum dolore longè

acerbissimo, vt aditus ad præcordia
 aperiretur interpirationi adiuuandæ.
 Latus hæc ille sustinuit, non inge-
 muit, nec vultum mutauit, etiam cum
 vulnus dilaretur digito Chirurgi al-
 tere immisso in sanam carnem, neque
 caustico maceratam. Post longum
 deinde silentium oculos repente ape-
 ruit, in aliud latus ad Crucifixum se
 conuertit, & expirauit.

P. IOANNES

CARLIER.

MISSIONUM religiosè, ac flagranter
 magnoque cum fructu agenda-
 rum singulare documentum fuit Ioân-
 nes, adeo vt Albertus, & Isabella Bel-
 gij Principes illius famâ commoti il-
 lum audire optârint, auditumque ac
 laudatum sint impensè cohortati, vt
 sic pergeret. Rusticani iuxta & nobi-
 les cum aliquem in lacris expeditio-
 nibus præstantem videbant, familiari
 proverbio illum laudaturi aiebant,
 En Alter P. Ioannes Carlier. P. Mutius
 Vitellescus cum de illo magna audi-
 ret, ei in mandatis dedit, vt modum,
 quem in missionibus teneret perscri-
 beret, ac Romam transmitteret. Per-
 scriptum legit, laudauit, atque vt por-
 rô ita rem ageret hortatus est, munu-
 sculo quoque submisso, Domo ad illas
 expeditiones proditurus, adibat ad

Y Y

SS. Sa.

Patientia.

Belga Acce-
 bati, 16. Sept.
 1633.

Missiones.

Eucharist.

SS. Sacramentum & gratiam sibi ac-
 iis ad quos ibat, flagrabat; Angelum
 quoque suum, ac eorum custodes pre-
 catus, ut ipsi rem suo favore prouche-
 rent: Concionum argumentum erant
 ferè 4. nouissima: quibus ille de pro-
 fundo veterno extrahebat veteranos
 & flagitiosos. Cauebat domos nobi-
 lium; certè epulas: quibus tamen si
 adesse cogebar, se properè expedie-
 bat, ad labores redux. Vnde Ioannis
 neque manducantis, neque bibentis,
 neque dormientis illi nomen adhæsit.

Missio.

Nam 12. noctis horâ seu nocte mediâ,
 se ad templum proripiebat: ære cam-
 pano signum dabat, vel dari curabat:
 & sæpè iam tum aliquos reperiebat,
 qui cum opperiebantur, ut peccata
 deponerent. Per iter aliquando inediâ
 fatiscens nec iter prosequi valenti ig-
 notus homo panem & vinum porre-
 xit, amicis verbis erexit, in syluam
 abiit: Ad populum tantâ contentione,
 aliquando etiam quater in die, & pro-
 lixè verba faciebat, ut aliquoties su-
 dorem sanguineo simillimum sudas-
 se sit compertum. Obstinatum quen-
 dam in vinculis cum aliter ad confes-
 sionem non posset adducere, se coram
 illo nudavit, & acerrimè cecidit: Sic
 ille perimotus est ira & sortilegæ duæ
 captiue simili eius spectaculo perdo-

Pronit. Dei.

Charitas.

mita; peccata cum lachrymis sunt
 confessæ: quæcumque faciliè ducentas ro-
 go additas ad supplicium duxit, feli-
 cissimâ charitate, Domum redux, ad
 SS. Sacramentum, ad culinam, ad la-
 bores, ad corporis cruciatus redibat.
 De morte vicinâ certior factus, psal-
 mos pœnitentiales, Litanias recitabat;
 & libellum, quem in eum vsum sibi
 conscripserat, versabat, persæpè ad
 cælum aspirans, & dicens: *Iuua me,*
Bone Iesu: Iuua me bona Maria!

P. HENRICVS

CARLIER.

Fuit Henricus P. Ioannis nunc nar-
 rati fratris filius. Inclementer in se
 ipsum seuerus fuit, & in palæstram
 charitatis non semel se dedit ad peste
 infectos. Namurci Mosa exundante
 laterum tenuis gelu plenas aquas in-
 gressus est, ut ad ægros penetraret.
 Huius tum adhuc sanus, confessario suo
 dixit, P. Guilielmum Bartier Collegij
 ministrum haud ita pridem istic de-
 functum, sibi coram ad spectabilem
 adfuisse, & mortem ac felicem vnâ
 societatem breui futuram prædixisse:
 id quod euenit non multo post. Cum
 nostris seruiret peste contactis.

Belga Hui.
16. Septeb.
1636. ætat.
38. Soc. 19.

Charitas.

Mort.

XVII. DIE SEPTEMBRIS.

P. IOANNES

TELLIER.

17. Septeb.
Gallus Ro-
maz. 1579.

Romæ in Professorum Domopre-
 stans operarius, illud pro vineto-
 rum ergastulis ad animum du-
 era compendium iuuenit: quod libros
 pro eius loci ingenio idoneos industriâ
 suâ conquisitos è catenulis ferreis per

carceres hinc atque inde suspende-
 rit, velut muros magistros, & conso-
 lutores, hortatoresque, quos alij ex
 aliis legentibus audirent magno tem-
 poris melius collocatis, & concepta-
 rum inde bonarum animi propensio-
 num compendio. Ibidem imagines
 muris circumdedit, ut ij qui istic re-
 nebantur, eo spectaculo bona cogita-
 tionum cælestium semina conciperet.

Lectio spirit.

Carcera.

Ad

Ad hæc à summo Pontifice indulgentias procuravit; ut qui imagines illas adirent, fufis ibi precibus easdem indulgentias consequerentur quas ij qui vrbica templa inuifunt. Ibidem leges conditæ, illo aduertente, quibus ludi, & quædam alia morum dedecora longè arcerentur. Ut Mariano vespertini æris campani signo aliud pro Purgatorij animabus adderetur, apud Parochos primum, tum apud summū Pontificem effecit, re tam insigni in laudatum morem inductâ. Sed de his ac reliquis Ioannis gestis in eius vita ad annum 1579.

P E T R V S

VELLON COAD.

Hispanus
Compluti.
17. Septeb.
1601 ætat.
60 Soc. 34.

Oratio.

Mortis.

Lapicidæ artem etiam in Societate lita exercuit, ut orandi studium cum sui afflictatione assiduoque labore sanctè coniungeret. Multas noctes duxit peruigil in orando: & cum dormiendum erat, humi se abiciebat, saxo pro ceruicali vsus. Ter in se verberatu tā sæuo animaduvertebat quotidie, quasi petram percuteret. Antequam diuino sacrificio adesset, iam per tres horas noctu orauerat: & vesperti non prius humi ad quietem capeffendam se collocabat, quàm duas horas orando impleffet. Cum verò laborare per festa non licebat, toto antemeridiano tempore sacrificiis intererat: post meridianas horas autem precandi studio dabat sine tædio, licet legendi planè ignarus; decem facillè horis orando transmissis: idque de genibus adedò ut illa in callum induruerint. Hinc ad se perdomandum victor sui prodibat; & talis, in quo nihil quod reprehenderes reperires. Matutina sub Aurora orationi vacantem apoplexia extinxit.

R O B E R T V S

CARD. BELLARMINVS.

IN Italia, Belgio, Gallia, magno virtutis, ac doctrinæ nomine illustri famâ claruit. Anno 1599. à Clemente 8. (anathemate interposito, ni pareret) Cardinalium adscriptus est Collegio, cum hoc elogio: Hunc eligimus, quia non habet parem Ecclesia Dei quoad doctrinam; & quia est nepos optimi & sanctissimi Pontificis, Marcellus II. is erat è cuius sorore natus est Bellarminus. Experimento didicit, se quæ petebat à Deo, impetrare. Dolorem dentium petiit, ut experiretur quid esset; impetrauit: petiit liberari; liberatus est. Ipsi testes oculati Patri Recupito rēulère, Bellarminum Capuæ ad suas oues dicentem, conspectum esse luce quadam circumfufum adedò ut oculos in illum non possent intendere. Quorannis ad vnum mensem in Tycinio Romano exercitiis vacaturus secedebat. Virginitatem perpetuam circumsepsit sensuum custodiâ, cibi, ac potionis paritate, orandi studio ferè citra euagationes attento, ac suæ conscientia curâ quam maxima, etiam ad venialia omni studio constanter adhibito cuitanda; euentu felici ad officium canonicum addebat etiam officium B. Virginis, & defunctorum: & post prandium secreto solus inambulans, aperto capite, Christi & B. Virginis, coronam recitabat. Moriens, Cor, IESV, & MARIAE transcripsit: & duo illa nomina sapissimè (aliqui aiunt trigesies) repetiit. Ea, quæ admirationem habent, in eius vita videri possunt.

Italus. Ro.
mæ. 17. Sep.
1621 ætat.
79. Soc. 61.

Oratio.

Conuio.

Exercitiis.

B. V.

Mortis.

YY 2

P. RO.

P. RVDOLPHVS

CORBÆVS.

Hibernus
Londini. 17.
Sept. 1644.
Ætat. 47.
Soc. 20.
Lingua.

Huius & Pater, & duo fratres Societatem ingressi sunt, matre cum duabus filiabus ordinem S. Benedicti professâ. Celebris fuit Rudolphi virtus ab admirabili rectione linguæ meditare loqui, & prudenter tacere scietis. Per annos 12. clam in Angliâ pedes concursans omnia, laboravit; & 18. Julij 1644. ferè in sacro deprehen-

sus, non negavit quis esset. Patibulum suauissimè exosculatus est amplexu tenerrimo. Vicecomes 17. Septemb. disertè affirmavit ei hoc die moriendū quod plures ad Ecclesiam Romanam seduxerit. Aderant ad patibulum Sacerdotes qui illum, & Ioannem eius amicum pari de causa cadendum, dato ab illis pœnitentis animi signo, à peccatis absoluerent. Ita suspensus tum secti in partes, eo die quo Gerardus Corbæus Rudolphi Pater ante septem annos in Societate de vita migrarat.

Fides.

Fides.

XVIII. DIE SEPTEMBRIS.

P. IOANNES

MVLHVSINVS.

Germanus
Treuiris. 18.
Sept. 1609.
Soc. 24.

Prudentiâ & charitate fuit insignis. Treuiris vrbis, & Collegio, quod regēbat erat carissimus; eoque acerbius tulere immaturâ morte ac apoplexiâ subitâ sublatum. Hoc in illo minime omittendum, quod cum Romam tunc adhuc hereticus appulisset, vbi Summum Pontificem vidit, ac diligenter aspexit, agnouitque hominem verè esse; non verò monstrum, seu bestiam infandam (id quod à suis heterodoxis magistris audierat) repente lumine celesti perfusus manus veritati orthodoxæ dederit, postea Societatem quoque amplexus.

Fides.

bat, & diebus Dominicis vesperti legebatur, ut illa menti altè imprimeret. Mortis memoriam sibi manè quotidie dum surgeret reuocabat in mentem. In hebdomadam totam distribuerat mysteria Christi passi, Sanctos tutelares, virtutes nobiliores. Silentium, ac tempus illi charum erat; ne quid ex alterutro malè efflueret. Vota in sacro quotidie instaurabat: foeminas nunquam visebat: & si alloqui eas necessitas postularet, oculos humi semper defigebat; idque constanter, etiam cum per ipsos 28. annos gereret officium procuratoris: per quos omnes annos nunquam turbari est visus pacatè semper idem, ac sibi simillimus.

Euchar.

Ment.

Castitas.

Modestia.

ANTONIVS

DE CAMERA. COAD.

Belga. 18.
Sept. 1621.
Ætat. 56.
Soc. 30.

DE somno sapè partem decerpebat, ut se ad SS. Eucharistiam aptius præpararet. Bona desideria in oratione concepta, in libello adnota-

P. IOANNES

SANZIVS.

Totus erat in artibus humilitatis excelsæ, cuius aciem nulla sublimia officia hebetarunt. Etiam cum Prouinciæ præesset, nihil de communi disciplina, nihil de sui afflictatione, nihil

Hispanus
Valentia.
alij ponūt
17. 18. Sept.
1617. ætat.
71. Soc. 54.

Humil.

nihil de officiis humilibus omisit aut remisit. Assiduus illi sensus perennabat dulcissimæ pietatis. Etiam 70. iam annos natus, primus ad manè surgendum, ad verrendum primus erat. Seu præflet seu subeslet, nullius operam ad purgandum, vel componendum suum cubiculum admisit vnquã. Tota supellex cubiculi hæc erat: lectulus, mensa, sella, ligneus Crucifixus, B.V. imago è charta præter hæc nil aliud admittebat. Sabbato ieiunabat honorari B.V. & lances tergebat semper, etiam senex. Pauperibus distribuendi sportulas curam ipse suscepit: & id perdiligenter, piè, ac de genibus faciebat, vt Christo se seruire meminisset. Mortuus reliquit post se opinionem admirandæ virtutis. Omnis literaturæ humanæ ac diuinæ (sed mysticæ potissimum Theologiæ) fuit eximie peritus. Rectæ intentioni ad Deū creberrimis aspirationibus dirigendæ adedò assueuerat, vt particulatim singula, etiam minima, redderet pretiosa semper actuando, vt ita dicam, seu mente aut etiam ore singula referendo ad maiorem Dei gloriam. Miræ teneritatis fuit in spiritualibus exercitationibus. Ante mortem, cum nihil adhuc subesse periculi videretur, impensè petiit, ac tandem obtinuit, extremis mysteriis communiri, & ad singula ipse respondit æquè atque si ei valitudo constaret. Iam vinctus, Hæc, in-

quit, ergò peracta sunt: & corpus componi petiit, ac mox vixit.

P. IOANNES

FAGOT.

Piè semper ac modeste hilâris, adque labores tam promptus quàm idoneus fuit. Lutetia, alibi quæ magno cum fructu auditus est per annos fere sex & quadraginta. Infensus illi dæmon in exorcismis energumena cuiuspiam Nanceianæ minatus est, se breui eum rubore suffusurum. Respondit Fagotius; se illius viribus vires Angeli sui custodis oppositurum. Non ita multo post in oppido Sammiellano concionem exorsus, fallente memoriâ nihil habebat quod diceret. Quocirca rogauit Auditores vt pro quodam afflictio preces tantisper funderent. Orante concione, mox illi memoria fidelis rediit eorum quæ illi obliuione planè exciderant. Id operâ dæmonis factum fuisse vt obliuione illâ turbaretur, illud indicio est, quòd cum perplexus hareret, eodem tempore dæmō Nanceij palam insultans dicere sit auditus: *Nunc malè est Fagoto.* Hic fuit qui P. Carolum à Lotharingia exercitiis excoluit cum ille animum ad Societatem adiecit: eumque ad tyrocinium Romanam duxit.

Lotharingus Metis. 182
Sept. 1657.
ætat. 77.
Soc. 56.

XIX. DIE SEPTEMBRIS.

P. NICOLAUS
MAGNIENVS.

Rhetoricam, Philosophiâ, Theologiam ita docuit, vt ab ingenio & virtute ab omnibus laudaretur

& amaretur. Nec vllus illum despiciebat, nisi ipsemet se ipsum: optabatque in infimæ classis disciplina tradenda emori. Non solum nunquam vllò dicto verbulo se laudauit, verum nec vllò suæ laudis vmbram præferente sermone est delectatus: & in morte
YY 3. dixit

19. Sept. Eb.
Gallus Lugduni. 1612.
ætat. 42.
Soc. 24.

Humilit.

Ecc.

dixit se orantium eorum, qui vnquam istic fuissent mortui, deterrimum, eoque suffragiorum maximè indigum esse. Modestia illi splendebat in vultu, & mirè omnes alliciebat. In cubiculo nihil quod valetudo tenuior aliàs postularet admisit, nihil quod ornatum saperet. Romam iturus, id pedes fecit; & pedes rediit; licèt superiorum illi charitas ad viaticum non deesset. Denique tale fuit, Nicolai & ingenium & virtutis laus, vt è vulgari hominum numero peculiari quadam eminentiâ sit secretus.

P. ALPHONSVS

GIANOTTI.

Italus Bononiæ. 19. Sept. 1649. ætat. 33. Soc. 34. Tapor. Meditatio.

Modestia.

Castitas.

Mortific.

Cum in tyrocinio haud satis flagranter pro nouitiorum consuetudine se virtuti religiosæ dederet; repente in meditatione quadam adeo exarsit, vt alius ex illa planè à se ipso redierit. Pro alio nouitio se pœne reum aliquando stitit, licèt culpæ affinis nō esset. Nec deinceps per omnem vitam laxauit oculos primâ illâ modestiâ circumscriptos, nec refrixit animo flammis cælestibus tunc accenso. Multi ad sancta sanctè succensi sunt viso Alphonso, dicebantque vidisse se in illo quid spiritus feruor esset. Ad regendum Bononiense Collegium debuit obedientiæ præcepto compelli; & rexit exemplo magno, nihil suo vel honori, vel commodis vsquam indulgens. Virginitatis gloriam humilitatis industriâ, orandi assiduitate modestiâ, abiectionis officiis, ac sepè rudi è tela veste ornauit. Sæpè ieiunio se macerans, Bacchanalibus, id est publicè gulæ reis temporibus, non semel totos dies ieiunus traduxit. Vindicatæ alienæ pudicitæ præmium tulit, quando ab iis, quorum libidini illam eripuerat, ligno percussus, per scalas actus est præceps.

Quandam etiam sanguine demoni authoratam, in auream libertatem asseruit. Iusserat Alphonsus molestum illum dæmonem ad se mitti: sed dæmon fremens, sibi in Dei seruum potestatem esse negauit. Cum præfesset, suum è lecto stragulum, alio non admissio, ad pauperem tegendum misit.

P. IOANNES

DE HERRERA.

Cum instinctu cælesti se ad Societatem vrgeri aduerteret, neque tamen se satis expediret, teneriore quàm in causâ tali par erat matris amore deuinctus, tum demum subactum sibi animum sensit, quando è pia quadam Christi columnæ alligati effigie audire sibi visus est hæc voces: *Quo modo deie la mia? Et ego quomodo reliqui mentem?* adiectis Latinè, etiam hisce verbis: *Faciam te in amorem magnum.* Societate initâ per 4. annos nihil cælestis roris persentiscere sibi visus, viuebat corde arido ad diuina. Sed post æneum cælum, totum factum illi est melleum, tantis deliciis delibuto, vt etiam fama sit illum certiore redditum peccata sibi esse dimissa. Miro erga Deum amore se vri sentiebat. Vnde promptus ad pericula omnia proximi lucrandi causâ prorumperebat, quicquid esset ferèdum incommodi. Cum Collegiis præfesset, se ad gestandas portæ clauis ianitorisque officium, ad infima culinæ obsequia demittebat; exibat comes Patrum ad ægros iuandos euntium. Vt Deus iis qui animabus ad fidem adducendis dant operam adiutor adesset; multis precibus, & assiduâ sui afflictatione agebat. Totus nobili quodam ardore inflammatus, indies in diuino amore crescebat, vique ad mortem; in qua ei Deipara se illi adfuturam dicitur promississe. Vnde

Hispanus Marchensis. 19. Septeb. 1646. ætat. 85. Soc. 64.

Vocatio.

Ann. Bii.

Humilit.

Zelus.

B. V.

de

Mori.

de moriens Patrum cuidam qui aderat diserte dixit: *Si mi Senora mi llama, vamos.* Si me mea Domina vocat, ea-

mus. Fama est, Deum per illum in vita & post mortem quædam non ordinaria operatum.

XX. DIE SEPTEMBRIS.

IOANNES

P. FRANCISCVS

MENDOZA. NOVIT.

CARDOSVS.

10 Sept.
Hispanus
Martini 1556
vrat 27.

Vocatio.

Exemplum

Humil.

Petri Marchionis à Valle filius & Castello nouo seu arcis Neapolitanae praefectus, magnâ maiorum munerum spe, ac lautis quæ cum dote opima offerebantur nuptiis posthabitis, impetratâ à Philippo. Rege potestate, Societati animum addixit: quo tempore dum moras inuitus trahit, totis moribus ita est mansuefactus, vt Adolescens Mahometanus eo exemplo permotus Christianam fidem sit amplexus. Romam ad Ignatium conuolauit Ioannes; & inter Nouitios gloriosum duxit se ad infima quæque abbiicere. AD uce Palliani uisitatus, è culina ita vt erat linteo præcinctus prodiiit, amplexum quæ accepit. Verum per sex ferè menses his intentum valetudo defecit ob quam dum Neapolim Româ uehitur, (condito prius testamento, quo sua omnia pietati transcribebat) in villa marij quæ *marinum* dicitur, propè Tusculum 12. Kal. Oct. decessit è vita, obediens usque ad mortem. Romæ conditus, apud Professos. Ante iter iam se generali confessione expiârât, & pridie diuina mysteria usurpârât; bis quorthebdomadis diuinâ Eucharistiâ refectus, & admirabili lætæ conscientia pace tranquillus.

Primarum partium Concionator cum esset, maluit tamen catechesim apud rudes puerosque tractare, arundinem suam ostentans, ac dicens; plures se celo addixisse sceptro illo quam concionibus quibuscumque. Sed & mors illius documento magno fuit quippe is, qui heri ad lachrymas plurimorum de mortis insidiis, ac filio uiduæ in Naim, ita dixerat, vt vix vnquam melius dixisse sit visus, qui post meridiem in catechismo suspensum tenuit confertissimum auditorem de morte item differens affluenter, hoc die manè piæ lectioni affixus, mortuus est repertus. Quid tunc legerit, particulatim explicuit Procuratorum Patrum quidam inde Romam appulsus, è cuius testificatione sunt illa de Cardosi mortè in pretiosis occupationibus mortuorum: P. Franciscus Cardosus in Lusitania Concionator dicendi gratiâ præstans, at uirtute præstantior; in Vlyssiponensi Professorum Domo ab ædituo illum ad sacrificium celebrandum euocante mensæ suæ in cubiculo assidens mortuus est repertus. Acciti alij reperere illum porrecto in apertum librum (erant Biblia, vel missale) digito impressa istie hæc verba monstrantem: *Beati mortui qui in Domino moriuntur.* Exequiæ illi tanto gemitu factæ vt nihil simile vnquam uiderit Olyssippo. Symphonicorum quoque Sodalitas ab illo erecta inferias.

Lusitanus
Vlyssipong.
20. Sept.
1604.

Lectio.

Mori.

inferias illi fecit celebrare Regibus pari. Aiunt, fuisse qui è dolore morbum & mortem contraxerit; & omnes ferè infidiosa mortis metu percussos, conscientias expiasse. Dictabat & ipse; non in lecto se, ignaua morte, sed stantem, moriturum.

P. IOANNES

BAPT. CECOTTVS.

Italus Romæ. 10.
Sept. 1640.
ætat. 84.
Soc. 68.
Silentium.

Veniale.
pecc.

SS. IESV nomini tenerè addictus, illud manantibus ab amore lachrymis pronunciabat. In Collegio Romano per annos 40. & amplius non nisi semel in die refectus est. Gaudebat ita se abdere in cubiculum, ut ignoraret quid foris ageret Roma, vel mundus. In meditationis apparatione quartam horæ partem, aliam item quartam horæ partem in prævidendo sacro ponebat. In Societate nunquam meminisse vel venialem noxam deliberato studio commississe. Perennes illi

manabant ab oculis lachrymæ facili quavis occasione effusæ. Aiunt eum per annos plurimos pedem nunquam è Collegio extulisse.

P. HENRICVS

HVISKENIYS.

Non nisi de Deo illi lubeat loqui: atque ut ne verbo laberetur, timebat horas colloquio destinatas. Quocirca illas addiscendis linguis variis impendebat. Latine Germanicè, Italicè, Hispanicè, Gallicè quin etiam Hebraicè loquutus est, id est & Chaldaicæ, Syriacæ, Arabicæ, fundamentis. Ante initam Societatem à malæ notæ fœminâ venenum sibi propinatū ubi sensit, S. P. Ignatii imaginem stomacho applicuit, ac toxici vim infregit. In Societate quoque acutissimos ventriculi dolores, eiusdem sancti effigie ventriculo admotâ feliciter tranquillauit.

Germanus
Dusseldor-
pij 10. Sept.
1645.

Lingua.

S. P. Ignat.

XXI. DIE SEPTEMBRIS.

CELSVS

ANTONIVS

FINETTVS SCHOL.

AMBROSIVS. COAD.

21. Septemb.
Italus Romæ. 1597.
ætat. 23.
Soc. 6.
B. V.

Mortu

Magnæ pietatis purique candoris, & egregiæ expectationis adulescentem hunc vocat Romanum Collegium; addens illum cultui matris Virginis præcipuè fuisse addictum à qua etiam visâ, mortem sibi, & salutem certò prædictam narravit, diem quoque purgantium poenarum in quadriennium finitam nunciassè; adiecißè insuper B. Matrem, M. Antonium Ridolphinum breui secuturum. De hoc dicam 12. Octobris.

Manè luce dubiâ in remotum ab arboribus locum secedebat, ut se more consueto verberaret sacra, synaxi hac industriâ sese paraturus: & è fornice in templum quod tunc edificabatur cecidit. Nudatus, cilicinâ veste indutus apparuit. Sibi deinde reditus, & sacris mysteriis communitus excessit.

Hispanus
Angelopo-
li. 21. Sept.
1599 ætat.
41. Soc. 6.

Mortu.

P. AN-

P. ANGELVS

SIBILLA.

Italus Cal-
tagimæ. 21.
Sept. 1611.
ætat. 72.
Soc. 59.

Angelus Siciliæ est habitus modestiâ, virginitate perpetuâ, mirabili orandi vsu singularis. Per 18. annos docuit; aliis præfuit, & quidem per annos 30. Nouitiis; exemplo, peritiâ, lætitiâ, sui afflictatione spectatus. Nunquam vllam se affligendi, aut vincendi artem docuit vllum, quam ipse non exercuerit. Agno Dei seu cerâ benedictâ extinxit incendium; & suam quoque mortem probè adhuc valens ex vero prædixit. Plura de illo in vita.

Mortific.

Cumplum.

P. IOANNES

AMADEVS.

Gallus Ro-
mæ. 21. Sep.
1620. ætat.
43. Sgc. 26.

Atentissimi quique in illum oculi nihil in illo quod reprehende-

rent, inuenere; adeò sine felle, cautus in verbis, exquisitus in accuracione domesticæ disciplinæ vixit semper. Christi dolores meditabatur tenerè atque ardentè. inde illi heroica quædam patientiâ inter dolores. Virgini cuidam piissimæ, se ipsum sed nomine tacito, commendârat. Illi pro Ioanne oranti Christus apparuisse dicitur quinque funiculis (quinque vulnerum indicibus) Ioannem trahens in cælum, & dicens: *Cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum & glorificabo eum.* In morbo cum phrenesim timeret, iterum pro illo, id petente, orans illa virgo vocem accepit, quæ dicebat: *In pace in id ipsum dormiet & requiescet.* ita factum non sine magna post se relictâ opinione virtutis ordinariâ maioris.

Patient.

Morbus.

Funiculi.

Mors.

Christi vulnera.

XXII. DIE SEPTEMBRIS.

P. PETRVS

RIBADENEIRA.

22. Septemb.
Hispanus
Madrivi.
1611. ætat.
86. Soc. 71.
alias ponit
1. Octob.

Hunc tunc adhuc puerum ob indolem præclaram Societati necdum confirmatæ adiunxit S. P. Ignatius, quem postea in Beatorum numerum ritè relatum videns Petrus, mortuus est incredibili plenius lætitiâ: & cum à moriente Prouincialis, ac Socij benedictionem postularent, nec ipse loqui posset; digitum in B. Ignatij imaginem intendit, significans, illam ab illo esse petendam. In Societate missiones obiit, Collegia, & Prouincias gubernauit, Assistentis munere functus est. præclarè de S. P. Ignatij

vitâ, de instituto scripsit; & Latinè & potissimum Hispanicè, scribendi arte præclarus. Habitabat in alto Collegij ne crebrò à secularibus viseretur, cum esset amantissimus distributi à se temporis atque silentij. Statim atque de lectulo surgebat, osculabatur terram, idemque faciebat à sacro vel aliunde ad conclaue reuersus. Plura de illo in vita ad annum 1611.

Silentium.

Mand.

IOANNES

BRIENNE. COAD.

Dvo in hoc sunt præcipua. Alterum quòd haroum sine vitam terminâcit in obsequio lue tactorum; alterum,

Belga Atre-
bati. 22.
Sept. 1627.
ætat. 54.
Soc. 10.

Vocatio.

SSS. Trinit.

alterum, quodd ad Societatem impe-
trandam ad SSS. Trinitatem enixe
confugerit, desiderio tanto vt votire-
ligione sponderit, se si desiderij sui
compos fieret, in editum SSS. Trini-
tatis montem Tornaco Neruiorum
imminentem reptabundis genibus eu-
asurum. Et verò annuit eius optatis
SSS. Trinitas. Quocirca vt primum
se ad Societatem admissum certior est
factus; confestim proiectus in genua
sursum ad montem SSS. Trinitatis re-
pens, gratias reddidit sanctissimæ
Trinitati.

COSMVS

MEACENSIS. COAD.

Meacensis
Ximi. in-
certo men-
se ao die an-
1595. erat.
47. Soc. 25.

A Patre suo, & patruo Bonzio ob
fidem Christianam susceptam
variâ fraude, blanditiis, minis, carce-
re vnus anni vexatus, euasit tandem,
& ex hereditate proscripius, eâ lu-
bens, etiam dato chirographo cessit,
Patrem ac hereditatem cum S. Fran-
cisco dicens se habere in celo Societa-
ti adiunctus, magno desiderio atque
ardore pro conuertendis aliis labora-
uit; & quâ concionibus, quâ respon-
sis datis, plures conuertit. Per annos 4.
pro Patre, Matre, ac suis, vt saperent,
flagranter Deum precatus, tandem il-
los omnes, ingenti suo gaudio, Christi
lauacro lotos vidit. Gratia Regina
Tangi sæpè illum de fide Christiana
consuluit, ac tandem veritati manus
dedit.

Fides.

IOANNES

YAMA. COAD.

I Nter continuata vitæ, mortisque Iapon. len-
di. 12 Sept.
1637. erat.
67. Soc. 47.
Ipericula Euangelio præstantem suâ
eloquentiâ operam per regna Iaponiæ
quaquauersum excurrens nauauit, et-
iam ab exilio reuersus Macao. In car-
cere scriptione nobili Iaponibus suis
offusas tenebras ostendit: & ibidem
permultis profuit ad salutem per an-
nos plures tentus, atque ab optimati-
bus etiam visitatus, qui explicatam ab
illo fidei veritatem perspexere. Iapo-
nico tandem suspendio è pedibus in-
scrobem pendens vixit extremum.

Fides.

P. MICHAEL

PINEDA.

Solidarum virtutum exemplis cla-
rus fuit Michaël, multis in patria
exhaustis pro fide laboribus postea
extorris Manilæ in Philippinis. Inde
reuersum cum exploratores omnibus
exquisitæ solertiæ artibus ad necem
quærent, ab eo apud quem diuerte-
rat, meru perculso, non quidem pro-
ditus est, sed clam nocte intempestâ,
cælo tunc maximè imbribus sæuiente,
dimissus è domo. Ab eius noctis in-
commodis morbum contraxit; quo
intra triduum confectus est, cum ad
cruentam mortem toto desiderio aspi-
raret.

Iapon. Nij-
gasachian.
Sept. 1637.
erat. 16.
Soc. 16.

Fides.

XXIII. DIE

XXIII. DIE SEPTEMBRIS.

P. NICOLAUS

BOBADILLA.

HVnc egestas Parisiis ad S. P. Ignatium compulit, à quo adiutus primum, deinde inter socios primus adlectus est. In Italia, Viennæ, Austriæ, ac passim in Germania & Dalmatia doctè vtiliterque Catholicam rem gessit. Episcopatu quoque detrectato, quem illi Rex Ferdidandus obtulerat. Dum ægris seruiret, peste contactus; cum pro orthodoxis, & virtute variè satageret, in capite vulneratus, ad indulsum vsque spoliatus, veneno propinato appetitus, cum morbis variis colluctatus, ex his omnibus ad Apostolicos labores emerfit. Romæ in generalibus post extinctum Ignatium comitiis turbarum aliquid excitat: sed errorem tandem aduertit, serioque respuit. Pro mortis quiete Lauretum optauit, vt in sinu Beatissimæ Virginis expiraret idque illi euenit feliciter. Fuit vir acri omninò ingenio & zeli ac pietatis pleno. Conscripterat sibi peculiare quasdam pietatis exercitationes in dies aliquot digestas, in iisque distribuit suam vitam particulatim, & postea vitam Christi, atque nouissima, in quibus Infernum considerans, damnatos istic attentè contemplatur, *ac si* (inquit in chirographo suo latino) *viderem eos per foramen aliquod in Inferno*. Descripsit sibi etiam veri religiosi effigiem, qualis esse non debeat & qualis esse debeat: non otiosus, quiete carens, pudens laudis, fugax commodi, superbus ad vitia, canis in dormitorio, columba in refectorio, cæcus in vrbe, suspensus in

cælum, mutus in ira, mortuus seu cadaver inter mulieres, rarus in verbis, assiduus in lachrymis, sibi amarus, aliis dulcis, animi sui victor, verus amator. Hæc ex illius manuscriptis.

P. GABRIEL

VASQUEZ.

IN hoc viro cum summo ingenio summa in legendo, & studendo diligentia eam illi doctrinam peperit quæ legimus, quam compluti, & Romæ per 29. annos docuit ingenio, ac diligentia Magistro dignâ. Elucebat in illo summa virtus in literatura tanta, vt de illo scribunt clarissimi quique viri, cum *Hispani Augustini* elogio, & aliis laudibus honorantes, apud Gabrielem de Henao de Eucharistia disp. 12. nu. 91. præter alios, Basilii Legionensis, ait. *Vnum Vasquez sibi esse pro mille*. Luitius de S. Ioanne dicit Vasquium esse *Solem Theologia, Magistrum Magistrorum, & Doctorum; virum admirabilem in omni virtutum genere, Angelum vitæ, & intellectus*. Fuit sincerè candidus sine omni fuci aut ambitionis vmbra. Nec minor in illo erga religiosam disciplinam quam erga studia fuit amor, cum studiis vteretur pro sanctimonie instrumento, non disciplinam domesticam studiis, verum studia domesticæ disciplinæ accommodans, tanquam, vt dicitur, accessorium principali.

Hispanus
Compluti.
23 Sept.
1604 ætat.
55. Soc. 37.

Regula.

Studia.

ZZ 2

P. AV.

P. AVGVSTINVS
CANVS.

Mexicanus
Mexici. 23.
Sept. 1622.
ætat. 70.
Humil.

Castitas.

Leſia.

Oratio.
Mortific.

E v.

Festa vir.
1811479.

1. **I**N tyrocinio excelluit virtute. a-
liis quoque ad imitandum pro-
positus. In humaniore, ac sublimiore
literatura ingenio ac doctrinâ præ re-
liquis suspiciebatur: ipse tamen adeo
parvus erat in oculis suis, vt cum lite-
ris operam daret, in coadiutorum, seu
laicorum, vt vocant, catalogum refer-
ri voluerit. Eruditione, ac studendi
assiduitate fuit mirabilis, & per ipsos
viginti annos diuinæ scripturæ libros
ita est interpretatus, vt duo Generales
cum ad lucubrationes suas typis eden-
das inuitârint: at ille maluit abiectus
esse, atque latere.

2. Illibatæ puritatis suæ nitorem
seruabat omni custodiâ, lectione, ora-
tione, corporis afflictatione, animi de-
missione, ac præcipuâ erga Dei Ma-
trem propensione deuotissimæ volun-
tatis. Per ipsos quadraginta annos
nullum diem sibi præterlabi est pas-
sus, quo vnum caput è S. Augustini
meditationibus non legisset; vt inde
amare Deum indies magis condiscer-
ret. Horas plures fixis humi callosis
genibus ducebat orando. Quotidie se
verberibus inclementer accipiebat:
adeo, vt nonnunquam eum humi pro-
labentem vires destituerint. Pannosæ
illi vestes. Nihil ab extrariis ad sua
commoda vnquam vel petiit vel ad-
misit; quicquid locupletes confanguini-
nei, familiares, discipuli que vrgerent.

3. Deiparæ amore solido, tenero-
que flagrabat. Eius officium, & psal-
terium, veluti sui amoris & honoris
pensum, recitabat quotidie. Festa eius
colebat ieiuniis; & exercitatione il-
lius potissimum virtutis quæ in festo
quolibet singularis præ aliis elucet.
Scripsit in *Magnificat* Deiparæ canti-

cum, commentarios ingenio, erudi-
tione, pietate repletos. De illa domi
& foris, palam & priuatim disertè ac
linguâ mellis suâ diserebat: neque ne-
gabat quicquam quod ab illo Deipa-
ræ nomine petebatur. Morti vicini-
us querebatur coram Dei Matre, se
tepidum esse, adeoque ab ea desertum
videri: sed illa mox tantâ cum suau-
tate perfudit, vt videretur sibi cælum
gaudiis interesse. Aiunt, Deiparam ei
tunc in mentem reuocasse omnia quæ
vnquam legerat de materna illius in
suos pietate, atque amore. Tum ille
plenus gaudii, eamus, aiebat, eamus
ad Deum reuelatâ facie contemplan-
dum. Ad extremum Dei matrem dul-
cissimis è D. Anselmo verbis allocu-
tus, vixit felix! Cadaver illius octauo
post mortem anno integrum, ac velut
recens repertum est.

Mort.

P. IOANNES
BENTIVOGLIVS.

Hic præter natiuam comitatem e-
gregiâ erga S. Xauerium pietate
fuit conspicuus: & mortem obiit sin-
gulari Xauerij fauore memorabilem.
Imminebat (vt scripsi in annuis) ia-
centis capiti picta imago S. Francisci
Xauerij, quæ, dum æger Patris Pro-
uincialis Romani manu, pluribus de
Societate, alumnisque Græco in Col-
legio (cui præerat) nonnullis præsen-
tibus oleo sacro ad mortem vngeretur,
visa est oculos circumferre, ita vt pu-
pillæ nunc in dextrum latus, nunc in
sinistrum moueri viderentur: iterum-
que in altum elatæ spectare cælum: id
quod meditatè ac diligenter obserua-
tum est ed facilius, quod spectaculum
durauit diutius, adeo vt alius alium
ad spectandam attentè rei tam inusi-
tatæ admirabilitatem inuitârit. Quo-
circa, præter pictorem vnum, res est
plurium

Italus Ro-
ma. 13. Sep.
1655. ætat.
43. Soc. 14.

S. Xauerius

Mort.

plurium oculatorum testium tum de Societate tum aliorum (etiam scripto datâ testificatione) firmata: & ego hæc ab ipsis qui adfuere accepi.

P. IOANNES
CALLANT.

Belga An-
tue. p. 13.
Sept. 1625.
ætat. 31.
Soc. 9.

Mort.

Charitas.

Contagione in obsequiis charitatis acquisitâ extinctum Ioannem eadem horâ quâ obiit cælum magnâ cum luce petentem vidisse fertur Anna de Iesu monialium S. Theresiæ mater: id quod ipsa monialibus narrauit prius quâ de illius morte nostri quicquam possent resciscere. Rem Antuerpienses annales narrant.

P. CHRISTOPHORVS
CLEZLIN.

Germanus
Monachij.
23. Septeb.
1640. ætat.
49. Soc. 33.

Sanctij.
Mort.

A Sueco inter obsides Monacenses abductus, ferè triennio istic arctè crudeliterque habitus, hæreticam rabiem tulit animo æquo, & religioso. Duæ illi virtutes cordi maximè fuere; humilitas, & charitas erga Deû, Gymnasio Monacensi præfuit cum pietatis & industriæ commendatione. Pro felici morte illam excogitauit industria

ut Sanctos in quorum se fidem sæpè, atque ardentè pro illo articulo commendabat, & erga quos ampliùs aliquid fiduciæ dulciore habebat, in charta adnorârit nominatim, litaniarum in modum, eamque chartam sibi mortuo in os inseri voluerit; ut vel sic suo chirographo, & ore muto testaretur, cupere se illa verbis, & corde, quæ in ore chartaque haberet exprimere, ac opem cælitum totis viribus implorare.

P. IOANNES
WEIS.

Licet de hoc nihil particularim, nisi consuetas eximij religiosi laudes, habeamus; habet tamen eius mors illud minimè omittendum; quod à morte spectabilis adfuerit Patrum cuiuspiam, petieritque impensè tam ab illo quàm ab alijs Patribus pro se diuinum sacrificium celebrari. id quod ubi religiosè factum, post dies octo eidem Patri, cui ante, spectatus, actis pronuatâ piâ operâ gratiis, dixit; se post octo dierum, & noctis vnus cruciatus in flammis purgatorij exantlantos, nunc demum felici libertate donatum.

Germanus
Choinecij.
23. Septeb.
1656. ætat.
76. Soc. 48.

Purgator.
Hebdomada
purg.

Sacrum.

XXIV. DIE SEPTEMBRIS.

P. GEORGIVS
FERNANDEZ. ætat. 33. Soc. 18.

P. GOMEZ
DAMARALIVS. ætat. 37. Soc. 20.

24 Septeb.
Lusitani in
Iaua. 1580.

Georgius cum Aquaiuia in Indiam venit: Gomez ante illum cum Valignano: idque se dixit à

Deo per Deiparam, quæ Rupis Franciæ nomine in extrema Castella percolitur, impetrasse. Nam peregrinatione votiâ illuc profectus, quod à Superioribus non poterat impetrare, ibi voti Indiæ adeundæ compos effectus est. Ambo in eâ quam Goâ Amboinum instituerant nauigatione, à Ianensibus, Christi ac Lusitanorum hostibus, vnâ occisi sunt, cum Christianos in naui expiarent. Z Z 3 P. Ca-

27.

Fid.

P. CAROLVS
PHARAO.

Italus Mes-
sanz. 24.
Sept. 1591.

Vocatio.

Mors.

Hic Societatem toto desiderio optanti, & ne ad eam, iret à suis Domi prohibito, adeoque incluso, tantus id quod optabat assequendi ardor exarsit, ut nocte intempestâ lintheis colligatis per fenestram sese demiserit, atque iisdem reclusus ad nudum Christum seminudus, nobilis puer, profugerit: parentibus virtutem admiratis, ac bene illi precantibus. Placuit heroicis ille animus S. P. Ignatio. Idcirco illum Romam accersitum voluit Romano in Collegio Philosophicis ac Theologicis erudiri; quæ ille ita didicit ut eadem cum laude docuerit; ubi etiam discipulum habuit Bellarminum, postea Cardinalem tantum. Ad conciones quoque peridoneus fuit fructu insigni. Cum verò paterna illius domus (è qua ille gloriosâ illâ fugâ sese proripuerat) à Societate fuisset empta, & iam in usu nostro esset, contrigit P. Carolum in eodem in quo natus erat conclavi spiritum exhalare.

P. FRANCISCVS
MARINVS.

Italus Nea-
poli. 24.
Sept. 1591.

Sancti.

3. Sept.

Huius nobilitas in Ducibus eius Neponibus conspicua, non minorem in illo virtutem ac doctrinam ornauit; quippe quem ingenium, & eminens Philosophiæ ac Theologiæ scientiâ commendârit. Repertis Messanzæ S. Placidi & sociorum corporibus, cum disputaretur, an verè illorum ea corpora viderentur, P. Franciscus nocte terciâ mensis Septembris anno 1588. in conclavi suo, se proluxâ precatationi dedit ac, si corpora verè illorum Sanctorum essent, à Deo flagran-

ter, per Sanctos illos, petiit contritionem à vero dolore atque amore, cum tenero sensu pietatis profectam. Impetravit. Etenim ubi ab orando surrexit ut cubitum concederet, repentinis coortis lachrymis atque singultibus, totum peccatorum per omnem vitam à se commissorum catalogum ob oculos mentis positum particulatim, & manifestè vidit, doloris, & amoris diuini atque compunctionis quam vocamus, morsu sensuque mirabili; adeo ut nox illa tota illi perennibus, & affluentissimis lachrymis mananti fluxerit in amaritudine animæ suos annos recogitantis, atque plangentis: id quod Archiepiscopo ipse retulit, ac ille in tabulas referri iussit. Sic ille sanctorum cultum in id auferendū quod in nobis Deo non placet quàm maxime conuertit.

Contritio.

P. IOANNES
DE ALMEIDA. OLIM MADA.

Piosephe Anchietæ in tyrocinio discipulus, tantusque postea in virtute, ac patrandis admirabilibus affectator, ut in utroque diceretur thau-maturgus Brasiliæ Anchietæ. In tyrocinio, putridas iumenti plagas curans, collectos ex illis vermes ori ingestit; ut se generosè peruinceret. Illo diuinam hostiam in sacrificio eleuante, sparsi humi circumquaque palmarum, & aliarum arborum rami; (ut fertur) subsilire sunt visi. Varia illi horridaque cilicia, sacci, disciplinæ è ferro, setis, funiculis, loris. Nec vllum diem abire sinebat quo in se non sæuieret. Vino nunquam utebatur. Fer. 2. v. & Sabato nihil omnino cibi sumebat. Fer. 3. non nisi pane & frigidâ reficiebatur: feriâ vi. Societatis more primum abstinebat: postea verò nihil admittebat à feriæ v. prandio vsque ad prandium

Anglus in
Brasilia 24.
Sept. 1653.
ætat. 81.
Soc. 60.1

Victoria sui
Sacrificii.

Mortific.

dium diei Dominicæ. Catholicorum contra hæreticos victoriam ope Deiparæ referendam, ex vero non semel prædixit. Fuit opinio illum cum Deipara loqui auditum, illâ ei disertè respondente. Inter orandum visus est nō semel corpore à terra in cælum eleuato. Absentia dixit, futura prædixit. Cum obtrektatores quosdam rogaret, moneret, obsecraret ne alienæ famæ detraherent; illis ad hæc surdis, tanto animi dolore astuauit, vt plures viderint illi tunc è fronte cruentas sudoris guttas defluxisse vsque ad terram, & in genis concretas aliquas persistisse. Sceleratus quidam Sacerdos in itinere, Ioannis se in conclaui dirè tunc verberantis (cum ille turpe flagitium moliretur) miseratione tactus, à scelere illo abstinuit, rogauitque Ioannem vt cessaret alienam culpam in se tam diro supplicio castigare. Post eius mortem ritè conscriptæ sunt tabulæ de iis quæ per Ioannem, etiam mortuū, operatus est Deus: Dedi plura de illo in annuis admiratione publicâ celebrata.

P. PETRVS

DE LEON.

Hispanus
Hispani. 24.
Sept. 1632.
ætat. 87.
Soc. 61.
Humil.

PER quinque annos integros expectat Societatem, ac tandem impetravit. Flexis genibus flagitauit vt Coadiutorum numero adscriberetur. Iuueni qui triduo æger sine sensu mutus iacuerat, dixit: Laurenti, (vt illi nomen) in virtute Christi Nazareni tibi impero vt dicas Iesus, Iesus, Credo. Mox iuuenis sibi restitutus obediit. Duobus ex vero prædixit fore vt illos ad supplicium duceret. Breui capiti, & ab illo ducti sunt ad mortem. Adolescentem monuit vt cōfiteretur: fieri enim posse vt breui id velit, & non possit. Postridie repentino morbo

prostratus est, & omnis loquendi facultas eiadempta est. Quatuor aliis mortem prædixit, rogans vt contaminatas animas expiarent. Neglexere; & breui repentinâ morte sublati sunt: & vnus quidem eo tempore quo Deū offendebat. Aded inclementer se cædebat quotidie vt flagra sanguine imbueret, ac breui laceraret visu crebro. Etiam extremâ ætate quouis die fabricati se palam cædebat in triclinio quantis adhuc viribus poterat per ætatem, idque à pluribus fieri peroptabat. si per occupationes licebat; duas horas manè, duas vespri ducebat orando. Obiit sacras expeditiones, seu missiones facillè sexaginta. Vnicâ concione vndecim mulierculas ad pudicitiam castra reduxit. Cum Dux Metimnæ bonam auri vim illi dedisset vt eam in suos domi conuerteret, Petrus Collegio dedit, omnia; dicitque ibi se habere suos & Patrem & Fratres. Nempe his viuebat, consanguineis planè iam mortuus.

P. DIDACVS

BARRETO.

Hic è Societate auulso, cum foris hageret dicitur adfuisse conspectus diuinitus egregiâ specie S. P. Ignarius, & blandè illi autor fuisse, vt Societatem repeteret. ad quam reuersum, nauiterque agentem omnia importunè iterum de Societate deferenda cogitationes obturbabant. At eum cælesti, vt fama perhibet, aspectu iterum recreans S. P. Ignarius, ad patientiam & laborem hortatus est; futurumque promisit, vt in statione constans persisteret: id quod factum per annos ferè duodecim, quos multis sudoribus gloriosos hodie sine optimo coronauit.

Mortif.

S. V.

Oratio.

Natus in
Insula Martijæ 24.
Sept. 1652.
ætat. 50.
Soc. 11.

S. P. Ignari.

Vocatio.
Tentatio.

XXV. DIE

XXV. DIE SEPTEMBRIS.

P. IOANNES
RODERICIVS.P. FRANCISCVS
SVAREZ.25. Septēb.
Hispanus
Compluti.
1587. ætat.
72. Soc. 32.Paupertas.
Mortific.

Oratio.

Faculatoria.

Mors.

DVos & viginti annos in Ministri officio posuit Compluti, exemplum eius officij egregium. Morem gerebat Rectori; & morem sibi volebat geri, quā id leges volunt: labores autem imperabat exemplo. Disciplina in illo arcta: vnde seuerus eiusdem exactor esse audebat. Non nisi semel induit nouem vestem, idque P. Prouincialis iussu. Nulla nox illi abibat, e qua non decerperet dimidiam horæ partem quā se acriter diuerberabat; plura facturum, nisi plurima flagrantem Rectores Confessarii; negassent, quibus omnes sui cordis recessus patebat simplicitate constantiāque mirabili. Petenti, vt ordinariis orandi temporibus manē vnā horam addere liceret, ac vespertinam; negatum est: & concessa manē dimidia, vesperti item dimidia. Dono lachrymarum fuit insignis: & piissimo ingenio sciebat omnia quæ fiebant in orandi vsum alimentumque conuertere. Inter alia spiritus apophthegmata, dicebat idētidem; seueram à nobis rationem Deo reddendam de tot præsidis ad virtutem, quibus pronida mater Societas nos assidue instituit, & instrumenta suppeditat. In mortis expectatione, quam vicinam esse iam sentiebat, ponebat aliquot horas quotidie, orans cum lachrymis, & dicens ore læto, se ire ad mortem.

AVdito ad concionem dicente P. Ioanne Ramirio, animum ad Societatem adiecit, in ea hebes primū ad philosophiam visus, at postea ingenio, doctrinā, virtute omnium laudibus non impar. Theologiam in Hispania, Romæ, in Lusitania docuit; & in luce optimā collocauit, magnis elogiis celebratus. P. Ludouicus de Ponte visā eius in disputando modestiā, & mansuetudine, Societatem amplexus est. Quot hebdomadis, ternum idque seuerum, ieiunium sibi indixerat: cum tamen aliās quoque valde parcē ederet. Aëreo filo contextum flagrum habebat quo seuum in modum se quotidie verberabat. Horarum in occupationes partitionem *matrem spiritus* appellabat; & aiebat; malle se omnium, quæ scripsisset, quæque sciret, iacturam facere quā vnica consuetudine in Societate orationis horam omittere: cui horæ, ille manē semihoram, & vesperti horam integram addebat. Studebat coram B.V. imagine: coram qua supplex illam, in iis quæ difficilia incidebant, consultricem flexis genibus adhibebat, operæ pretio pretioso. Diebus B.V. festis duas horas ante facrum illius allocutioni dabat; cui se debere aiebat literaturæ suæ omnis opes omnes, felicesque successus. Deipara gratiam, & gloriam omnium prædestinatorum gratiā, & gloriā fuisse maiorem defendit in Thesibus, hortatu P. Martini Gutierrez; & latē postea de eodem argumento scripsit: eā propter Martino Deipara coram

Hispanus
Vlyssipone,
25. Sept.
1617, ætat.
70. Soc. 34.

Modestia.

Mortificat.

Tempus.

Oratio.

B.V.

Sacrums.

Crucifixum.

Mort.

B.V.

Fidei
Mort.

ram spectabilis gratias amplas agere videri visa est. Horam sacri aiebat esse horam suæ dulcedinis & voluptatis, sine qua necesse sit exarescere spiritum suum Crucifixum permagno amore prosequeretur, è cuius effigie splendidi radij visi sunt ut fama est in Suarii pectus, & caput vibratierumperere, Suario duobus cubitis tunc in alto à terra pendente. Litem inter Pontificium legatum, & Regios in Lusitania ita composuit, ut Paulus V. Pont. Max. gratias illi per literas idcirco egerit. In morbo plenus desiderio moriendi, illud selectis è psalmis versiculis testabatur; aiebatque plenus gaudio. *Non putabam tam suaue esse, tam dulce mori.* Corpus in capsa cum plumbea lamina sub facello conditum. Post eius mortem illum coram B. Virgine Angelis cincta flexis genibus, & iunctis manibus supplicem se, vidisse aiebat Hieronymus Silua virtutis spectatissima Coadiutor.

P. GODEFRIDVS THELEN.

Germanus
ad Rhenū.
25. Septemb.
1610. ætat.
32. Soc. 8.

PER iter à Carhani oppidi hæreticis captus, illus, percussus, tanquam bellorum & Papisticæ idololatriæ (ut illi loquuntur) seminator, ac tandem glande plumbea in pectus explosa tractus, cecidit in genua, & sublati ad Deum manibus atque oculis; *Domine, inquit, exaudi orationem meam; & non intres in iudicium cum seruo tuo.* Tum in capite, ac reliquo corpore contusus, sauciisque occubuit. In cadauere sex inuenta vulnera ampliora. Cilicium, flagellum, cereum Dei agnum, reliquias (quæ secum per iter ferebat) in ignem abiecere. In loco cædis postea

anno 1625. Carbensis Gubernator sacellum S. Crucis erexit, & omnem cæsi P. Godefridi tragædiam istic depingi curauit. Hanc mortem sic obitam hæc vitæ ratio præcessit. Sacerdotio extremo vitæ anno initiatus, officium diuinum cum otio, & meditatè recitabat. Quotidie coronam Deiparæ tertio euolvebat, attentè atque flagranter; & SS. Eucharistiæ Sacramento adorando post prandium quartam horæ partem dabat. Ad eandem percipiendam synaxim etiam noctu se parabat, somni parte decerptâ, & Angelo Custode rogato, ut citius excitaretur; ad hæc, sui verberatione præmissâ. Post diuinum epulum, vni sacrificio religiosè intererat. Si quis eius nominis ignarus de illo quidpiam loqui vellet: *Ille, aiebat, ille Pater qui tam frequenter ac feruenter orare consuevit.* Ludouici de Ponte operibus lectitandis pietatis suæ igniculos fouebat; S. Ursulæ quoque colendæ; ac visendis eius altaribus, ubi id posset, addictus. Cilicium illi per familiare, in scholis etiam, ac in summo æstu. Christi patientis, & Beatissimæ Virg. Matris honori atque amoris feriâ sextâ à vino, à cœnâ Sabbato, abstinebat.

B.V.

Eucharist.

Mortif.

Lectio spirit.

Mortific.

B.V.

LEONARDVS KRANSCHART COAD.

FVIT hic vir obedientiæ, laboris assidui, & patientiæ robustioris laude præclarus. Mortem hoc anno expectabat, ei que se parabat, quod diceret se anno hoc incunte per quietem admonitum, seu admoneri visum, ut sibi sepulchri locum in templo deligeret.

Germanus
Bambergæ.
25. Sep. 1651.

Mort.

A A 3

XXVI. DIE

X XVI. DIE SEPTEMBRIS.

P. P E T R V S

CONTINENS.

26. Septēb.
Hispanus
1641. ætat.
82. Soc. 59.
Morisfe.

Morbus.

Patientia.

Mors.

Lingua.

B. V.
Euchar.
Ang. Cust.

Comitio.

Mors.

Seu regeretur, seu Collegia, & Provinciā regeret, seuerē se, & habebat ipse, & haberi volebat, etiam publicē, atque coram tyronibus. Vnde, hospes licet esset, procul arceri volebat cupedias. Ad regulas earumque singulas circumstantias erat perquisitē attentus. Patientiam inter dolores ē Crucifixi effigie hauriebat, oculis in illum defixis magno silentio. quæ res chirurgo conficio quid P. Petrus pateretur admirationem & lachrymas quoque vbertim elicit. Morti vicinus nil querebatur, nisi quod extremi temporis vsum compendiumque non ita faceret, vt par erat. Suae linguae Dominus erat omnino, ad silentium, & meditatē parēque loquendum: Deiparæ Virginis imagines in ambulacris particularim singulas salutabat: SS. Sacramento quinque quotidie reperebat illud; laudetur SS. Sacramentum: & custodem Angelum item quinque inuocabat. Rosarium quoddam ē puris contritionis actibus recitabat. Animam acturus, B. V. imaginem postulauit, vt coram illa æternitatem iniret.

P. F R A N C I S C V S

FABER.

Germanus
Oenipont.
26. Sept.
1653. ætat.
44. Soc. 28.

AS. P. Ignatio pristina olim valetudini restitutus, & redditus ad Societatis functiones idoneus, certum precum pensum illius honori exequabatur quotidie. Sunt qui aduerterint

mensæ accumbentem Franciscum nunquam dorsum ad parietem ad-mouisse pro commoditate sessionis. Mira in conclauis nitoris cura, sed sobria, citra elegantiae ostentationem, mira in magistri Nouitiorum, ac Patris Spiritualis munere, atque in aliis accuratio, mira supra quam dici potest cum diuina voluntate consensio, etiam in arcano illo Dei consilio quo permittit vt P. Francisci pater desertā fide Catholicā fœdo transfugio hæreticus apostata fieret, neque vllis optimi filij perse alioque oblati sacrificiis, nec datis literis immortalia æternitatis bona, & mala grauissimè expendentibus, aliisque industriæ vndeque adhibita artibus, ad meliora consilia flecteretur.

S. P. Ignat.
Morisfe.
Mensa.

Conformitas
volunt. cum
diuina.

G A S P A R

ALMEIDA COAD.

Fuit Gaspar staturā perpusillus, at in labores quantā poterat pietate ac virium contentione intentus, vigore mirabili, etiam in corpusculo macie, ieiuniis, aliisque asperæ vitæ curis attrito. Dura cibarij panis frustra, & duo poma illi pro lauto erant conuiuium; cum pisces, carnes, aut si quid aliud apponeretur, daret pauperibus, obtentā superioribus facultate. Totam quadragesimam continuatā inediam sine cibo ducere tentanti vires defuere, cum tertio die totus concideret. Quotidie se flagris ære armatis verberare, cilicio adstringere, noctu adorandum atque se verberandum consurgere, pro lectulo corio lacero, & saxeo cervicali vti, vel se humi ad som-

Luft. Ba.
hys. 26. Sep.
1654. ætat.
80. Soc. 50.

Charitas.
Morisfe.

NUM.

num abiiicere, nec linreamina culci-
tramue admittere quotidiana illi ar-
tes erant ad virtutem. Si moneretur,
corriperetur, plecteretur à stomacho-
fiore quodam Superiore, tacebat. Vt
prolixè oraret, malebat sibi de somno
multum quàm de labore vel parum
detrahare. Viribus iam planè attritis,
laboris loco illi fuit silentium, seces-
sus, perpetuaque oratio, & corporis se-
nio licet fessi vexatio. Diuinum Sacra-
mentum visebat persèpè interdum, no-
ctes etiam non raro istic ducens vige-
les in oratione Dei. Deiparæ sche-
dam sanguine suo subscriptam obtu-
lit, quâ illam suam coram Deo Patro-
nam optabat, impensè addictus etiam
animabus è purgatorio adiunandis.
Coadiutorem ostio præfectum, sed
iam ægrum atque depositum, surgere
iussit è lectulo, dixitque longum illi
adhuc tempus superesse quo ad o-

stium pauperibus operam daret. Sur-
rexit ille; & per annos plures curam
gessit ostijac mendicorum. Chirur-
gi de milite quodam saucio spem abii-
ciebant; ille verò eum affirmavit cras
benè habiturum; idq; ex vero. Illustri
fœminæ in extremis preces Gasparis
expetenti nunciauit, breui perbenè va-
lituram; & valuit. Pernambucum Ca-
tholicis restituendum, & cuidam feli-
cem in Lusitaniam nauigatione præ-
dixit: atque euentus verique fidem
dedit. Dæmon illum nocte intempe-
stâ orantem, nunc strepitu, nunc mi-
nacis viri specie, aliàs verberibus ab-
stergere à precibus nitebatur: at ille
perstitit in orando. Plura de illo aliàs.
Dignus certè fuit Gaspar cuius exem-
pla in Coadiutorum omnium memo-
riâ, sermonibusque, ac moribus im-
mortaliter viuant.

XXVII. DIE SEPTEMBRIS.

P. THEODORICVS

CANISIVS.

Petri Canisij frater à S. P. Ignatio
Romæ ad Societatem admissus, in
Germaniâ Collegiis præfuit, vin-
dex acerrimus disciplinæ. Dixerat illi
aliquândo Petrus Canisius: Vide, Theo-
dorice, quid tibi mortis meæ nuncius
sit allaturus. Dictionem euentus expli-
cuit; etenim Lucernæ audirâ super mē-
sam anagnostæ P. Petri Canisij mor-
tem legentis voce, subito stupore, ve-
lut apoplexiâ, dirignit; omni (etiam
sui nominis) memoriâ destitutus adeò
vt octauum vsque in annum (hoc est
vsque ad mortem) nec legere iam nos-
set, nec loqui nisi duo illa SS. nomina
Iesus Maria, quæ nobili compendio in

reliquorum vicem successerant. Hæc
enim, quoties veller, expeditè pro-
mebat, & iterabat. Sub mortem ta-
men illa verba disertè pronunciauit.
Ad calum! ad calum! & *Iesum* dixit; cui
Mariam addere eum inciperet, eum in
ipso totam afferendi conatu vita de-
fecit, *Maria* nomini verè immortuum.
Sæpè Crucis signum fronti imprime-
bat ager: & aiunt in fronte mortui fi-
guram Crucis in modum fuisse con-
spectam.

P. PETRVS

SCARGA.

Præposito, Societatis tyro factus
Romæ, postea in Polonia inter
primores Concionatores facillè pri-
mus

Mort.

B. V.

Crucifixus.

Polonus
Cracouiæ.
27. Septeb.
1612 ætat.
77.

A A 2 2

Homilist.

Oratio.

Euchar.

2. R.

S. P. Ignat.
Mortific.
Mensa.

Conformitas
volunt. cum
diuina.

Luce Ba.
hy. 2. 16. Sept.
1614. ætat.
80. Soc. 50.

Charitas.
Mortific.

Iesus Ma-
ria.

mus fuit per annos 30. etiamnum superstes in libris. Magnâ illum benevolentia complexus est Rex Poloniae Stephanus Batorius gloriosus, plurimum Societatis domiciliorum istic fundator. Ager Beatissimae Virgini Claramontanae ceræum candidum ipse confecit, misit, & accendi iussit. mox ille accensus est, & ubi ille consumptus ardere desit, Petrus etiam desit vivere. Multos viros ac foeminas, etiam principes, ad Ecclesiae gremium reduxit. In Aula religiosè citra pompâ, citra vllum paupertatis, aut religiosae disciplinae laxamentum per 24. annos versatus est. Vilnae ab haeretico alapâ percussus in platea: & aliàs in capitis periculo inter haereticos non semel versatus est. Anno 1604. 20. Martij, horâ 12. meridianâ Petro desperanter ægro P. Stanislaus Warsuicius olim mortuus apparuit, eundem recreavit: suadereque visus est ut plures quàm vnum vitæ annum postuleret. Anno 1610. in Aprili S. P. Ignatius & S. Franciscus de Paula (quem illo mense Patronum menstruum acquisiverat) illi se spectabiles dedere per quietem, opem suam illi polliciti. Vilnae cum Rectorem ageret, atque abesset, eadem horâ, quâ istic mortuus est murarius Italus quispiam Coadiutor, ei apparuit, dixitque se suorum laborum in Societate exantlatorum mercedem à Deo accepisse.

P. SEBASTIANVS DIAZ.

Magna in hoc viro virtus, at præstans quædam in energumenis ab iis, qui epileptici sunt discernendis perspicientia eluxit, ac Dæmones eiciendi felicitas, ita ut facillè 30. sint numerati, è quibus eiecit illos genios infelices.

Lustranus
Conimbri-
ca 17. Sept.
1616. ætat.
34. Soc. 19.

Dæmon.

P. HIERONYMVS VAN SEVRCK.

Hic inter ministeria charitatis heroum morte occubuit, quocirca inter heroes & victimas charitatis de illo egi prolixius. Primus è septem fratribus ad Societatem venit; & sex reliquos ad eandem exemplo pertraxit. Mens illi ad iratos cuiusvis linguae torrentes placida, & quieta linguam in officio tenebat. Aiebat enim: *qui cedit vincit*. Vicarius, illius morte auditâ, dixit, perdidisse missionem Hollandicam virum cui parem ipse vix nouerit. Plura vide in heroibus.

Belga Syl-
uaducis. 17.
Sept. 1651.
ætat. 59.
Soc. 44.

Patientia.

Lingua.

MAG. NICOLAUS FRANC. REGINALDVS SCHOL.

Hunc Heroum in albo censet A-
legambe morte inter obsequia
charitatis perfunctum. Hunc, inquit,
Deipara (cuius amorem ipse altissimè
imbiberat) superioribus annis insigni
miraculo iam conclamatum saluti re-
stituerat. Sic ibi. Et verò acceptum
diuinitus vitæ munus in Americanis
ærumnis in animarum quæstu volebat
impendere Nicolaus, nil aliud quam
labores illos desiderio toto spirans. At
illorum loco hos adiit; & vitam mira-
culo retentam charitati generosè im-
pendit.

Gallus Do-
m. 17. Sept.
1636. ætat.
24. Soc. 7.

B. V.

IOANNES DE BANNOS COAD.

Maturior ad Societatem accessit.
Oratione potissimum in Socie-
tate, obedientiaque fuit excellens, ut
que ad admirationem. Iussus in scam-

Hispanus
Valencia.
17. Sept. 1576.
alij 17. Sept.
Obdormit.

no.

no quodam stare dum inde abire iuberetur, oblito superiore qui iusserat istic nocte integra perstitit: cum vestes manè indueret, euocatus, abiit altero pede adhuc nudipes: iussus sa-

xum mouere cui mouendo ne decem quidem Coadiutores pares erant, cingulo suo quo cingebatur illud alligauit, & mouit, vt fama est.

XXVIII. DIE SEPTEMBRIS.

P. P E T R V S

MARTINEZ,

18 Septeb.
Hispanus in
Insula Ta-
carutur-
na. 1566.
Charitas.

Obed.

Eidet.

Post mortē.

Disce d.
mortuis.

Estruor.

Humil.

VIsā in Societate mutuā sociorum charitate, Societatem, à qua fuerat animo alieno, expetiit, & obtinuit. In illa parendi tam fuit audius, vt non duo tantum, verum ducenta officia subire se paratum diceret, si obedientia ita veller. quare fuit semper, in culina, in naui, ad operas, ad conciones, ad sacras expeditiones aptus & expeditus. In Florida in ediam perpessus, dum omnes circum terras lustrat, in illas Euangelium illaturus, è scapha extractus à barbaris, flexis genibus, elatis in caelum manibus, capite elauā confracto mortem quam optabat, quamque prädixerat, est adeptus. Catharina Martinez, Petri è germano neptis, anno 1615. iam deposita mortem opperiebatur; cum vocem audiuit, quā nominatim vocabatur. Ignarā cuius ea vox esset, ac harenti, dictum: Ego sum tuus patruus, P. Petrus Martinez è Societat. Ies v: Deus meis precibus incolumitatem tibi restituit. Incipe ab hoc die te impensus dedere Dei obsequio: contemne te ipsam, & mundum, & quicquid in eo est; & cessa à libris. Hisce auditis repentino se sanam reperit; stupente medico quoddam incolumis se vestiret, ac caelestis odoris quiddam flagraret in conclau. Aiunt pluiam quo-

que illius meritis, ac valetudinem, etiam aliis, impetratam.

P. FERDINANDVS

SVAREZ DE LA CONCHA.

LEgem vitæ instituendæ in hoc S. Pauli compedium redactam portæ sui conclauis affixit in hæc verba: *Attende tibi, & doctrina.* Secundā noctis vigiliā è tabulis suis (quæ illi erant pro lectulo) surgebat, & se flagris acriter cadebat; Cruce humeris impositā ædem sacram petebat; mox horas diuini officij executus, & magnis è cælo deliciis delibutus. quare lachrymarum plenus, illud Xauerij sapius iterabat: *Satis est, Domine; satis est.* De Deo loquendi magna in illo gratia, peritia, desiderium. Sub Christi morientis ferias eo loco vbi facillè 20. millia mortalium sese flagris cadunt, ille ad eruentam illam concionem stupendo ardore dicebat, cum impressa eius capiti corona spinea sanguinem è capite profluentem cum lachrymis per ora manantibus permisceret. Cubiculum illi plenum erat crucibus, & ossibus mortuorum. Nocturnis illis flagris non contentus, quotidie se iterum verberabat, & alias atque alias sese afflicti arces quærebat, vt in illis proficeret.

Hispanus
Mexici mē-
se ac die in-
certo 1607.
ætat. 80.
Soc. 50.
Mortific.
Oratio.

Morte.

A A a 3

P. FRAN-

P. FRANCISCVS
MACCIADVS.

& P. BERNARDVS
PEREIRA.

Lusitani in
Æthiopia.
28. Sept.
1625.
Fides.

SVltano Sequedo Æthiopiæ Impe-
ratore ad Christum adducto, ad
ingentem rei Christianæ spem eò pro-
ficiscebantur duo hi Patres Goâ. Per
iter ab Auxa Gurellano Principe Ma-
humetano, carcere, ludibriis, vincu-
lisque vexati sunt, atque occisi, quia
id placitum credebat Cabraëli,
qui contra Sequedum Abassinx Im-
peratorem Christo addictum, pro
Schismate tuendo arma ferebat: &
sciebat Patres hos ad Sequedum

pro fidei Christianæ propagatione; a-
deoque pro extirpando schismate,
proficisci.

Thomas Riocan.

Ludouicus Casacu.

Dionysius Yamamoto. Nouitij.

Tres hosce Seminaria Societatis ad
omnem Christianæ disciplinæ nor-
mam instituere. Vnde illi postea Sociis
inter labores Euangelij viles vbique
adiutores, ac periculorum quoque so-
cij fideles adhæsere. Fuere aliquamdiu
extorres à patria, ob Christi fidem: sed
cùm rediissent, ac Patribus comites
perpetui adessent, Nangasachi in car-
cerem coniecti sunt, & (quia id pete-
bant) ritè in Societatem admissi. Co-
curæ tandem lento igne cremati sunt:
quod Christianam fidem populis præ-
dicassent.

Iapones
Cocure. 1.
Sept. 1633.

Fides.

XXIX. DIE SEPTEMBRIS.

P. IOANNES P. FRANCISCVS
ROXAS. FOLIANVS.

29. Septeb.
Hispanus
Madridi.
1605. a tat.
53. Soc. 37.

E V.
Humilit.

S. P. Ignat.

L Audatur à summa in B. V. religio-
ne, ieiuniis, & aliis obsequiis cō-
testatā; sed obedientiæ, ac humi-
litis exercitatione potissimum; vnde
nec reddi rationem volebat si quid-
piam imperaretur. Humilitatis officia
obibat lubens cū semper, tum vnā
quotannis hebdomodā quam totam
abiectionis culinae officiis transcri-
bebat. S. P. Ignatius ab illo imploratus
valetudinem Ioannis, vitio stomachi
ad extrema deductam, illi aliquando
restituit.

HYmilitatis, & pietatis studio, er-
iam sacerdos, aliis sacrificantibus
ministrabat lubens: & quicquid in cu-
lina, quicquid domi sordium est ex-
purgabat. Flagellis, ciliciis vrticis, æ-
stu, frigore, ieiuniis sæuū in modum
se macerabat, vbique in omnes se affli-
gendi occasiones intentus. Promisit,
se intra trimestre pro Benefactrice
quadam 36. millia actuum mortifica-
tionis externæ oblatorum Deo. adeo
vsu condidicerat id genus occasionum
& quærendarum, & vsurpandarum
modum. SSS. Trinitati multifariam
colendæ vnice fuit addictus. vnde
multa de illo conscripsit: & à Pontifi-
ce obtentā veniā, quotidianæ præfa-
tioni

Rhetus Ro-
maz. 29 Sep.
1609. a tat.
66. Soc. 50.

Humil.
Mortific.

SSS. Trinit.

rioni in sacro adiecit illam, quæ est de SSS. Trinitate. Tria illi erant omnia, religiosâ eius numeri observatione in usu communi. Nomen Dei non nisi flexis humigenibus scribebat. Templâ, sacella, imagines illi ut fierent procurabat: per octo dies ante, & post festum SSS. Trinitatis, consuetis afflictationibus, & precibus alterum tantum addebat. Festi illius nocte totâ in sacello sacrificali apparatu indutus peruigilabat ante altare; ac manè incredibili animi voluptate sacrum per horam integram celebrabat. In extincti corde tres flammulæ inuentæ, quæ in vna parte in vnam coalescebant, medico id stupente. Laudatio illius in triclinio habita. Cadaver loculo inclusum cum hac epigraphe: P. Franciscus Folianus Soc. Iesu: eximius SSS. Trinitatis cultor.

P. IOANNES DE FONSECA.

Lusitanus
in Iaponia.
29. Sept.
1610. ætat.
50. Soc. 32.

Arimæ Iapones multos per annum 16. interuallum fecundo sudore conuertit. Hanc demum inedia, & ærumnæ longissimæ atque plurimæ confecere, cum tempore exilij Socijs eiectis, clam ipse istuc latuit ut Christi pusillo gregi prodesset.

P. FERDINANDVS MONROIS.

Hispanus
Lima, 29.
Sept. 1616.
ætat. 64.
Soc. 49.

Oratio.
Enebat.

Quotidie per 5. vel 6. horas orabat: noctu quoque ad id peruigil coram SS. Sacramento prostratus; quo tempore ibidem somno aliquando captus, Christum vidit, qui dicebat: se velle illum docere modum orandi facillimum, sibi que gratissimum: ut nempe æterno Patri gratias, & laudes dicere assuesceret pro concessio-

bis SS. Euch. Sacramento: à quo tempore voluptas illum suauissima incessebat ad illa sacri verba, *Domine Sancte, pater omnipotens &c.* plurimumque illo orandi modo profecit. Matutinum nocte mediâ in templo reliquas horas suis temporibus accuratissimè recitabat. Per 33. annos ad sacrum separebat, ita, ut vesperi mediâ horâ de illo mysterio meditaretur; manè ante sacrum sub sacro primo aliâ mediâ: tum sacro celebrando & gratiarum actioni horam vnam dabat: & duo sacra audiebat. Quotidie recitabat officium SSS. Trinitatis, B. Virginis, & cum in choro præscribitur officium defunctorum: Feriâ v. verò officium de SS. Sacramento; Dominicam orationem, & Angelicam salutationem in honorem S. Mariæ Ægyptiacæ quadragies; in honorem S. Mariæ Magdalene tricies; in honorem S. Alexij 34. quotidie recitabat. In S. Virgulæ ac sociarum honorem suas preces ita distribuit, ut undecim millium Virginum singulis quorannis oratio vna obtingeret. Festa Sanctorum, quos impensius colebat, publicâ in triclinio sui verberatione præueniens. E. S. Pauli Epistolis vnum caput quotidie perlegebat ex voto. Extremis sex annis quæ hebdomadis feriâ 11. 14. & 17. non nisi panem & aquam in cibum & potum admittebat. A fructibus penitus abstinebat: cilicium ab anno 1609. gestabat quotidie. Pro quodam, qui confitebatur, & ore linguâque mox tumefcente SS. Maria nomen pronunciare non poterat, in sacro orauit; manus capiti eius imposuit: & ille *Mariam* deinceps expedite pronunciauit. Coram B. V. imagine orantem fulmen circumiuit illæsum. Moriens, quicquid pro se offerendum Deo esset suffragiorum, in subsidium animabus Purgatorij testamento legauit, tabulis supremæ charitatis. Mula quâ vehabatur.

Sacrum.

Enebat.

Sacrum.

Sanctis.

Lectio.

Mortis.

B. V.

Purgatorij.

Charitatis.

hebatur illum non eò, quòd ipse volebat sed ad aliū locum vexit & ad portam substitit obstinata. Domum ingressus Pater agrum illic in agone reperit, & expiauit. Plura in vita.

P. GREGORIUS

RVMER.

Hungarus
Bruni 29.
Sept. 1627.
ætat. 57.
Soc. 35.

Hunc inter primores suos ponunt Austria, Bohemiaeque Prouincia, quas difficillimis temporibus decennio gubernauit, quā modestiā, constantiā, circumspēctione, indulgentiā, prouidentiā, disciplinā, erga omnes & agros potissimum charitate, quā in se ipsum seueritate insigni. Hæc omnia particularim fusiū laudant annuæ ac elogia virorum illustrium missa e Prouincia Bohemiæ; quam ab Austriaca Gregorius diuisit, ac primus Prouincialis rexit. Diros laterum cruciarum religioso silentio ferebat, & illā interdum condiebat voce: *ô bone Iesu, ô Iesu bone, miserere*. Franciscus Cardinalis Princeps à Dietrichstein feretrum illius comitatus, sociis officium defunctorum recitantibus se adiunxit. Ferdinandus verò II. Imperator eodem tempore Brunam impulsus audito eius mortis nuncio; multum indoluit, multum sibi cum eo viro commodi periisse palam testatus. Rexit deinde Austriæ Prouinciam per insigni habilitate ac felicitate, etiam P. Ioannes Rumer Gregorij germanus, de quo dixi in pretiosis occupationibus morientium in Societate.

P. ONUPHRIUS

SARACVS.

Italus Lanciani 29.
Sept. 1650.
ætat. 45.
Soc. 19.

Adolescens admodum ad Societatem adlectus, & in eā quatuor vota professus, præter laudes alias, in

sacris missionum expeditionibus industriè atque cum eximio animatum quasi versatus est. Post mortem Octauio Longaretto, & Vincentio de Carceribus Theatæ per quietem spectatus est, ut id iurato chirographo testatur Octavius, quod etiam Vincentij, ac demum Notarij publici nomine ritè firmatum est. Scribit ergo iureiurando id asseuerans. Octavius, anno 1656. post elatam coniugem, sororem, quatuor nepotes, &c. peste extinctos se quoque eodem malo contractum, & lecto affixum, voto in S. Xauerij honorem facto visum sibi per quietem audire ex imagine quæ istuc ad lectum pendebat, S. Xauerium dicentem: *Octauie, bono animo esto: nil dubita, iam enim ego tibi obtinui sanitatem*. Inde Octauio maior increuit fiducia, valetudine etiam sensim omnia magis prospera promittente. Deinde quinto ferè post die visum sibi sopito ait P. Onuphrium Saracum, qui (ut Octavius in chirographo illo suo loquitur) Apostolico animarum studio, & Seraphico animi ardore inter opitulandum animabus, post gloriosos labores in missione Lanciani vitam sanctè finierat, magno virtutis ordinariæ maioris exemplo. Ergò Onuphrius vultu magnoperè hilari, Ne metue, aiebat, Octauie: non moriêre. Nam S. Franciscus Xauerius tibi recuperandæ sanitatis gratiam impetrauit. Ad hæc ager etiam in somno memor P. Onuphrium Saracum ante annos aliquot e vita migrasse; Quomodo, aiebat, ô Pater, id mihi potes promittere, cum ante plures annos extremum diem obieris? Ita quidem se res habet, respondit Pater: sed Deus Dominus noster mihi potestatem fecit ut ad te venirem, & que certiorum facerem de valetudine prospera tibi reditura; & huius boni nunciij baiulus tibi essem. Atque hisce ita dictis videri desuit, & audiri.

S. Xauerius.

Zelus.

Missionis.

audiri. Cum autem Octavius æger, iam animo ferentior manere de læto eius noctis nuncio cogitaret; ecce tibi adfuit eum inuifens (at ignarus horum) Vincentius dictus de carceribus, qui Octauij filium ebaptismo ritè susceperat: & Age, ait, alacri animo esto, Octauij: certum est te hac vice minime moriturum. Hæc enim nocte mihi per quietem visus P. Ouphrius Saracus,

me securum esse iussit de gratia impetratâ. Quapropter nil dubita te breui valetudinem integram recuperaturum. Ita omnino est, respondit Octavius: certa me spes tenet, sic fore. Nam hac eadem ipsâ nocte idem Pater mihi quoque apparuit, & de eadem te me reddidit certiore. Ita illi. Et verò spei euentus respondit.

XXX. DIE SEPTEMBRIS.

P. MARTINVS
LATENA.

30 Septemb.
Roxolanus
in mari Bal-
tico. 1598.
ætat. 45.
Soc. 19.

Calij literis imbutus est magnâ ingenij famâ vsque ad laudem extemporalitatis. Braunsbergensium Patrum pietate, doctrinâ, consuetudine delectatus; exemplo sui magistri, se in Societatem dedit 10. Maij. Fuit Philosophus, Theologus, & missionum Apostolus insignis; at planè mirabilis in pœnitentiâ prædicandâ, velut Ioannes in deserto. In Stephani Batorij (inclyti, & rei Catholicæ ac Societatis studiosissimi Polonia Regis) castris triennio ad Regem Latinè, ad alios Polonicè dixit; ac vrbes postea præcipuas fructu sui que nominis celebritate impleuit; Romæ quoque confectis feliciter negotiis, ad quæ expedienda venerat Regis missu. A Stephani Regis obitu Cracouiæ factus ad S. Barbaram Procurator, subinde Leopoli locis præfuit. Inde ad Sigismundum Regem accitus in Sueciam, cum è bello pax affulgeret, in Poloniam reueniebat. Sed nauis quâ vehabatur, ab hæreticis capta omnes Catholicos vexandos exposuit hæreticæ petulantia; procaciter in Pontificem, & Romanam fidem grassanti.

Dum ergò Martinus orthodoxos suos ad ea probra Christi causâ fortiter toleranda hortaretur, hæreticis innotuit, eum non modò Catholicum, verum & Sacerdotem esse, atque adedò Iesuitam. Iam designabatur ad necem, cum procacior quispiam intruso in os illi pane hortabatur vt comedit, breui quod abundè biberet habiturus. Mox exuto, manus dirè fauciant, eumque, inflicto prius vulnere, mari mergunt. Ingenium illi fuit mire; sed in diuinis ardens audensque, ac semper cupidum plures ad Ecclesiæ gremium adducendi. Regij Secretarij oratione, tanquam *Latena Polonia* luculenter laudatus est, additâ quoque, ex ore famæ ac populi, martyris appellatione. Ioannes Demetrius Archiepiscopus illum pro concione prolixè laudauit. Laurentius Bien-czovvski nobilis Polonus 37. annos natus, & de P. Latena benè meritus, anno 1602. in Tartarorum seruitutem reductus in bello, de tigno appensus, atque instar globi ligatus foueæ imminebat, ne qua elabi posset. Hic persanctè affirmavit, sibi die 7. Iulij Deū, 7 Iulij. ac Sanctos imploranti, conspectum currum splendidum quatuor equis candidis vectum per mare, sedente in curru P. Martino Latena radiis glorioso.

Fides.

7 Iulij.

Post mortem.

BB b

rioso.

Mors.
Calum.
Fides.

27. Sept.

B. V.

rioso. Huic, num se nosset interroganti, respondit Laurentius; nosse: petiuitque quid sibi ea pompa vellet. Tū Martinus, prēmia illa suorum laborum esse dixit, quos pro sanctā Petri naui exantlasset, in huius vitæ mari ac fluctibus. Equos, quatuor Euangelistarum, atque Doctorem Ecclesiæ probè explanatorum prēmia esse ac symbola. Cæterum, num à vinculis absolui veller roganti Martino annuit captiuus Laurentius; & iussus ab eodem loca sacra Romæ, Cracouiæque inuisere, momento se liberum vidit in cāpo Russiæ quinquaginta leucis distito à castris carcereque illo Tartarico. Hæc vidente, sed an vera essent hærente Laurentio, aurora exorta est, & ille visis vinculis ad pedes suos iacentibus, quatuor Polonos, qui ante quatuor dies ibidem captiuus se fugā subdlexerant, iter per eundem campum facientes agnouit: Romam religiosè inuisit, rem hanc omnem suo confessorio P. Matthæo Pakost Pœnitentiario Polono, aliisque iuratus narrauit: & hæc omnia anno 1607. à Iacobo Lauro, cum Pontificis priuilegio, æri Romæ incisa sunt, ac vulgata. Anno 1603. 27. Sept. nauæ cum Beatissimæ Deiparæ Chestochouiensis honori vota conciperent, virgente periculo, narrauere visum sibi P. Martinum in aëre: dixisse illum quis esset, ac prædixisse saluos fore; hortatum denique vt promissa fideles ad Deiparam exequi non omitterent Anno 1607. (vel 8.) Leopoli Mater de filiarum in religioso cœnobio Nouitiarum constans sollicita, cum illæ tam corpore quā animo adeo affligerentur, vt seculum repetere omnino in animum induxerint prius quā religioso se Sacramento adstringerent; ad notum olim & charum sibi P. Martini nomen confugit quā potuit dolentissimè ac flagrantissimè, pro ope, in re illā infamie,

ac salutis æternæ periculum inducturā. Postridie illas inuisit, & valentes corpore, animo tranquillato, instituit sui retinentes, ac lætas læta inuenit.

P. ANDREAS

PEREZ.

Magnus operarius, & communi nomine appellatus ille Pater qui *audat confessiones pauperum*. Paupertatis adeo studiosus fuit, vt laceras suas vestes ipse sarciret. A fœmina impudica, morbi obtentu, ad confessionem audiendam accitus, cum illa flagitium peteret, repetito veteri, nec semel in Societate vfitato plurium exemplo, totā facie fœdis retrimentis opportune istie repertis oblita se illi stitit, & victor abscessit. Extinctum oculorum lumen illi Beatissima Virgo rogata restituit, miraculo multis vtili. Ipse vero gaudebat se officium canonicum recitare, ac sacris operari iam posse. Circa confessiones ritè audiendas longo vsu tam peritus fuit, vt *Manuale confessoriorum* diceretur. Damon illi sæpè variè spectabilis adsuit; sed in graui quodam morbo potissimum, in quo ad lectulum bestiae formidandæ instar illi conspectus, totis viribus illum de spe salutis deicere nitebatur. Tum ille ad Deiparæ opem conuolauit spei plenus atque fiducia. Nec illa defuit Andrææ suo, Etenim cum paruulo in sinu Iesu se illi sistens, illum suauissimè suo aspectu recreatum à magno illo periculo liberauit. Sed & alias tenerrimo illam amore complexus, eam dulci Matris suæ nomine compellabat, & illa Andrææ fauebat vt filio.

B. VIN-

Hispanus
Calarau-
gusta. 30.
Sept. 1603.
Humil.
Paupertas.
Castitatis.

Oculi

B. V.

Tentatio.

P. VINCENTIVS

MATRESE.

tiosæ occpationes morientium in
Societate.

P. LAURENTIVS

GODEFRIDVS.

Hic nobilium sodalitiij Neapoli
præses fuit, cā dexteritate, ac
omnium voluntatum propensione vt
perdifficile visum fuerit parem illi re-
periri posse. Aiunt primum fuisse, qui
Neapoli 40. horarum preces celebrā-
rit. Dæmonem ex energumeno eiecit,
posteaquam illum adegit, vt cantaret;
Deposuit potentes de sede &c. Per B. V. S.
Mar. Magdalenam, S. Dionysium mirè
euasit latrones trecentos, à quibus
per iter ad necem quærebat. P. Rea-
linus illi tunc Proregis Catalonniæ
Confessario, ac in Hispaniam profi-
ciscenti prædixit, non rediturum; nec
rediit. Mirum istud quod addo. Barij
anno 1587. Fr. Laurentius de Mola
Concionator Capuccinus obiit cum
bona opinione viri spiritualis. Hic su-
preum æger P. Vincentio Matresio
accerfito, de Societate multa præcla-
ra dixit. Antonius Bearillus tunc de
Societate ineunda cogitabat. Ei à re-
duce P. Vincentio, ecquid apud Ca-
puccinum actum esset, quærenti, res-
pondit P. Vincentius gaudio plenus:
Dixit mihi de Societate res aded præ-
claras, vt si vera sint, verè felices, &
beati appellari possimus. Quid autem
illud fuerit, narrauit anno 1628. P. Mi-
chaëli Terza visitatori Sardinia: desi-
gnato. Iussi te Pater (aiebat ad P.
Vincentium morti, proximus Capuc-
cinus) hac horâ aduocari, vt nunciem
quæ mihi Deus nunciare mandauit;
nimirum, omnes, qui moriuntur in
Societate saluari, & ad cælum ire.
Temperare dicti latitudinem volenti
Vincentio respondit æger: Pater mi,
res ita se habet vt dixit: & Deus mi-
hi mandat, vt dicam; & idcirco te
curauim aduocari. De hac re plura pre-

Ad missiones pedestri plerumque
itinere proficiscebatur, cilicino
cingulo accinctus. Paupertatis aman-
tissimus, laceros calceos ipse sibi resar-
ciebat. Orandi efficacitate ac assidui-
tate fuit fœlix. Monialem sororem
suam longissimo interuallo à se diffi-
tam, & quarto iam anno raucam per
litteras monuit vt prætstituto, quem as-
signabat die ad recuperandam, si è Dei
glo ia id esset, vocem S. Synaxim per-
ciperet: se illo die ad idem impetran-
dum diuinis mysteriis operaturum.
Fecit ille, & illa, quæ constituerant; &
priuatim sacrâ synaxi refecta, cele-
stium deliciarum plena se tenere non
potuit quin in lætitiæ vocem erum-
peret, sanctimonialibus æstum illum
& canoram vocem repentino illi red-
ditam esse stupentibus, Rectoris offi-
cium per annos plures gessit, magnâ
commendatione disciplinæ. Moriens
Angelorum turmam sibi adesse dixit:
mortuus verò Patrum cuidam appa-
ruit per quietem ac eodem die se cæ-
lestem beatitatem adeptum disertè
affirmauit.

Gallus Tu-
ronibus. 30.
Sept. 1619.
ætat. 50.
Soc. 30.

Oratio.

Mors.

IACOBVS ANTONIVS

TACVSIMA.

In carcerem odio fidei Christianæ
coniectus, ibidem in Societatem ad-
scribi petiit, & obtinuit, vir eloquens,
ac præstantis exempli. Viuis felicissi-
mo incendio conflagrauit, ab iis dam-
natus ad rogam qui in illo, ciue suo,
Christianam religionem oderant, &
extinguere nitebantur, morte deletis
iis qui eam prædicabant.

Iapon Sci-
ki. 30. Sep.
1633.

Fides.

BBb 2

P. AMA-

P. AMARVS seu P. FLORENTIVS

MAVRVS MOVREIRA.

VAILLANT.

Lusitanus
ad Goam.
30. Sept.
1639. a. tat.
41. Soc. 22.

Fider.

Cum ex incensa ab hæreticis Lusitanorum navi in aquas defluisse, iique alios adnantes cymbis exciperent, illum è veste Iesuitam, è corona (seu vertice illà die raso) Sacerdotem esse agnouere, ideoque non recipere cum aliis, imò contis truculenter confecere.

Sortitus animam bonam, quam virtute solidà exornauit labore in scholis aliasque insigni. Bethuniæ in sua Patria Collegium gere paterno, suaque industriâ iuuit eximie. Ibidem celeberrimæ S. Vedasti, vt vocant, confraternitatis author fuit: atque item solemnibus sacrificij, & supplicationis S. P. N. Ignatij in Collegiata S. Bartholomæi Ecclesia; quæ quorannis celebratur Domini cā infra octauam festi eiusdem S. P. Ignatij: cui constabiliendæ annum eumque perpetuum & luculentum à suis parentibus censum obtinuit.

Belga Bethuniæ 30. Sept. 1639. a. tat. 60. Soc. 43.

S. T. Ignatij.



MEN-

MENSIS OCTOBER.

PRIMO DIE.

P. THEODORICVS

GERARDI.

1. Octobris
Belga Vien-
nae Austriae
1558.



Societatis ineunda
flagrans desiderio,
Romam (suis ne salu-
tatis quidem) profe-
ctus, in Collegio Ro-
mano is fuit, ut de eo

Studium
proficiendi.

Mors.

Vocatio.

P. Martinus Olavius disertè dixerit:
*multas virtutes in multis in Romano Col-
legio eminere; in Theodorico nullam deside-
rari* moribus erat facillimis: attentif-
simus sui custos. Quicquid à Confes-
sario vel superioribus audiebat quod
ad virtutum progressum faceret, in li-
bello adnotabat. Germanico etià Col-
legio praefuit Rector magnis benigni-
tatis ac prudentiae documentis. Morti
vicinus, ad Theodoricum Canisum,
qui illi aderat repente, concentum,
inquit audio Angelicum, carissime
Canis: comitare me: concentum An-
gelicum audio. Ad sociorum coronam
praecleara dixit de vocationis praestan-
tia; & adiecit: si quid igitur vquam
aduersus eam diabolus cogitationis
obiiciat, illicò (ut sit in rebus fidei)
abigendum.

B. FRANCISCVS

BORGIA SOCIET. IESV.
PRÆP. GEN. III.

Hispanus
Romæ. 1.
Octo. 1572.
ætat. 62.

Hunc vaticinationibus pluribus
laudatum & in aula sancte versa-
rum salutariter perculit Isabella for-

ma nuper adorata breui post mortem
in cadauere tam deformis. tunc diui-
nitus à sanctimoniali quadam visus est
ad Crucifixi manum porrigentis, &
suppetias promittentis, pedes lachry-
mari. E prorege, ac demum Duce
Gandiæ ibidem Collegij fundator, &
postea vniuersæ Societatis bis Vica-
rius ac (id quod S.P. Ign. de illo prædi-
xerat) III. Generalis factus, humilitate,
orandi peritiâ, & assiduitate, asperri-
mâ corporis afflictatione fuit mirabi-
lis. Purpuram à Pontifice non vno, nec
semel sibi imminentem sapienter &
fortiter declinavit. Societatem in Eu-
ropa & Indiis latè sparsit, ac magnis
exemplis nobilitauit. Inediâ, flagellis,
& assiduis afflictationum artibus car-
nis suæ hostis fuit. Animum verò quo-
tidiano pœnitentiæ Sacramento, ali-
quando bis etiam repetito, mirabili
cum Deo coniunctione, singulari &
ingenioso Deiparæ cultu variè ad or-
navit. Mortis occasio illi fuit longum
iter, è Pontificis illum cum legato
mittentis mandato susceptum. Humi-
litem illius loquuntur eius libri &
mores. Illâ tentantem, & spectabilem
non semel sibi dæmonem fugabat,
cùm se infra illum abiiceret. Restitu-
tum filia dentem, qui exciderat, flu-
tem è ligno Sanctæ Crucis (quod ipse
verum S. Crucis lignum esse dixerat)
sanguinem, pulsa illo implorato dæ-
monia; & alia imitatione admiratio-
neque digna in eius vita recensui ad
annum 1572.

Mors.

Crucifixus.

Humil.

Conf. quop.

BBb 3

P. MI.

P. MICHAEL

OCHOIA.

P. ADRIANVS

HORN.

Hispanus
Syraculis.
1. Octob.
1575. Soc.
26.

Morbos curandi dono fuit spectabilis, quam ille à Deo acceptam dotem ad curandos etiam animorum morbos transferebat. Post alios Barcinone, alibique curatos, Roma à P. Ioanne Polanco febres mox depulisse fufis ad SS. Eucharistiae Sacramentum precibus, fama fuit. Tybure quoque deinde, ac in Hispania plura de illo id genus mira narrantur. Vnde & apud Ognacenses eo nomine clarus fuit. Hinc ille maiore virtutis Deo chara famâ, & dicendi efficacitate munus Apostolicum exercebat cum aliquos momento valetudini (bene illis precatus) restituisset qui toto anno aegri iacuerant.

P. IOANNES

HARLEMIVS.

Belga Lo-
uanij. 1.
Octob.
1578. aetat.
41. Soc. 12.
Angli.

Mors.

Litania.

Mors.

Theologiae, ac trium sacrarum linguarum peritiâ per insignis: ac prudentiâ, morumque religiosâ suauitate fuit planè amabilis. Historia nostra eum vocat cunctis perfectâ sapientiâ partibus absolutum. Aegri peste contacti confessionem audienti obrepfit contagio, & inde mors ante quam quartâ ferè horâ ad lectulum Angelum tutelarem sibi videre visus est: & dixit se ab illo acciri; quod ille illorum Patrum ac fratrum precibus dabat, qui tunc, pro Societatis more, quotidianis litanis in facello recitandis erant intenti. P. Florentius Boncorstius, vir grauis, & fide omnino dignus affirmavit circa Ioannem dum animam efflaret, in solitum lumen ab sese conspectum.

De hoc sic habent annuæ literæ: Domum ab agris vltimò Sept. redux, & catarrho grauis, post cœnam menstruorum sanctorum sortitioni præsens, ei Patri, cuius precibus eo mense palam (vt istic moris est) commendabatur, se iterum & ipse enixius commendauit; alterique valedicens dixit: *Sancti Angeli nos custodiant*: & 1. Octob. manè dormienti similis placideque extinctus repertus est, læuâ, vt omni nocte assueuerat, Deiparâ collam tenente. Pietas in illo eximia, comitas item ingenij, puritas (vt haud ex vano est opinio) illibata, conciones Deo plenæ; rectio suauis, prouida, & nec temporum annonæque caritate arctata. Magno fuit emolumento Selestadij, omnibusq; domiciliis, quibus præfuit Superior siue Rector, Colonia potissimum: vbi socios in Collegium nouum primus induxit Rector. In exules peregrinos qui bellico tumultu eiekti affluebant, erat amantissimè liberalis, victu, veste, viatico, etiam in re domi angustâ, sed ex porrectâ in Deum nec deceptâ vnquam animi excelsi fiduciâ. Fuit cum de suis & peregrinis alendis sollicitum interna veluti vox audita sperare iussit. Mox ad locupletem, & agram Virginem euocatus, liberali & opportuno subsidio vltro adiutus est. Ingenue fassus est aliquando, quietem se capere non posse nisi meditâdi horam, conscientia distinguitur tempora, & quicquid statum est, omnibus numeris prorsus expleffer. Aiebat occurrentibus, vt fieri amat, occasionibus cum præesset ac aliâs: quæso, ne lædamus sanctam paupertatem.

Germanus
Coloniz.
1. Octob.
1655. aetat.
73. Soc. 53.

B. V.

Charitas.

Regula.

II. DIE

II. DIE OCTOBRIS.

P. COSMVS
TVRRIANVS.

Salutato S. Xaverio se accendi totum sensit. Postea Goæ post exercitia in Societatem ab eodem admissus, Amanguccij multa hominum millia, & multos Bonzios ad Christi fidem adduxit: multa passus aduersa, & ad necem non semel quæsitus. Fœminam enurgumenâ simul baptizauit, simul à dæmone liberauit. Omuræ, Frandi tanta gessit ut Heroës fidei educârit; Regulum Omuræ baptizauit, & Bartholomæum appellauit. moriens triginta circiter. Superstitum Christianorum millia reliquit in Iaponia; id quod illi summa lætitiæ fuit. Amanguccij orizâ tostâ, salsis piscibus, & herbis victitauit sine pane, vino, carnibus, lacte, &c. Sed cæli deliciis & lachrymis abundabat, pro sancto habitus in summa omnium veneratione tanquam Apostolus, & omnium Pater.

P. FERDINANDVS
ALVAREZ.

In Tuneano bellô, illius consanguinei cuiusdam caput globus è tormento explosus abstulit, & ipsum Ferdinandum læsit. inde ad opes, & honores contemnendos coortâ cogitatione, Societatem amplexus est, & Abulense Collegium liberali munificentia iunxit. Fuit vir eximie charitatis tam in studio animarum, quàm in rectione nostrorum. P. Balthasar Aluarez illum valde laudabat quod nihil quantumuis minimum aggrediretur

nisi oratione præmissâ. dicebatur; nulum fuisse qui in illum oculos conuerteret, quin pie tangeretur. Illo mortuo, S. Theresia illic, dato ad nostros breui Chirographo, illos certiores fecit, P. Ferdinandum à se conspectum esse in gloria; & adiecit: sic honorat Deus eos qui tractant proximos cum charitate.

P. IOANNES
LVCENA.

Ahuius ad concionem dicentis ore pendeat concio tanto applausu, ut aliquando finem dicendi facienti omnes acclamârint ut pergeret. Nec minor fuit plausu fructus. In dissensionibus aliquando acerrimè dicentis vox quatuor nobiles viros ita seu perterruit, seu mansuefecit, ut illi cû inueteratis odiis positis amicitiam totis voluntatibus coluerint. Eadem concio lecta à milite coram duobus viris nobilitate claris, at odio ferro exulceratis, illos ad inimicitias ponendas flexit. Talis per 20. annos Concionator fuit Lucena; domi etiam patientiâ, piis lachrymis, & in omnes charitate spectabilis.

P. ALEXANDER
HELLER.

Viennæ Austriæ illis natus parentibus qui primi nostros istic hospites accepere: quorum religiosâ modestiâ & pietate animum ad Societatem adiecit; & Romæ ipso S. P. Ignacij morientis die admissus est. Collegiis,

Germanus
Coloniz.
1. Octob.
1611. ætat.
73. Soc. 55.

B. V.

Charitas.

Regula.

Vocatio.

2. Octob.
Hispanus in
Insula Xi-
qui. 1570.
ætat 60.
Soc. 12.

Baptismus.

Fides.

Hispanus
Abulæ. 1.
Oct. 1579.
vel 1572.

Vocatio.

Mors.
S. Theresia.
Charitas.

Lustanus
Vlyssipona.
2. Octob.
1600. ætat.
51. Soc. 35.

Pax.

Concio.

Germanus
Constitia.
2. Octob.
1611. ætat.
76. Soc. 55.

Vocatio

Euchar.

Mortific.

Mors.

giis, Tyronibus praeuit, concionatus est per annos 42. Quamprimum à lecto vel mensa surgebat, domum re-
 dibat, primum illi negotium fuit SS. Sacramentum inuifere. Ut confitenti-
 bus dies festos daret meditatione non omiffa, nec dilata, illam ante quam
 è lectulis alij surgerent exequatur. Flagellis, ac tunicâ cilicinâ etiam in
 senio se affligebat; veniam tamen à fu-
 perioribus petita more maiorum. Et-
 iam postquam exemptus est à culinæ
 officiis, illa non omittebat. In se de
 confessionali tam constans fuit ut per
 nouem extremos anni menses omnino
 12. millia ducentas & sexaginta con-
 fessiones audierit. Religionem spirabat
 eius vultus & verba; mores omnes
 patientiam, & mansuetudinem seu di-
 ceret aliquid, seu taceret. Quarto an-
 te mortem die, sanus tunc adhuc, ge-
 neralem confessionem instituit.

P. IGNATIVS BALSAMON.

Italus Le-
 mouicis 2.
 Oct. 1618.
 ætat. 75.
 Soc. 57.

Oratio.

Sacrum.

Humil.

NE quid è seculi analectis retine-
 ret, prophanum Herculis nomen
 cum Ignatij nomine commutauit.
 Nouitius praeuit per annos 16. vir ve-
 rè famam sancti non morosi comme-
 ritus. Semper quidem orabat, sed par-
 ticularim præter matutinam horam,
 vesperti alteram, & extremis annis ter-
 tiam, orationi dabat. Orationis illius
 materia interdum erat ferè gratias Deo
 agere. In orantis vultu flammæ, in o-
 culis lachrymæ visebantur. Inter sa-
 crificandum quoque sublimis è terrâ
 conspectus est. Quotannis Patrem
 quempiam deligebat à quo more ma-
 iorum moneretur de iis erratis quæ
 fortè occurrunt, & à nobis ipsis non
 aduertuntur in nobis. In culina serui-
 re, ad mensam legere, deterrima quæ-
 rere, nullius pro cubiculo operam ad-

mittere, ad punctum omne obedire,
 solemne illi ac sanctum, etiam quan-
 do cum viris primariis loquebatur :
 mox enim abrumpebat. Ad sacrum
 ibat, iam sacrificali veste indutus, cum
 à Rectore vocatus rediit, ut pareret.
 Dolores suos multos, & longos lato
 vultu benedictiones vocabat. Præter se-
 uerum in quadragesima ieiunium
 quothebdomadis inedia bidui se affli-
 ctabat, neque nisi vestitus ad quietem
 se componebat. Res à Societate gestas
 datis in Prouincias literis perquire-
 bat, adnotabat, narrabat. Cum spiri-
 tualibus rebus præfesset, incredibilis
 fuit charitas mutua Sociorum: & no-
 tatum est omnes eius tyrones in So-
 cietate ferè perstitisse constantes. Pa-
 tres monebat ut expectationem ex-
 emplum implerent, in oculis aliorum
 eos intentorum: nec bene de sacrificio
 missæ meritum iudicabat si quis
 semi horam illi non plenam daret, a-
 uarus erga Deum, & reus legis quoti-
 die violatæ. Amorem Dei esse aiebat
 regularum seruandarum causam &
 neruum. Ad silentium ceu legum con-
 pendium attendebat, & alioshorta-
 batur indignosque aiebat spiritus de-
 lictis eos qui linguæ suæ potentes non
 essent, in vna legum plurium viola-
 tores. Aiebat, præstare vnum de So-
 cietate iuuare in spiritu, quam plures
 externos. Exercitia vocabat vinde-
 miam S. P. Ignatij.

P. BENEDICTVS FERNANDEZ.

Hic à P. Vasco prædictum fuit,
 fore ut in fidei odium caderet.
 Tulit, fecitque quam plurima in
 Iaponia pro fidei felicibus incremen-
 tis. Aduersarij ipsi miram hominis e-
 loquentiam, nec minorem virtutum
 ac morum quam linguæ elegantiam,
 in

Patientia.

Mortific.

Sacrum.

Amor Dei.

Silentium.

Exercitia.

Luftants
 Nagafachi.
 2. Octob.
 1632. ætat.
 54 Soc. 38.

Fid.

in eo amabant, atque laudabant. Cum captum hortarentur, *ut à Christi fide deficeret*, negavit decere id hominem adeo ab ipsis laudatum: datâque illis in libello de fide lucubratione insigni, fidei suæ breuiarium ac tesseram illis explicuit; simul corpus obtulit ad tormenta pro illa fide. Sub ini equo, ceu in triumpho, vectus, ab iniuris at Imperatorem timentibus, ad foueam damnatus est. Depositus de patibulo deinde tamen est; ne tam citò vitâ decederet. At breui postea in carcere gloriosum vitæ finem inuenit. Eodem die ac eadem de causa in foueæ patibulo pendens migrauit victor.

P. PAVLVS

SAITO.

Iapon. ibid.
1. Oct. 1633.
ætat. 57.
Soc. 16.

Fidei

Charitas

Obiit athleta felix posteaquam septem dies pependit capite deorsum prono in foueam, sine cibo, sibi tamen præsens, dicensque; se ante P. Benedictum minimè moriturum. Et verò eadem horâ, & ferè momento, vterque decessit. Illud stupendum. Aiebant satellites; se coram istis adfuisse, attentisque auribus accepisse verba duorum illorum cadauerum ad rogam deportatorum, cum se inuicem Lusitanicè ac Iaponicè salutarent, felicitatemque suam Benedictus Paulo, & hic illi vicissim gratulareretur.

P. IANVARIVS

PISA.

Italus A.
quilis. 2.
Oct. 1656.
ætat. 39.
Soc. 16.

Ivrati testes affirmant; huic à contracta in gloriosis apud peste afflatis obsequiis lue morti iam proximo admotam S. Xaverij imaginem eas maculas quas medici pedecchias vocant, quæque toram sinistri eius lateris partem ad cor infecerant, velut ab-

forptas penitus abstulisse; ita ut è latere prorsus euauerint, & in imagine comparuerint velut impressæ, adeoque tum quidem P. Ianuarius conuuluit: sed postea, in iisdem obsequiis, heroum morte decessit. Quare & ego de illo inter Heroës ac victimas charitatis ad annum 1656. fusè scripsi: quod Philosophiam triennio, Theologiam biennio explicuerit; Collegium Aquilanum itidem biennio gubernârit; in celebrioribus, Societatis potissimè, festis duodecim pauperes in Collegio suo mensæ adhibuerit; sibi quoque cibum ac vestes, ut ea pauperibus præberet, detraxerit; templi fabricam magnâ erga Deum fiduciâ nixus mirè promouerit; neminem à se auxilium petentem vacuum abire permiserit, quin eum vel ipse iuuaret, vel alium à quo iuuaretur inueniret. Visum aiunt non semel inter sacrificandum Angelico quodam & augusto vultu in sublime elatum. Somnus illi durus, cum culcitram rarè ad quietem admitteret; nec vestes exueret, nisi quando inclementer planè se ad effusum vsque sanguinem laniabat acerrimo verberatu. Lue Aquilæ coorrâ, ad ægros per fenestras etiam adreptabat. Duobus disertè de morte sua ea dixit quæ illum extremæ suæ dici non esse inconscium testabantur. Est qui per sanctè affirmet; P. Ianuarius vitâ iam functum sibi post mortem ad spectabilem adfuisse, vultu splendido, & pileo aureo rectum; hortatumque fuisse, ut ad diuina obsequia enixè prosequenda perseveranter incumberet: eoque se in concepto erga diuina incitatus peragenda studio confirmatū. Addunt alij, & probatæ fidei ac oculati testes anno vno ab eius obitu euoluto, corpus eius repertum incorruptum; cum tamen & locus in quo conditus iacebat, viginosus fuerit, & arca consumpta. Virginitatem suam tan-

S. Xaverij
imago.Vid pag.
337.Festa.
CharitasSacrum.
Oratio.

Mortific.

Discendum
à mortuo.Pileus aureus.
Tepidi.

C C C

râ

Humil.

tâ modestissimi animi demissione ornauit, vt spiritualium rerum præfecto quæstus non semel sit de sua audacia,

quoddã ausus fuerit sinere vt sacris initiaretur; quâ sancti ordinis maiestate se putabat omninò indignum.

III. DIE OCTOBRIS.

P O M P E I V S

P.

S T A N I S L A V S

CAPVANVS. NOV.

WARSEVITVS.

3 Octob.
Italus Neapol.
1588.
ætat. 17.

Castitas.

Oratio.

Mortif.

Castitas.

Vocatio.

Illustrissimæ Comitum Proregum familiæ flos nobilis, cum oblatum, lautum quantumuis, matrimoniû detrectaret, submissæ sunt conductæ scæminæ artium impudicarum technis instructæ, vt illum ad sordes condocere facerent. At ille sacro quodam furore plenus illas fugauit; nec videre illas nec audire dignatus. Callum habebat in genibus ab assiduitate flectendi, & orandi: sæpè in medio noctis intempestæ silentio ad precandum surgebat; sæpè cilicio vsus ac se acriter verberans: quibus ille industriis, cum præcipuo Deiparæ Virginis cultu coniunctis, virginitatis thesaurum custodiuit vsque ad mortem. Cum apud parentem vrgeret, quod bonâ eius veniâ Societati nomen daret; ceu delirus in obscurum conclaue coniectus est. Inter submissos plures, qui eius molitiones interuerteret, fuit religiosus nonnemo, qui omnes religiosos, ac se quoque suscepti de religione consilij pœnitere dixit. At Pompeius respondit; eos, ad quos ipse irret, vitæ religiosæ minimè pœnitere. Peruicit omnia; & Societatem amplexus, peregrè vt fieri amat ad Deiparam quæ in monte Virgine colitur missus est. Inde reducem febris prostrauit in mortem piissimè appetitam.

Senatoriâ nobilitate, obitis ad Turcas Regijs legationibus, & Regiâ, vt vocant Cancellariâ cuius Præfces erat, clarus, Episcopatu à Rege oblato sed non admissio, Romæ cum aliquot è sua familia in Societatem admissus, B. Stanislai Kostkæ connotius fuit. Nocte quâ B. Stanislai obiit semisomni Warseuitio quispiam de Societate in Domo professâ dixit; Stanislai iam esse in cælo: & benè manè Stanislai mors nunciata est. Per totam quadragesimam concionatus est aliquando de pœnitentia, ingenti fructu. Pro re Catholicâ, doctrinâ, exemplo, concionibus mira gessit. In morte à dæmone de fide tentatus at victor, peste apud infectos in eoque obsequio contractâ occubuit. Post mortem postea anno 1604. 12. Martij hora 12. meridianâ Patri Petro Spargæ agro apparuit; & non vnum (vt Petrus faciebat) sed decem annos vitæ, vt à Deo pereret autor fuit. Et verò Petrus nouem annis siue in annum decimum superstes vixit.

Petrus Stopellus. Vide 3. Septembris. alij eum ponunt 3. Octobris.

P. A D R I A N V S
ARBOREVS.

Facundus, & sagax inter primos in Hollandia operarius. Tribus coronis, & litanij Deiparam quotidie honora-

Polonus
Cracouiz.
3. Oct. 1591.
ætat. 64.
Soc. 24.

Vocatio.

B. Stanisl.

Pœnitentia.

Mort.

Belga Cor-
traci 3. Oct.
1615. ætat.
62. Soc. 38.
B. V.

honorabat; tria vicissim ab illa petens primò, vt in Dei gratia; deinde, vt in Societate illius auxilio persisteret: denique vt illa extremo suæ mortis articulo benigna præflet. Vt diuina mysteria ritè perageret, omnes actiones ed referrebat. Igneas aspirationes vibrabat sæpè ad cælum, quibus ingeniosa amoris erga Deum sui desideria exprimebat, vt infinitum illi amorem deferret. In morbo persæpè conscientiam expiabat. piè lectum aliquid audiebat è psalmis, è Thoma à Kempis. Petiit ad stabulum deferri; vt ibi vbi Christus, natus est, moreretur.

P. MICHAEL

IULIANVS.

Hispanus
Valentia.
3. Octob.
1621. ætat.
64. Soc. 41.

AD Societatem venit, nobilis & suauissimæ ac placidissimæ indolis adolescens; quam semper in longa rectione omnique officio retinuit, magnâ obseruantia religiofæ perseuerantiâ, præclarâ dicendi gratiâ, missionumque laboribus. Immaculatæ Conceptionis festum, præmissis arcto in pane, & aqua ieiunio, celebrabat; obseruabatque diligenter quicquid ad cultum Deiparæ scriptum ab aliis poterat inuenire: nec vllum Deiparæ festum præterlabi sinebat, cui suas se afflictiandi, & orandi exercitationes ingenio pio non adiungeret. adeò in se asper & rigidus, vt eâ in se ipsum seruitiâ satiari nunquam videretur.

P. THOMAS

VIRINGVS.

Belga Leo-
dij. 3. Oct.
1621. ætat.
56. Soc. 30.

ANTE initam Societatem medicinae Doctor; postea sacerdos apud nos, vir plenus Apostolicæ charitatis, atque industriæ. Ab hæretico suo consanguineo, quem vi argumentorum

presserat, alapâ percussus, alteram genam porrexit. Ab alio impactâ in vulnum patinâ exceptus, illi veniam ab aliis petiit sed postea prædixit: Deum iniuriam illam ulturum: id quod breui factum, cum ille fortunis, & vitâ exutus est. Summâ dexteritate præstabat, in curando melancholiæ malo, in scrupulis eximendis, in peruigilatione apud ægros continua, & vtili: quosdam curauit etiam peste infectos. Denique charitatis erga moribundos, erga reos ad supplicium ductos, erga omnes, tantæ fuit, vt quidam è primorum numero dixerit hætenus Louanij parem illi fuisse neminem, ac fortè nec fore.

P. Vincentius Raimundus. De hoc dixi 4. Sept. Alij eum 3. Oct. collocant.

LAVRENTIVS
CHODOROWICZ COAD.

1. NE interdiu, orandi obtentu laboribus deesset, nocturnis horis orandi spatia extendebat; & maiorum permissu, noctu cum medium silentium tenerent omnia, concedebat in templum, ac erat pernoctans in oratione Dei toto tempore post mediam noctem vsque ad diluculum.

2. Demissione animi fuit insigni. Vnde cum quemdam è tyronibus coadiutorem officio suo indiligenter functum, pro munere suo, admonuisset, ad eius postea genua prouolutus veniam petiit si quid fortè dixisset acerbius quàm par erat. Eadem industria nonnullos extrarios quos inter se dissidere audierat, peruicit vt in mutuum gratiam redirent, positâ similitate.

3. Acerbissimo dentium, pedisque dolore vexatus, intimo sensu pietatis diuinæ voluntati se accommodabat,

C C c 2 non

Patient.

Charitas.

Polonus
Cracouiæ,
3. Octobris
1662. ætat.
67. Soc. 37.

Oratio.

Humilit.

Patientia.

non solum nihil quaestus, verum etiam dolorum grauitatem extenuans. Cum aëgris peste ictis ministraret, permagnum leberem, cui sustinendo par non erat, euerit; quo casu effusa è lebere feruens aqua totam eius dextram tibiam pedemque miserandum in modum exussit. Triduo toto ita vt erat vestitus dolorem sustinuit, nec vulnus aut inspexit ipse, aut vlli curandum dedit. Triduo post cum iam rem silentio minimè regi debere videret, admirationi fuit mira eius in dolore tam diuturno constantia, cuius nobile specimen dedit tum etiam, quando pure concreta omnia in crustam coaluerant, & detractis tibialibus crusta etiam omnis & carnis panis adhaerescens particulæ non modicæ sunt detractæ.

Obed.

4. Nemo illum iratum, nemo laboris aliquid detrectantem vidit. Nihil sibi parcebat, ne deesset officio. Perpetuum ei erat, vt semper promptum eum reperiret charitas ac obedientia, quocunque quodocunque accerseretur.

Mortific.

5. Supremis annis quindecim, etiam hyeme tam immitti, vt in Polonia esse solet, non nisi nudo asseri, ac vimineæ storeæ incubuit. Habebat statutos dies quibus carne non vesceretur. Sub noctem reperitis crebris ac saeuum in modum ictibus cadebat se vsque ad sanguinem vbertim effusum.

6. Amabile Deo, ac iis qui ei ægro aderant spectaculum fuit, quam tenerè aspiraret ad Deum, ad Dei Matrem, ad cælitates, & nominatim ad S. suum Laurentium, seque accusaret supremo in morbo quod tanti sui herois patientiam tam lento passu, ac frigidosequeretur. Cum per idem tempus, asseres suos deferere ac in lectulo molliore decumbere iuberetur, fecit quidem ille obedienter imperata, sed non sine perfusis lachrymis quod cogere-

tur se habere adedò indulgentem.

7. Cum lues, plures in Cracouensi, in qua ipse debebat tyronum domo eripuisset è vita, Laurentius persæpè collucentes ad sepulchra illorum, & alibi faces videre sibi videbatur; ac inter orandum, aliasque audire gemitus eorum quos pestis extinxerat, cum aliorum, tum verdò Gilberti Coadiutoris Nouitij magnæ virtutis; qui post mortem cuiuspiam conspectus fertur expansis brachiis in igne lucido ardere, velut opem exposcens. Multa tum ipse tum eius rogatu alij præstitere pro piis illis manibus, à quibus interpellabatur, ac monebatur cum sanus tum è pede aqua feruenti perfuso æger, ac demum peste contractus. Singillatim, ac nominatim ab iisdem didicit, & ex voto prædixit, quendam è Coadiutoribus, deinde duos è familia (quos etiam nominabat) se demum omnium postremum decessurum è vita, neque vltra progressuram lueni.

Purgator.

8. A diuino Eucharistiæ Sacramento die S. Michaëlis percepto, aiebat sibi adesse spectabiles omnes illos quos in illa Domo pestis anteillum extinxerat. Quo spectaculo est iterum recreatus die B. Borgiæ post acceptum cæleste viaticum. Quo tempore cum rogaretur, *an Christum amaret?* Respondit Latine: *Valdè amo, valdè, valdè, valdè.* Et verè amoris illius ore, ac lingua loqui videbatur toto illo biduo quo adhuc inter mortales fuit, inter ignea diuini amoris suspiria, quibus ad Deum, ad Matrem Dei, ac Sanctos suos anhelabat. Ait is qui ei viaticum ministravit de Societate Sacerdos, etiam sibi conspectam coronam Sociorum vitam ibi functorum, Laurentij latus hinc atque inde cingentium. inter eosdem cum alio quopiam de Societate ipse quoque in templo post mortem coram ara S. Xauerij vultu præ aliis amœniore visus, innuit malum vltra non pro-

Euchar.

Amor. Dei

Mort.

Oratio.

progressurum: id quod euentus etiam affirmavit. nam licet grassans luc tunc minari maximè ac furere videbatur, tamen repente stitit, nemine post illum erepto, vt ipse fore prædixerat. Nec semel audiram aiunt post mortem eius velut orantis vocem in templo, choro, cubiculo, vti precari viuis consueuerat. Plura de illo annua, ac Rectoris, & aliorum literæ ac-

cur atè conscriptæ, quibus luculenter comendatur veterana virtus Laurentij qui quotidianis exemplis fuit omnibus Cracouiensis tyrocinij sociis per insignis ad omnem disciplinæ laudem stimulator; & speculum impi- gritatis, ad Deum totis viribus, ac totâ fortitudine amandum, inter labores tenerâ orandi assiduitate condi-

IV. DIE OCTOBRIS.

DOMINICVS
DE ONNATE COAD.

4. Octobris
Hispanus
Cazorla.
1596.
Vocatio.

Encher.

Mori.

Angelus.

Belga Me-
chliniæ 4.
Oct. 1617.
ætat. 81.
Soc. 58.

Cum luculenta domi res illum omnibus fortunæ bonis exutum destitisset; innocens licet tamen longo carcere afflictus est, donec tandem innocentia viri patuit; & ille liberrati redditus, se Societati transcripsit. Orandi ac se afflictandi studium ad insignem in suis muniis diligentiam adiungebat. Mors illi assidue præ oculis versabatur. Vnde rogatus aliquândo à superiore quid mente tractaret; respondit: Quodd me per pedes trahant ad tumulum: quod à me petatur ratio, seuerè tunc exigenda. Noctu audire sibi videbatur has Angeli sui (vt opinio fuit) voces: *Vita brevis est; labor exiguus est. premium verò grande est. præparate ad reddendum rationem.* Sæpè illi in ore fuere illa. *Patientia, diligentia; & amplius thesaurorum.*

P E T R V S
LE FRANQ COAD.

Charitate, labore, & in furore hæreticorum Anuerpiam occupantium fortitudinæ fuit insignis; ab iisdè

in exilium etiam relegatus. Iucundum illi erat se omnibus posthabito, aliorum commodis studere, sacerdotum reuerentiâ magnâ & potissimum superiorum quos sub noctem adibat bonus senex, & aquâ benedictâ ab illis aspergi volebat, simulque benedictionem flagitabat. Multis quotidie sacrificiis ministrabat; orandi, laborandi ac se afflictandi assiduitate memorabilis. Vnde, & mors illum in flagranti, quod aiunt, reperit. Etenim 4. Octobris manè poenitentia, & sacrâ synaxi recreatus, ac postea Beatissimam Virginem è rosario salutans, concidit: mox vinctus de vita migravit; cilicio ad pectus, & circa lumbos morientis reperto.

Fides.

Laboræ.

B.V.

Mortisf.

Mori.

P. IOSEPH
GVIMERANVS.

Erga se contemptione profundâ: erga alios mansuetudine, morum facilitate, charitate ad sacras operas promptâ: erga superiores obtemperandi alacritate præstabat, etiam cum Professis, aliisque præcisset Beatissimæ Virginis imagines domi obuias, flexis, vbi sine arbitris id licebat, genibus salutabat: floribus eleganter or-

Hispanus
Valentiæ.
4. Octobris
1620. ætat.
82. Soc. 67.

B.V.

C C c 3

nabat

*Tachylatoria.
Contritio.*

nabat in eius festis; ut quali quali obsequio illi officium exhiberet. In more habuit, ut à Deo peccatorum veniam enixè quotidie centies flagitaret.

P. IOANNES

DE LAS MISSAS.

*Indus Manilanus in Insula Maridduque.
4. Oct. 1625.*

REdux 4. Octobris à peracta apud Patres S. Francisci, de eius laudibus concione, à Mauris, ac aliis barbaris ethnicis odio fidei furentibus, explosi sclopiglobo interfectus, & ca-

pire truncatus est. Inde furor versus in templum, imagines, & quicquid instrumenti sacri repertum est. Ex eius cranio propinatum, haustum, & in cadauer barbaris modis sævitum est. Iam ab ipsis religiosæ vitæ rudimentis habitus est Ioannes pro homine verè puro, ac sancto; habeturque pro explorata re ac certa, quandam Christi Cruci affixi, coram qua supplex attentione magnâ orabat, imaginem, illi aliquando fuisse locutam. Ea hodie quoque habetur in honore, ac reuerentia singulari.

Fidei.

Crucifixu.

V. DIE OCTOBRIS.

P. LVDOVICVS

ALMEIDA.

*5. Octobris Lusitanus in Iaponia Amacusa.
1581. ætat. 59 Soc. 27.
Hist. Soc.
1583. à 124.*

HVnc Societatis Historia nomine antiqui, experientis, & strenui Ecclesiæ Iaponicæ Ministri appellat. Ait familiaria illi fuisse prodigia curationum; cum nullus ferè tam desperatus, tam difficilis ei morbus offerretur, quem ille cælesti potentia non depelleret. Dæmon, quod è corpore puellæ quam annis octodecim infederat, exorcismis Almeide pulsus esset, Cangoxime quadam nocte in eum insiliens, plagis crudelissimè contusum, in multos dies ægrè trahentem animam reliquit. Hæc omnia Societatis historia. Cæterum Ludovicus cum navis Odoardi Gamæ chirurgus esset, Bungum ad aliquos è Societate Firandum accersendos missus, & ibi spiritualibus S. P. Ignatij exercitijs eruditus ac inflammatus, quinque millia aureorum obtulit pro pæphæbio educandorū puerorum quos parentes desertos exponebant; & pro Nosocomio leproforum, cumque li-

teras quoque calleret, se Societati ad-dixit, Iaponice linguæ, ac omnis moris callentissimus; laborum verò ac dolorum fame sanctâ semper avidus, atque insatiabilis. In disputando autem, ingenio scientiæque mirabili cæleste quidpiam præseferbat, ore disertio atque ad persuadendum fortissimo. Vnde plures Ecclesias ipse fundavit Evangelio per ipsos 27. annos isthic longè ac latè propagato, pro quo in lucris æternis posuit quod ad necem à Bonzijs quæreretur, quod plagis etiam acciperetur ab Idololatris, à piratis, domi, forisque. Gloriosum exilium, Cangoximâ eiectionis, per annum sustinuit in tugurio deserti litoris delitescens, in quo nonnisi herbis agrestibus vescabatur. Aliàs quoque in vasta deserti spelunca per diu habitavit. Aliquando comprehensus, spoliatus, malè mulctatus, hianti cymbulæ impositus, & mari alto commissus, æger, cum plagis quibus opertus erat; cum extrema rerum necessariarum penuria, & cum sæuâ maris tempestate ita luctatus est, ut diuinâ ope terram tamen viuis tenuerit. Mortem tandem

Zelus.

Patientia.

Dæmon.

*Exercitia.
Charitas.
Vocatio.*

randem obiit perceptis ritè Ecclesiæ Sacramentis, inter diuinas laudes, & Christianorum preces ac lachrymas, qui heroem illum inuictis ad omnia dura ingenio, & admirabili erga omnes charitate amabilem, primum in Regno Gotto Euangelij seminatorem, Bonziorum plurium in diuinis magistrum, Christianorum longè plurimorum in Christo Patrem, demonumque terrorem deplorabant.

P. MICHAEL
LÆTAVALLIVS.

Italus Syracus. 5. Oct.
1590. ætat.
67. Soc. 40.

Mortific.

Mors.

Charitas.

anno 1590.
n. 75.

Oratio.

Fuit è primis à S. P. Ignatio in Siciliam destinatis: ubi Syraculis per 36. annos vixit, oratione, assiduoque pro animabus labore, admirabilis, moriturus non prius voluit cælesti viatico instrui quàm se flagris, de more, viribus quibus adhuc poterat cecidisset. Anno 1576. Syraculis peste afflictis omni curâ seruiuit. Etiam septuagenario ætate iam vicinus à P. Generali petiuit in Sinas mitti. Societatis historia ait; anno 1606. iussisse Iosephum Saladinum Antistitem ritè cognosci de miraculis, & virtutibus P. Michaëlis, adhibita fide testium juratorum; & omnia Romam misisse, additis suis & Urbis literis, quibus à Paulo V. Pontifice postulabant, ut eum in Beatorum numerum cooptraret. Hæc & his plura de illo Societatis historia.

Cæterum Michaël orandi studio apprimè condiebat seueram illam quâ se ex cruciatum ibat quotidie corporis afflictationem; adeoque noctes integras peruigil quandoque ducebat orando. Vilis est inter orandum eleuatus à terra sublimior ad tres palmos. Quicquid infimorum domi officiorum est, obibat cum alijs præfesset. Per totos 40. quibus in Societate vixit

annos aiunt nunquam turpem aliquam cogitationem suæ menti oblatam sensisse. Morientem S. Michael cum Angelis inuisit, & Beatissima V. Mater aiunt, eius tumbam aureo Panno rectam, reliqua in eius vita.

Castitas.

Mors.
B.V.

P. BONAVENTURA
PARADINAS.

Nunquam per omnem vitam quicquam etiam è quotidianis rebus à superioribus petijt, quod ad commodum ipsius spectare videretur sui planè incurius, & hanc suam velut virginitem vocans. Nouitijs diu & magnâ exempli, æconomix, prudentiæ, ac perpetuæ charitatis laude præfuit. A suis abiturus æger iam vltimum, Nouitijs quinque capita commendauit impensius; 1. Purissimam in singulis intentionem, 2. orationem, & affectionum mortificationem 3. promptum animum ad voluntatem Dei: 4. mutuam charitatem: 5. Præcipuum B. Matris cultum.

Hispanus
Monarchiæ
5. Octobris
1595. ætat.
62. Soc. 26.

Mortific.

Mors.

B.V.

P. NICOLAUS
CONDE.

DE hoc in annis Campaniæ anno 1654. num. 10. ita scripsi. P. Nicolaus de Conde 4. vota professus, genere nobilis è Lotharingia. Societatem anno 1622. amplexus, in ea, humaniora, philosophiamque perdocuit; & ad populum sacer orator dixit ardentem, per quadragesimam potissimum, & per octo dies à die Deiparæ Matris assumptæ. Aiunt literæ, illum prodigium factum esse multis, ingenij & facultatis imaginariæ vim in eo admirantibus: librum nullum in eius cubiculo visum, præter Biblia, quæ flexis genibus legebat quotidie. fuisse

Gallus. Di.
uionæ. 9.
Octob. 1654.
ætat. 54.

Lection.

Memoria.

fuisse illi pro Bibliotheca portatili, culti pectoris sapientiam, plenamque memorię locupletissimę copiam; quā supellectile instructus, Galliam ferē totam concionibus peragravit, magnū eximiam, ac propē plus quā humanę indolis exemplar circumferens. Cū esset (inquit de illo prudens quidam, & cui ille benē erat perspectus) ignei temperamenti, quod eius rapida ac torrens eloquentia prodebat, exquisitę insuper eruditionis, memorię quoque supra humanam propemodum, ut qui sinē scripto vllō multorum annorum conciones à se habitas retineret, atque inter summos Societatis concionatores merito censeretur; vir tamen omnium virtutum fuit. Arctissimam cum Deo coniunctionem testabatur theum eius pectus, quoties de rebus diuinis verba faceret. Sic ille. Religiose paupertatis fuit maximē studiosus. Fœminam impudentem, à qua confessionis obtin-

tu ad flagitium inuitabatur, seuerē corripuit; & suę salutis vehemēter admonitam, sed insanabilem, facessere, nec vnquam ad se redire iussit. Mira illi manē insurgendo ad signum commune constantia, quicquid precessisset itinerum aut laborum: mira inter extrarios ad mensam, & vbique abstinētia atque modestia. Vnius tantū pulmenti genus singulis refectio-
nibus degustabat. Ad anagnostę officium super mensam, ad infima quę-
que culinę officia se superiori frequē-
offerebat; ut quia legum nostrarum erat ad omnem apicem retinentissimus, illam quoque seruaret, quę iubet ea libentiū à nobis occupari in quibus exercetur humilitas, & charitas. Iam, ne se his efferret, molestis conscientię aculeis agitatus, & malē de se vbique suspectans, quicquid ageret, peccati vmbra subesse verebatur; morem tamen Confessario semper gerens.

Cassitas.

Mant.

Temperant.

Humilit.

VI. DIE OCTOBRIS.

P. MELCHIOR
CONSALVIVS.

6. Octob.
Lufitanus
Bazaini.
1551. Soc. f.

B.V.

Vespert.

Purgat.

HVnc S. Franciscus Xauerus Bazaini Collegio præesse iussit. Multos ibi, & circum, ad Christi fidem adduxit; nec pauca idola subuertit; erecto diuinę Matri templo, & ephebio puerorum; ad paruulos fidei Orthodoxę dogmatibus imbuedos, Xaueriano more, primis tenebris urbem illam concursans, pulsatō ære campano populum admonebat, ut preces funderet pro ijs qui lethalis peccati conscientia tenentur æternis inferni pœnis obnoxij, nisi resipiscant; & pro illis animabus quas ex-

piatorius ignis in purgatorio excruciat. Apostolicorum virorum elogio tam bonus eius vineę operarius fuit, ut verbis id consequi perdifficile sit. Odere in illo tantum fidei, ac animarum studium timidi iuxta & rabidi idolorum cultores; quare ne porrō Christianę religionis fines latius, ut continuatis laboribus faciebat, extenderet, veneno propinato mortem illi accelerare. P. Gaspar Barzaus illac iter tunc habens adfuit morienti.

Fidel.

P. LV-

P. LVDOVICVS
VNGRIA.

Hispanus
Mellig. 6.
Oct. 1584.
ætat. 60.
Soc.

AB ipso S. P. Ignatio ad Societatem cooptatus. Nobili stirpe natus; at adeo auulsus à carne & sanguine, ut per 20. annos nullam epistolam ad suos dare voluerit. Per sex annos à carni esu omnino abstinuit. Nil prius respondebat, quam responso cū Deo collato. Orabat flexis in medio cubiculi genibus nulli fulcro innixus, etiam senex. Per ipsos 20. annos pro meditando argumento habuit orationem Dominicam. Mirabili dote pollebat imprimendi cordibus argumenta meditationum. Ager medico signa valitudinis reditura se in eo comperire dicenti, ego verò, inquit, non cras verum tertio abhinc die discedam: & tertio die datis ad P. Ioan. Bapt. Carminatum literis; scribo, inquit, Reu. Vestrae hodie, qui est extremus dies vitæ meæ. Et eo ipso die obiit. Mortem deinde aiunt consecrata quædam quæ admirabilitatem habent.

MICHAEL
XVCCAN.

Iapon. Sci-
monoseeki.
6. Oct. 1618.

Arechensis, & concionum assidue, tate, vigore, ac spiritu multos è

VII. DIE OCTOBRIS.

P. BARTHOLOMÆVS
ISLA.

7 Octobris
Hispanus
Madriti.
1576 ætat.
46. Soc. 14.

Ante initam Societatem, illapso in lectum illius è turris campana

suis Ciuibus ab idolis abduxit. Macai ob fidem exul, & inde redux, nouo ardore se quàm plurimis Euangelio lucrificandis per labores, pericula, ærumnas ex asse dedicauit vsque ad morbum, quem quæ latendo, quæ concursando, in fame, ac tecti aliarumque rerum humano vsui oportunarum inopiâ contraxit; & vitam, quam in flammis volebat, in ærumnis terminauit.

Fidel.

PHILIBERTVS
VAN LVYCK.

SOLIDA, & veterano digna virtus in eo laudabatur. Sola Christi patientis memoria lachrymas illi ciebat vbertim. Initio morbi cum is necdum eo loci esse videretur ut periculum subesse dici posset, affirmatè dixit Superiori se ex eo morbo decessurum, utpote in Cælum à S. P. Ignatio inuitatum. Toto morbi tempore, vel signis vel verbis explicabat amoris Dei actus, quibus in Deum ferebatur, cantu quoque nonnunquam condimenti quiddam suæ adiiciens pietati.

Belga Duaci. 6. Octob. 1656.

Mors.

S. P. Ignat.

prægrandi malleo cum ille nocte illâ fortè abesset (à quo conterendus erat si istic fuisset &) ad meliorem frugem se recepit. In Societate seueram sensibus, oculis potissimum, custodiam circumdedit, adeo ut cum XIII. propè DD d annos

Modestiss.

Castro.

Oculi.

Eucharist.

S. P. Ignat.

annos in aula nobilium foeminarum confessionibus audiendis inpendisset, nullam tamen de facie se nosse Superiorem suo dixerit. Manè statim atque surgebat: inuisebat SS. Sacramentum: prolixas etiam interdiu moras coram illo in orando genibus flexis trahens & sacratissimo lateris vulnere ad cor Iesu pietate singulari addictus. In cubiculo coram S. P. Ign. imagine per diu nixus genibus persistebat: aiebatque se magnâ fiduciâ in quouis usu ad illum confugisse, ac præsentissimum eius auxilium semper fuisse expertum. Adduci ad extrariorum conuiuia plane non poterat eorum loco ad ægros, calamitosos, vinctosque adibat. Pulcherrima illi colloquendi materia erat Deus, cæli gloria, & disserere, audireque alios disserentes de modo Deo quam perfectissime seruiendi.

IOANNES

FARINA. SCHOL.

Italus in
Sicilia Polizzi. 7. Oct.
1577. ætat.
300. 5.

Resp. hum.

Silentium.

Paupertas.

ILLustribus natus maioribus, ubi Societatem adeptus est, ad eum se Deo totum dedit ut nullo humanæ comitatis respectu ductus ne responderit quidem ulli superuacaneum, quidpiam loquenti, nedum ultro ipse sit locutus. Per sæpè ruminabat illud secum repetens: *In silentio, & spe erit fortitudo tua.* Quam ex alto diuitiarum descenderat ad religiosam paupertatem, tam tenero ac seверо amore illam arctè complexus est. Idcirco nil nisi omnia deterrima admittebat. Simplicissimæ obedientiæ fuit impensè addictus: & in orandi studio apprimè diligens. Nocte nati Christi, & per totam octauam dulcia meditationis suæ pascua reperit in his tantum verbis. *Natus est Iesus.* Etiam præfens pudicitia extra urbem ab impudente foemina tentatæ periculum e-

uasit fugâ nobili. Fuit puritatis suæ custos armatus Angelicâ vultus modestia, seueritate in corpus præter consuetam omnibus asperitatem, aquâ etiam feruente in culina se vexans, cum interea de Purgatorii cruciatibus cogitaret. Mortem illius duæ res memorabilem reddidit: Altera, quod illam prædixerit; altera, quod in illa cantantes Angelos auditos fama sit.

Mortif.
Mortif.

Angeli.

P. IOANNES

DE PERALTA.

Quicquid agebat, acerrimo studio contendebat, ut id faceret quam exquisitissime accuratissimeque. Per omnem vitam vehementer attendit ne vnquam silentij tempore loqueretur. Vnde; quantumuis multifariam occupato satis illi erat otij ad orandum & pios libros legendos cum silentium illi esset custos temporis, & instar Nouitij haberet sua tempora distributa. Nouitiis præfuit per 6. annos, ipse forma gregis paruuli factus ex animo, etiam ad labores. Existimatur innocentiam nullâ grauiore noxâ læsisse vnquam. Cum foeminis non nisi raro, de rebus spiritûs, grauius, & breuiter loquebatur. Dicebatur ei, quicumque cum Peralta versaretur, adhærescere pietatem. Carnem tractabat ceu hostem hostis, ut corpus illius non tam mortificatum, quam ferè mortuum diceretur. Villaregij cum præfesset, sæcularium quorundam inuidiâ, (contra quos eius Collegij bona defenderat) infami apud Superiores notâ aspersus, eoque exauthoratus, tacuit nobili quietoque silentio; sed patuit innocentia etiam ab eo non defensa. Incredibilis oculorum dolor ad eum illi increuit, ut alter oculorum ei exilierit; illo inter-

Hispanus
Toleti. 7.
Oct. 1588.
ætat. 46.
300. 20.
Silentium.

Patientia.

Hamil.

ea de doloribus nihil questio. Felices aiebat eos, qui paucioribus dotibus præditi sunt, quod alas non habeant, quibus volent ut capiantur à rapaci accipitre. Ager medico dixit (licet ipse quoque medicinæ olim Doctor) ageret, quod videretur. Sibi enim in opæ esse obedire potius quam sanari. Nouitij ollas Aegypti repetere meditantis imbecillitate diuinitus inter orandum intellectâ, illi suauissimè quid cogitaret dixit; eumque & in vocatione constabiliuit; & aliis alia plura prædixit.

P. PAVLVS

HEVTIN.

Indias desiderio complexus, earum loco impetrauit tandem se impendere lue infectis: à quorum contagione moriturus, gaudebat impensè in tali opere se mortem ralem reperire, qualem frustra fortè in transmarinis orbis partibus quæsiuisset. Hic post mortem Patri Ioanni de Kraekere graui mœore & lachrymis presso noctu apparuit, ut aiunt Annua anno 1647. & prædixit fore ut sibi in cælo breui socius iungeretur. Et euentus prædictioni respondit, Ioanne Paulum breui secuto.

Belga Dunkerke. 7. Oct. 1646. tract. 39. Soc. 9.

Charitas.

Mort.

VIII. DIE OCTOBRIS.

P. ANTONIVS

BOSCHVS.

P. GASPAR

LOARTE.

8. Octobris
Hispanus
Salsari. 1157.
alius ponit
7. Octob.
Euchar.
Vocatio.

Mort.

Hic auditâ Societatis famâ, quod crebrior esset in illa S. Synaxis usus, sanctam illam esse interpretatus, nomen illi dedit, modicâ doctrinâ, sed insigni virtutum, etiam proximorum salutis mirificè idonearum, laude in illa versatus. Ante mortem ingenti lætitiâ gestiens; magnificam, inquit, victoriam consecuta est nostra Classis de classe Turcarum: de parta tunc, sed istuc necdum perlata victoria loquebatur. Vnde argumento fuit, illum eam mirabiliter didicisse. Quare ad agendas Deo gratias omnes inuitans, Te Deum laudamus, recitauit vnâ cum sociis: & biduo post cælestia decantans, lætus intrauit in gaudium Domini sui.

Vir etiam ante initam Societatem doctus ac probus: quippe magni Ioannis Auilæ discipulus, & iam tum diuinis meditandis quaternas quotidie horas tribuens; Christi quæ cruciatus tam tenere meditatus, ut eos peteret experiri, & locum in quo orabat manantibus vberim lachrymis latè aspergeret. B. Borgia exemplo ad Societatem pellectus, Genuæ cum præesset Rector vehementer re quapiam agebatur. Tum illi Cruci affixus Christus sese ostendens ut ei videbatur, amanter illum solatus, Bono animo esto, inquit: ego te per omnem tuam vitam nunquam deseram. Et promissi veritatem dulcissimè est expertus. Orationis tam erat amans ut etiam æger eo tempore, quo matutinâ horâ domi

D D d 2

orabant

Hispanus
Valentia. 8. Oct. 1578. tract. Soc. 26.

Lachryma.

Oratio.
Crucifixus.

Mortificat. orabant Socij, sublati, & iunctis manibus, quibus poterat viribus orant. Orationi efficacitatem aduebat quotidianâ sui flagellatione, carnis pro-
cilio interdum carni adstrictis.

P. IOANNES

ACOSTA.

Lusitanus
Nangaschi.
8. Oct. 1633.
ætat 58 Soc.
42.

Fidetur.

Anno 1604. in Iaponia ærum-
Anorum laborum plenus ibat,
redibat, latebat, esuriebat; ut puillo
Christi gregi prodesset. In profundo
latuit aliquando per nouem dies, cum
cibus illi per funem demitteretur:
fuit aliâ quoque in specu absconditus
per tres menses. Tum 24. Augusti
comprehensus, 5. Octobris Nangasa-
chi suspensus in scrobem è pedibus;
hoc demum die cursum victoriæ at-
que fortitudinis expleuit.

I. O A N N E S

DE NEVE COAD.

Belga Me-
chliniæ. 8.
Oct. 1651.
ætat. 70.
Soc. 42.

Per annos 39. tyronibus ex arbitrio
magistri ducendis præfuit; pias et-
iam cælitum effigies peritè interdum

pingens pro arte quam probè calle-
bat. Orantem in templo vidit è con-
filiariis curiæ non nemo, & dixit se
inde magnoperè ad pietatem accen-
sum: quicquid vesperi in noctem oc-
cupationis obueneret, nunquam ta-
men meminit se manè ultra quartam
à media nocte horam somnum produ-
xisse ne quidem in Collegiis cum ho-
spes istic diuerteret. Nouitios quo re-
uerbatur magis, eò magis ad officium
incitabat; aperto capite, modestiâ,
non imperio. Si potestatem haberet
dandi aliquid, egenis perentibus da-
bat: si nil haberet, illicò, *Aue Maria*
pro illis recitabat, velut eleemosynam
pro eis petens à Regina cæli. In mor-
te rogatus quid summo illi esset sola-
tio; respondit, quòd in Societate mor-
reretur. Et verò eadem ipse horâ o-
biit, quâ ille quotidie (præter ordina-
rium rosarij pensum) aliud Beatissimæ
Virginis Rosarium recitare consue-
uerat, pro felici morte in Societate
(auxilio illius) obtinenda: quam pie-
tatis per totos 40. & amplius annos
perseueranter quotidie exercitæ con-
stantiam Deus morte illâ piissimâ vo-
luit honorare.

Oratio.

Regula.

Charitas.

B. V.

*Mort.
Vocatio.
B. V.*

IX. DIE OCTOBRIS.

P. PETRVS

DE FAV.

9 Octobris.
Hispanus
Maioriz.
1584.

Pauper.

Theologiæ probè peritus, & ou-
li suo impensè intentus Curatum
agebat iuuandarum animarum
corporumque vtilitatibus valdè addi-
ctum. Societatem demum elegit, in
qua, ut aiebat salutem suam in tu-
to, quoad posset, collocaret. Pauper-
tatis studio deterrima quæque acci-

piebat: nec vnquam perebat, si qua
re indigeret. Etiam in mensa in Deo
absorptus, cibi obliuiscatur non-
nunquam.

Oratio.

Altero post mortem anno corpus
eius integrum est repertum. Et post
annos 28. à morte elapsos cuidam suæ
olim parochiæ homini apparuit, ut
fertur, ei que acrius reprehensio quòd
peccata quædam in confessione ta-
cuisset, synceram confessionem per-
suasit.

*Disce à
mortua.*

Confessio.

P. XYS.

P. X Y S T V S

TOCVVM.

Iapon Nā-
galachi. 9
Oct. 1633.
arat. 63.
Soc. 43.

Fidel.

HVnc etiam suis Iaponibus ad Christum adducendis præstrenuè intentum, abreptumque in vincula ciuem suum æternâ ciuitate donandum in fouea suspendere, capite deorsum depresso, pedibus verò in altum elatis. Ita hodie (vel vt alius autor est 10. Octobris) diem æternum iniit. Illi socius vt magni zeli, ita religiosa vitæ mortisque accessit

D A M I A N V S

FVCAYE. COAD.

Iapon. ibid.
eodem die.

IApon & ipse, ac simili serobis suspendiique tormento, in fidei quam propagabat odium, internectus. Cum per ipsos 20. annos Prouincialem socius comitaretur, Catechesi suos ciues condocessaciebat, & ad baptismi Sacramentum præparabat.

WENCESLAVS

KOLOVVRAT.

Bohemus
Romæ. 9.
Oct. 1639.
arat. 16.
Soc. 9.

PRagæ inclatâ Libsteinskiorum Comitum de Kolovvrat domo, 14. Martij natus anno 1634. Leoni Patri suo exercitus Cæsarei Chiliarchæ tanto gaudio fuit vt cum ille Citzinij tunc apud nos ageret, nuncio accepto, positus humi religiosè genibus, illum (tametsi vnicum) illi Deo pro Societate Iesu obrulerit. Pragam redux, cum à nostro à quo inuisebatur, nati nuper primogeniti Wenceslai mentio esset iniecta, Comes Leo, paruulum ita vt erat fascijs inuolutus militariter è cunis eripuit, & gratulabundus in altum (velut in cælum sublimem vi-

braturus) iecit; quem noster ob viis vlnis excipere, ne in terram decideret, est coactus, Comite hilariter dicente: Hunc ego vobis puerum dono: vobis natus est: vester erit. A Matre quoque Deo per Dei Matrem dedicatus est, & ipso nascentis Deiparæ die Krupnensis Virginis admirabilis aræ impositus, missæ sacrificio celebrato, in quo Wenceslaum pia Mater Deo ac Dei Matri in filium, seruumque perpetuum transcribebat. Quem dedicationis ritum quotannis ibidem reperi voluit, ac tenerum Wenceslaum diuinæ Matri anniuersariâ instauratione, seu velut mancipatione, stitit; ipso etiam istic precari iussu quando per ætatem id licuit. Omitto ea quæ in paruulis laudamus rudimenta teneræ pietatis, quæ in Wenceslao piam indolem luculenter restata sunt. Illud animi firmioris fuit indicium, quod cum trimulus tunc adhuc, rogantibus ecquod vitæ genus amplecti vellent, respondere solet paruulus, velle se fieri Iesuitam, Comes parens ad percontandam paruuli constantiam, iratum se simulans furenter sclopum illi admouerit, minaciter illi obiectans; Tunc vis fieri Iesuita? & ille intrepidè, *Volo* responderit. Nouennis literarum studiis admotus, illicè arripiebat quæ ad singularem cultum Deiparæ faciebant. Vnde officium de Conceptione B. Virginis tunc memoriæ commendatum, per omnem deinde vitam quotidie recitauit. Vdalricus Franciscus Comes à Kolouurat, Wenceslai patruelis, & Bohemiæ Præfectus, ac pro Rege designatus Burggrauus illum ex alle heredem scripsit moriens. At ille, ne pertenui quidem lætitiæ dato indicio, dissimulauit, & animo hæc supergressus, breui, Ferd. III. Cæsaris, ac piæ Matris viduæ permissu, ad Societatem Iesu conuolauit; paratus aliàs (vti

D D d 3

cum

cum famulo constituerat) Romam iter arripere ad id impetrandum: & nuncio accepto lætus aiebat identidem: Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi: in Domum Domini ibimus! Quàm dilecta tabernacula tua, Domine virtutum! Mater certè vt se peruinceret, nudipes ad admirabilem Boleslauiensis Deiparæ imaginem peregrinabunda per tres Germanicas leucas adiit; sacrificijs aliquot istic eam mente procuratis religiosè interfuit, & diuinâ synaxi refecta, Deiparâ consultricem adhibuit, ac inde redux vnico filio, ipsa iam vidua, facultatem ineundæ Societatis est impetrata; audito verò postea eius mortis Romæ orbitæ nuncio, post breues lachrymas quas primus Materni amoris æstus vbertim excusserat, gauisa est illum in Societate diem vltimum obiisse, atque centuplum præmium retulisse. Ingressum enim parantè comitata, & ei pretioso dato annulo, velut sponso, gratulata ac benè precata, deinde minata est, se Matrem illi non futuram, si quando degeneraret à susceptis excelsis his cogitationibus filiorum Dei. Brunæ 22. Octob. anno 1650. tyronum albo adscriptus, pro more, differuit in illa verba: Elegi abiectus esse in domo Dei. Die SS. omnium vestem religiosam tanto animi ardore induit, vt postea scripserit; malle se in illa veste vitam breuissimam, quàm foris longissimam; malle in illa veste cum omni afflictione, quàm foris cum omni omnium deliciarum in vnum aggerem exaggeratarum cumulo viuere. Quàm excelsè de sua vocatione sentiret, suo chirographo enucleatius declarauit, quod anno postea septimo recognitum confirmauit, se de incomparabili eius excelsitate idem quod aliàs, imò altiora sentire testatus. id quod luculenter factis quoque, non sine tenero atque ad fufas vbertim la-

chrymas sensu ostendit. Et ipsa huius excelsæ opinionis commemoratio magnus illi erat stimulus ad quicquid etiam difficile, persuadendum. Sui demittendi studio illustre nomen cum alio commutare, numisma aureum quod à Ferdinando III. Imp. pro Cæsareæ gratiæ tessera, & literarij honoris præmio dono acceperat, colligari volebat: si in libellum quempiam suo nomini dedicatum incidere, inde ingentes titulos & nomen eradebat; multa palàm se demittendi exempla daturus, nisi ij à quorum pendebat arbitrio vetuissent. Latum illi horridumque quo induebatur cilicium; & flagrorum inclementer inflictorum vultus tantus, vt somnum vicinis noctu excuteret. Id quod ne fieret, deinceps flagro è filis ferreis contexto utebatur, maiore dolore quàm strepitu. Si quid arduum animo sese obiceret, ipse vltro adibat, & sibi concedi postulabat, vt se peruinceret animo semper excelsio. Fastidio illi erat, nec erat exorabilis vt admitteret aut retineret quicquid sanctis paupertatis religiosè oculis minùs probari posse putabat. Cum patrimonio toto se prorsus euolueret, ac exueret, suggerebat quispiam fieri posse, si veller, vt bonâ superiorum veniâ ad suos vsus aliquid retineret; exhorruit, & auertat, inquit, à me istud optimus Deus, qui certè prouidebit vt quocunque in Collegio degere me contingat, non desit mihi frustum panni, quo religiosè regar. Monitus ne illustrissimos familiæ suæ oculos obsoleto vestem offenderet, B. Aloysij dilemmate rem diluit cum diceret se vel notum esse ijs à quibus videretur, vel ignotum: ignotos nihil se morari, tanquam ignotum: notis verò id fore non offenculo sed exemplo. Certè hæretico viro nobili, & amico dixit aliquando cum de fidei controuersis quæstio moneretur

Hamil.

Mortific.

Paupertas.

Fidu.

moueretur: Ecquid putas, me, cuius & prudentiam olim amasti, & familiarē splendorem opesque suspexisti, aded hebetem, aut insanum futurum fuisse, ut ea quæ à me contempta nosti religiosæ huic mendicitati posthaberem, nisi Catholica fides mihi fundamentum præstrueret verum, solidum, ac æternum? Scio cui credidi! Hoc demum argumento vir ille ad tot aliorum aggressiones obstinatus, tandem subactus est, & se ad vitam omnem exomologesi vniuersæ perpurgandam promptum ipsi exhibuit. Egro Wenceslao in Domo Professorum, illustris & eidem sanguine iuncta fœmina edulij quiddam opportuni submiserat. Reiecit, ceu rem nimis delicatam Wenceslaus, cum diceret id genus delicias Comitē quēdam à Kolourat, qui ipse iam esse desisset, non verò pauperem religiosum decere. Iussus tamen eleēmōsynam illam Domui Professæ missam admittere, obtemperauit. Cum Societati longè plura dedisset quàm quæ pro implendo fundatoris nomine abundè sufficerent, tamē honorificum illum titulum non admisit, se ac sua dedisse contentus. Initā cum selectioribus quibusdam pactione conspirauit ad persequendum, quem vocant, spiritum nationalitatis, & ad pia religiosaque serenda colloquia. Ad iaculatorias, quod aiunt, orationes crebram sui victoriam, cum aliarum virtutum frequentatione adhibebat, ut ille harum essent velut vehiculum. Inde illi ad rosarij grana reperti humilitatis actus, & frequens virtutum Theologicarum vsus, nunc de SSS. Trinitate, nunc de diuino Eucharistiæ Sacramento, quā industriā efficiebat, ut quotidie ad plura id genus affectuum millia perueniret. Incredibili solertiā cauebat longiorem, & crebriorem cum adolescentibus colloquendi morem;

dicebatque multa & grauiā sibi rationum momenta suppetere ad id sibi ac alijs totis viribus dissuadendum. Puritatis, non fortis tantum ac in corpus seuerus, verum & verecundus, custos, aliquando linquente animo conciderat. Aderat fortè tunc Mater, & aperto modestè filij pectori balsami quiddam illeuit. Id quod vbi postridie audiuit Wenceslaus, dolenter questus est quòd socij Sacerdotis permisso id fœminæ licuisset: aded quod licuit Matri, voluit fœminæ non licere. Martyrij desiderio Indias optabat, ac flagranter petierat, & idcirco Romam lubens venit, ut id coram facilius obtineret. Certè Illustrissimæ suæ Matri disertè aliquando dixit, illam, si Deus votis suis annueret, audituram olim Wenceslaum suum optijisse mortem in patibulo gloriosam.

Venerabatur Angelos paruulorum, cum eis obuius fortè fieret; hortabaturque socios ut illis supplices fierent pro conseruandā, eorum auxilio innocentia paruulorum. Voto tuendæ, B. V. quā licet, Immaculatæ Conceptionis, sanguine suo subscripsit. Donatam sibi à Ferd. III. Cæsare catenam auream cum aureo numismate, S. MARIA Maiori Brunensis Tyrocinij Matri donauit. Sabbatum religiosè coluit, cum plura quæ à Deo die Sabbati acceperat beneficia narraret. Sanguine pennā hausto de pectore scribere volebat votum quod nuncupare destinabat semper id sectandi quod perfectius videretur; nisi obedientia vetuisset: cui parère censebat perfectius quàm votum illud concipere. Contentè aspirabat ad eximiam Sanctimonix excelssitatem: petebatque fidenter ab amicis pro se orari ut fieret *magnus Sanctus*; ad quod etiam Laureti aiebat se in cælesti illa Deiparæ domo grandia incitamenta sensisse. Cum in autumno, pro more, S. P. Ignatij

Humil.

Oratio.

natij exercitia esset aggressus Romæ tunc iam Theologus, morbo correptus, prælegi sibi ea curauit quæ extremo illi tempore opportuna iam inde à tyrocinio exquisitè concinnatæ, & in commentariolum retulerat, plena sensu cælesti, neruoque virtutum. Amicum monuerat, ut manè quotidie ab eo viseretur, & moneretur de illius diei doloribus atque molestiis distributè offerendis Die Dominico SSS. Trinitatis, fer. 2. pro defunctis patriæ cælesti propinquieribus. & sic dies reliquos partitione sanctâ distribuatur. Vnde nunquam queri, gementè auditus est. Semel tamen anxium quoddam suspitum visus est mittere gementi similis, cum viscera sibi sentiret acerbissimo dolore conuelli. & rogatus equid hoc esset, dixit subtrahere se delirium. At suggerente illo qui aderat, & mentem, & omnem sui corporis aut impotis mentis usum in amati Dei manu obedienter deposuit. A percepto viatico prodebat tenera quadam indicia iucundissimæ voluptatis gestiens, & canenti simillimus. Monitus, ut quieti non nihil indulgeret, respondit: Quies mea tota, & sola IESVS & MARIA est. Vnde gratias Deo se debere aiebat, quod in corpore cruciatibus pleno animus non destitueretur suis solatiis. Cum illum

adirem, perebat edoceri quomodo optimè mori posset: se enim id nunquam vsu didicisse, nunquam expertum. & eodem tempore missam sibi à P. Gosvino Nickel Præposito Generali, & postea etiam ab Alexandro VII. Pont. Max. nominatim benedictionem, indulgentiasque plenarias magnâ religiosi animis significatione, me præsentè, accepit, plenus magnâ dulcisque fiduciam tanquam in vocationis suæ thesaurò repositæ. In suprema caligine oculorum cum minus Christi Cruci affixi signum satis videre non posset, maius afferri, ac oti suo identidem admoueri petiit, atque obtinuit. Sacerdoti qui aderat, instar testamenti dictauit se protestari quod Societatis Iesu seruus minimus perseueranter, ac ut ille aiebat, irrefragabiliter, esse vellet. Nomen manu suâ addere paranti negauit manus extremum iam languida desideratum officium. Quare signo Crucis X. ducto scribere desit, ac demum, etiam viuere. Corpus in scholasticorum loco sub B. Aloysij tumba & ara, propè Ioannem Berchmannum est conditum; & indicta pro illo non ea tantum quæ pro aliis indici solent, sed & ea quæ fundatorum propria sunt suffragia per Societatem vniuersam.

X. DIE OCTOBRIIS.

P. HONORATVS
ABELLA.

20. Octob.
Hispanus
Cæsaraugustæ.
1593.

Castitas.

Hunc Societati nomen daturum, luculenter, & ex verò prædixit B. Ludouicus Beltramus ex Ord. Prædicatorum vir inclytæ sanctitatis. Si fœminas visere necessitas cogeret, faciebat id pudicæ plenus mode-

stia, & sede vnâ semper inter se ac fœminam vacuâ relictâ. Fuere tamen quæ ausæ sunt offerre illi flagitium: sed ille cælestis cuiusdam verecundiæ plenus, & tunc, & per omnem vitam integrum pudicitia florere castè seruauit, cuius disertus interpretes erat etiam ipse vultus ad omnes emendatæ modestiæ leges vndeque compositus. Fama est illum ab omni omni-

Modestia.

no

Immaculatai nō grauiore noxā semper vixisse.

P. THEODORVS
MANTELS.

Belga Ma-
la: 2. in cer-
to mense.
1593. ætat.
33. Soc. 15.

Fides.

10. Octob.

IN Iaponia sancto labore per annos aliquot impenso rei Christianæ cōmodi permultum attulit: atque idcirco barbaris odio cūm esset, venenum ab iis propinatum ignarus hausit; & post biennij cruciatus, toxico pharmaca omnia superante, tandem enectus est.

P. Xystum Tocuum aliqui hoc die celsum aiunt. Nos de illo 9. Octobris egimus.

P. GARCIA S
DE ALARCON.]

Hispanus
Ouedi.
1591. ætat.
67. Soc. 43.

ILLustris & lautæ, tam paternæ, quàm maternæ stirpis hæres, minori natu fratri ac sorori suæ (tum & ipse paruulus) autor erat, ut Christi pa-

tientis amore in mensa id quod palato magis arrideret dimitterent, signo quoque ad id præstituto, quod dabat ipse ut eo moniti meminissent. Iam 18. annos natus Patri extincto successerat, & fortunis suis præerat, cūm viso B. Borgia, eius decora imitari ei venit in mentem, & Societatem ab eo impetravit. In Societate magister Nouitiorum, Rector, Prouincialis, Visitator, & Assistens, incredibili animæ suæ ac officij curâ in omnibus versatus est. Per plures annos vesperi ne bolum quidem admittebat; & sub noctis medium surgebat ad preces: post quas vnâ iterum horâ quiescebat & surgebat cum cæteris ad orandum. Patribus, quos ad mortualem suam lectulum videbant mœrore affectos; non est, inquit, quod vobis mors mea dolori sit. Nunc enim plus habeo solatii quàm vnquam habuerim. Vallisoleti cuidam eius mortem dolenti adfuit ut fama est, adspectabilis, ei que solatii plurimum attulit, cūm dixit, se iam in æterna gloria degere cum bono Deo.

Mortific.

Exemplum

Mortific.

Oratio.

Nocturn.

Mors.

Post mortem.

XI. DIE OCTOBRIS.

P. NICOLAUS
PASQUALIS.

11. Octobris
Hispanus
in insula
Indica. 1555.

Huius tantūm cognomen prodit Aragoniæ Prouincia. Singularis in illo dexteritas elucebat in educandis orphanis; ibatque cum P. Andrea Gonzalez, & Alphonso Lopez Vlyssiponâ in Æthiopiam ut seminaria conderet ac gubernaret, cūm naus in arena hæsit. Qui poterant, eas quas secum in maiore nauī gestabant nauiculas conscendere, & Patres magnopere rogauere ut vnâ inde abirent, se-

que morti eriperent. At Pasqualis, & Socij cūm in deserta illa insula tor viderent relinqui; ne tor miserabiles omni spiritali præsidio in tantis famis ærumnis destituti morerentur, maluerunt cum vitæ iacturâ cum perituris persistere, quàm inuitantium humanitare uti, ac euadere. Ita persistere ad nauandam sacram operam iis consolandis quos in deserto illo loco æruminosa mors expectabat, ut ne sine Sacramentis decederent. Et verò, cūm in expectatione illa nulla vitæ sustentandæ adiumenta venirent, tadebant alij post alios fame enecti; vsque dum

Charit.

Et c.

& ipsi

& ipsi alimentorum inopiâ sensim cum aliis elanguere, & charitati deuotas nobiles animas pro fratribus posuere, in Dei gloria cum apparuerit, ut spes est, satiandi, inter heroes sui tam prodigæ charitatis.

P. IOANNES

NICOLAUS PEDELONGVS.

Italus Neapolit. 11. Oct. 1579. ætat. Soc.

Huius nobiles origines à Palæologis repetunt nonnulli. Tria in illo notauimus præcipua. Quod cum Iuris prudentissimus esset, videretque innocentem quempiam contra ius, & fas

damnari ad mortem, crudeli seculo nuncium remiserit, & facultates suas in egenos distribuerit Societatem amplexus. Deinde quod in Societate normæ domesticæ se enixè accommodarit; modestiâ, & singulari cum Deo coniunctione præstans; ad confessiones autem audiendas tam promptus, atque perpetuus ut antonomastico elogio passim loco nominis *Pater Confessarius* vocaretur. Denique quod & suum, & alterius cuiusdam de Societate è vita discessum particulatim, & ex verò prædixerit, magnâ patientiæ laude, supremo, & longo in morbo clarus.

Uecatio.

Confessari.

Mortific.

XII. DIE OCTOBRIS.

MARCUS ANT.

RIDOLPHINVS.

12. Octobr. Italus Romæ. 1597. ætat. 22. Soc. 4.

Expectationis magnæ iuuenis, nec minoris ad virtutem ardoris fuit Ridolphinus Logicæ tunc operam nauans. Huius mortem breui secuturam dixit moriens eius condiscipulus *Celsus Finettus* ut mense superiore meminimus; quem etiam à Deipara Virgine intellexisse aiunt, Ridolphinum in Purgatorio pœnas daturum biennio. Ante initram Societatem, imminente festo SS. Petri, & Pauli, suâsu amici, tandem se propelli permisit, ut Sanctorum Apostolorum honori quottannis Romæ fieri consuetum turbinem igneum seu Arborem festis pyrobolis velut in ramos distributis nobile oculis spectaculum, dum illos circulator, exhibentem ne spectaret, atque hac oculorum voluptate procul habitâ sanctos illos Apostolos honoraret. Iam stabat arbor in S. Angeli Castello erecta, & porrecta in ramos,

cum Ridolphinus cæteris ante hac ad similia spectanda longè propensior, illis ad solarium certatim currentibus, ipse in conclauis sese attinuit. Sed amicis perurgentibus, tandem, & ipse ad solarium vnde sub dio totum illud pyrotechnicum artificium egregiè spectari poterat, ascendit: verum (ut ipse postea id fallus est) quantumvis non sine vi maximâ sese contineret, oculos ad flammeam illam arborem nunquam extulit, illis pertinaci sui victoriæ semper clausis, etiam cum pyrobolorum ex arbore prorumpentium sibilos, fragorem pulueris pyrii, sociorumque plausum audiret, omnibus heroicæ huius in Ridolphino victoriæ planè inconscijs. Nec impar his postea in eodem Societari adscripto vitæ respondit.

Oculi.

Sui victoriæ.

Purgator. B.V.

Mortific.

P. LV.

P. LVDOVICVS

P. IACOBVS

MOLINA.

REM.

Hispanus
Madrini 12.
O. 1600.
ætat. 65.
Soc. 47.

Cum ingenio magno magnum studium & cum hoc magnam domesticæ disciplinæ curam coniunxit cum ad consueta domus officia primus pronolaret, instar tyronis egregie accurati. Humilitatem, & paupertatem potissimum coluit, nullius ætatis, valitudinis, vel studiorum obtentu quicquam admittens, quod super alios videretur, aut quod omnibus non daretur. Cubiculi supellex pauper, imò nulla: quippe vnicâ imagine librisque contentus, ipsum Breuiarium habuit tam attritum, vt minores horæ foliis vetustate iam exesis legi vix possent. De libris suis imprimendis nihil sollicitus, etiam moriens illos obedientiæ arbitratui commisit. Nunquam autem adeo abripi se studiorum æstu permisit quin quotidie legendo Thomæ à Kempis de Imitatione Christi libello otij aliquid assignaret.

HIERONYMVS

ABARCA NOVIT.

Amellus Li
maz. 12. Oct.
1601. ætat.
18. Soc. 2.

Natus in America nobili familiâ, Nè Theologiæ cursu Societatem tandem impetrauit: diuinissimi Sacramenti cultu, & lachrymarum dono clarus; quibus condiebat preces quas attentione summâ fundebat. Beatissimam quoque Virginem, & S. P. Ignatium apprimè coluit: & scrupulis aliquando acerbè vexatus, per hunc apud illam effecit vt liber ab iis euaserit. Per eandem impetrauit desiderium moriendi. A pueritia consueuerat inter bibendum Sanctissima Iesu, & Mariæ nomina mente implorare.

Oratio.
B. V.
Scrulpul.
S. P. Ignat.

Mort.

Mensa.

Iesus Maria.

Romæ Societatem iniit, & in primis (vt appellare mos est) exercitiis, toto triduo in ediam silentio tolerauit, cum cibos illi afferre is cuius muneri id intererat per inconsiderantiam omisisset. Ad ea, quæ in triclinio legebantur attentus, martyrologium non sine lachrymis audiebat. Innocens illi semper virginitas, cibo parcissimo, oculis mirabili modestiâ circumscriptis, & afflictatione corporis custodita. *Aue Maria* illi persæpè in ore ad Virginem Matrem cuius honori, & amor propagando *Colloquij mariani* cœtum, in quo adolescentes de Beatissima Virgine colloquerentur, instituit eique leges condidit. In sacello colloquij optante illo nosse, equis titulus Deiparæ placeret quam maximè; cum in Litanis *Mater admirabilis* caneretur, adfuisse illi creditur decoro splendore amicta Deipara, eum certiore reddens, se illo elogio maximè delectari. Vnde ille voces illas à musicis tertio ingeminari iussit. Inter sacrificandum visus est non semel à terra sublimis in ære. Virginem quandam ab impurissimis quas misera patiebatur sordibus, liberauit semel sacris pro ea operatus. Absentia ab illo dicta, prædicta futura plurima, impetratam pro ægris sanitatem; animas Purgatorij ab eo nominatim subsidium flagitantes, eius vita narrabit. Pater Franciscus Astenis illi absenti post mortem spectabilis; rogatusque ab illo semel, ac iterum ubi esset, ei respondit: *In Gaudio inenarrabili*; ad quæ verba & tunc, & postea sæpius Iacobus dulcissimis cæli deliciis replebatur.

Germanus
Ingolstadij.
12. Octobris
1618 ætat.
72. Soc. 53.

Mensa.

Sancti.

Castitas.

B. V.

Mater admirabilis.

Sacrum.

Calum.

E E c 2

IOAN.

IOANNES

LE FEBVRE COAD.

Belga Valē-
cenis 12.
Oct. 1631.
Stat. 86.
Soc. 60.

B.V.
Charitas.

A Prima veste, quam in Societate habuit, nullam deinceps nouam admisit. Ianitoris munus per annos multos obiuit; adeo ad loquendum parcus, ac temporis obseruans, ut quotidie 30. & plures Beatiss. Virginis coronas recitaret. Gaudio gestiebat si qua laboris alicuius causâ suscipiendi se offerret occasio.

P. IOANNES

DE LEDESMA.

Mexicanus.
Mexici 12.
Oct. 1636.
Stat. 61.
Societ. 48.

Charitas.
Moris.

Humaniorē, ac diuinā literaturā, scribendi dote, dicendi ad populum neruo, & authoritate, docendi felicitate ac ingenio fuit præstans; charitate autem, laboribusque animarum planè mirabilis. Cuidam pro eius scriptis typo vulgandis mille aureos offerenti, malle se aiebat illud aurum pro templo, & Indis egentibus applicari. Parietes cubiculi erant conspersi sanguine P. Ioannis se dirē verberantis. Plura de illo annus 1636.

P. IOANNES

BAPT. DE CODT.

Belga Bru-
gis. 11. Oct.
1657. Stat.
58. Soc. 41.
Humil.

Moris.

Profunda sui demissio ei persuaserat, ut scripto. veluti testamento potestatem faceret omnibus (etiam confessarijs.) quicquid de illo scirent mali, vulgandi. Fœminæ totum iam mensem lectulo affixæ prædixit fore ut postridie sana de lectulo surgeret; id quod factum, stupente ipsâ, & omnibus. Ad se flagellandum calcariis chalibeis utebatur. Frequenter adstringebat pectori crucem triginta tribus aculeis armatam; præter alteram, quam è collo gestabat Christi de cruce pendens effigiem. Vestitus, ferè vel sacco stramineo, vel duro asseri incumbere ad somnum. id quod Winocibergæ fecit toto triennio cum præfesset, etiâ postquam ad celebrem concionem dicebat. Dicebat autem contentione magnâ, & omnium approbatione per ipsos nouem & viginti annos. Et tunc vesperi die Concionis habitæ obsonij aliquid admittebat; aliàs minimè, prandio solo contentus. Cancro suo in oui molem iam increpenti eius chirographum admouit ægra, & dixit dolorem sibi omnem, ac mox ipsum etiam carcinoma, euauisse postridie, nullo sui relicto vestigio.

XIII. DIE OCTOBRIS.

P. SEBASTIANVS

ROMÆVS.

11. Octobris
Italus Ro-
mæ. 1574.

Præfuit annis vndeuginti Romano Collegio verum prudentiæ, demissionis, obedientiæ exem-

plum in se exhibens, eoquē S. P. Ignatio apprimè charus. Plura de illo dedi in eius vita. Illud hic non omit- tendum, quod cum plurimas inter occupationes nunquam quiesceret, dicere consueverit; eos qui sunt de Societate nunquam, nisi ægros, nempe dum

Labores.

Calum.
Lectur.

dum iacent in lecto, quiescere. Ipse certe P. Iulio Mancinello post mortem in somnis an vigili, non constat, conspectus est sub albo conopæo in lecto longè ornatissimo, Symbolo quietis, quam tot laboribus consecutus est in aeternitate.

eius tunc ingresso sublimis à terra inter pavimentum tectumque cubiculi repertus est.

M. PHILIPPVS

FRANC. PENNANT.

P. ALEXANDER
DOBOKAY.

Hungarus
Zagrabiz.
13. Octobris
1651. aetat.
58. Soc. 34.

Mlrum id in eo fuit, quòd in longa, & varia gubernatione, cum pro tuenda religiosa disciplina grauis & leuerus esset, nemo tamen ab illo sit acerbius reprehensus. In catalogo beneficiorum quæ à Deo accepta conscripsit, posuit etiam, sibi post Communionem hæc ipsa verba ad dextram aurem distinctè illapsa ut ea ipse audire sibi videbat: *Ingre- dere Societatem*: In Societate ipso die Christi nati, supra P. Alexandri ad concionem dicentis caput vidit vir nobilis rotundum quandam splendorem ut ille aiebat, seu orbem lucidum qui sese in album postea recepit & videri desijt. Homonæ Collegio cum præfesset Rector, & Collegium in quapiam necessitate versaretur, ac ipso Deum impensius pro Collegio precaretur, à nostro quodam cubiculum

Ante iniram Societatem longâ sex Annorum paralyti lecto affixus sine vsu manuum, pedumque iacebat. Tum Virgo Deipara impensius ab illo implorata Christum paruulum sinu complexa abhinc Francisco Xaue- rio inde Mastrillo stipata per quietem se illi spectandam obtulit, & Xaue- rium à quo esset persanandus ostendit. Allatam S. Xauerij Mastrillum sanantis imaginem, vbi manibus pa- ralyticis attigit repentè illas mouit, & sensim conualescens, ad S. Xauerij festum planè confanuit. Verùm cum id alij aliò traherent; iterum relapsus in morbum; præmissis precibus, eiusdem S. Xauerij imaginem genibus alijsque partibus affectis admouit & contestim vim in illis vigoremque recepit. In Societate postea modestiâ, docendi dexteritate, ac pietate fuit insignis; & illam S. Xauerij imaginem semper de collo appensam in sinu gestauit.

Belga Huf.
13. Octobris
1653. aetat.
27. Soc. 9.
B.V.

S. Xauerij

Mannu.

Paralytica.

Imago.

XIV. DIE OCTOBRIS.

SEBASTIANVS
DE ONTIVEROS COAD.

44. Octob.
Hispanus
Salamanicæ
1609.

Totis triginta annis quibus rem domesticam procurauit, nunquam quicquam in illo aduertit vllus quod contra leges, aut virtutis religioſe disciplinam esse videri posset.

Quotidianis flagris exdebat sese, asseri indormiebat. Per iter cum Oecono- miæ causâ proficisceretur, pane ferè tantum & caseo vesceretur. Si debiti quidpiam exigendum esset, orabat ut impetraret; ac passim, etiam à pessimis quibusque, pro vero Dei seruo, ac veræ Sanctimonie sectatore habebatur famâ communi. Cum aliquid otij

Mortific.

Pauertat.

Exhortat.

E E c 3

nan-

Mort.

nancisceretur, festis diebus, totas horas flexis coram diuino Eucharistiæ Sacramentò genibus precabatur. Post longum morbum vocem velut è carlo venientem audire sibi visus est quæ dicebat: Iam negotium tuæ animæ peregisti.

P. GVILIELMVS
TREBOSIVS.

14 Octob.
Gallus To-
lose. 1511.
ætat. 41.
Soc. 17.

Charitas.

Charitas.

Mortific.

Cum Collegij esset Minister, summa charitate providebat ne quid socijs deesset; & ne illi legibus disciplinæ deessent. Si quis legi devertendo cubiculo non fecisset, satis ipso absente illo illud verberat, sordibus ad portam relictis; ut adverteret se moneri. In missionibus longinquis, & arduis magno labore versatus est. Reficiebatur parcissime; sauebat verò in se asperissime. Paulo ante morbum extremum ad salutem viri nobilis impetrandam voto concepto promisit per hebdomadam, præter gestatum cilicium, flagellationem usque ad sanguinem: cui voto licet satisfacere non potuerit; id tamen, quod petebat obtinuit.

P. GVILIELMVS
DE LA RONGERE.

Gallus
Rhedoni-
bus. 14. Oct.
1614. ætat.
Soc. 48.
Votatio.

Hic Andegavo Flexiam eunti, ut histice de incunda Societate tractaret, in via Comitem se obrulit eques formâ spectabilis sed atrâ, qui Guiljelmo cur Flexiam iret dissimulanti, vtrid id quod erat dixit; & post multa, quibus illi Societatem dissuadebat argumenta, cum Guiljelmus nihil moueretur, adiecit: Iret quod præceps raperetur: cæterum sciret sibi Crucem inibi præparari per acerbis diuturnasque. Flexiæ, relicto in diuersorio illo

equite, ad Collegium abiit, & mox rediit illum non reperit; alijs quoque nece equum, nec equitem à se visum istic dicentibus. Admissus, in Rhedonensi peste per menses plures enixè laboravit, & lue ictus conualuit. Alias iterum à quodam lacu hausit, quæ illum non extinxit quidem sed quasauit adeò ut morbis ac doloribus varijs multifariam torqueretur: illo interea Christi videndi cupido, & non nisi de Diuinis loqui, vel audire volente. Exequiæ illi à varijs magnâ gloriâ celebratæ.

Charitas.

HIERONYMVS

DE SILVA COAD.

Hic à P. Hieronymo Caruallio didicit ut ante meditationem B.V. coronâ attentè reciperet contra Langorem qui ei obrepebat. Fecit id ille per omnem vitam dum corpore valeret; eâ industriâ id assecutus, ut per horas plures noctu spatia orandi sine tædio vlllo extenderet. Ipnitor factus, cum non cænalet, cænæ tempus (hortatu P. Francisci Suarez) orationi dabat, orando nunquam fessus. 21. Novembris (ut dixi latius in Annalibus Marianis num. 867. & 868.) die Præsentationis B. Virginis (cui diei celebrando quotannis decem diebus se parabat) per iter dolebat se diuinâ synaxi refici non posse; cum P. Rectori, quocum erat, nulla sacri celebrandi opportunitas se offerret. Quare proximam Dei Matris ædiculam ingressus est. In qua videre sibi est visus ad aratulus P. Franciscum Suarez (virâ iam functum) supplicem iunctis manibus & sursum sublati, genibus verò huminixum, vnâ cum quinque Angelis eâ quâ Diaconi uti solent sacrâ veste insignibus. Item sextum Angelum qui Hieronymo Eucharistiam porrigebat.

Lustitans
Vlyssipong.
14. Octob.
1619.

Oratio.
B.V.

Mortific.

Præsentatio
B.V.

P. Suarez.

Angeli.

Eucharistia.

bat. Inde digressus, conscenso iumento, ad locum in quo prandendum erat appulsus, ibidem aliam Deiparæ ædem ad agendas gratias ingressus est. Mirum id visum, quod Rectore citius appulisset. A Rectore ergo templum ingresso, in cælesti quodam æstu deprehensus est, iussusque id quod erat aperuit plenus dulcium lachrymarum

postridie utroque domum appulso, & cœnobio S. Claræ, à Sanctimoniali probatæ virtutis ac tam P. Rectori quàm Hieronymo planè ignotâ missæ literæ ad Rectorem, omnia quæ in via gesta fuerant, adeoque ipsam Hieronymo porrectam ab Angelo Eucharistiam, narravere. Hæc in meis illis annalibus Marianis, ac his plura.

XV. DIE OCTOBRIS.

G A S P A R

PEREZ COAD.

15. Octob.
Hispanus
Tarracōn.
1586.

Vocalis.

Humilis.

Fidelis, diligens, ac religiosus paupertatis optimique exempli studiosus, & æconomus. Cum latinè legendi atque scribendi peritiâ non nihil tinctus esset, dæmon eam in tentationis instrumentum vertit; & non iam clam solum, sed & apertâ fronte, ac voce clarâ disertè Gaspari suavit ut Societatem defereret, dotesque sui animi foris altius expoliret, atque perficeret. Sed Gaspar elegit abiectus esse in Domo Dei; adeoque ab omni legendi atque scribendi usu abstinuit, ut sui etiam nominis characterè idoneo exprimendi propè oblitus fuisse dicatur: quâ ille sui demissione in omnium opinione maior increvit.

P. I O A N N E S

ALPHONSYS.

Hispanus
Madriti.
15. Oct. 1587.
Alibi Lego.
14. Octob.
1586.

Modestissimæ semper læritiæ, ac diuini amoris vndeunde toto pectore alendi perstudiosus fuit. Atque ut alia de illo egregia, sed plerisque vstitata omittam, do vnum quod haud ita frequens est ubique. Mole-

stus ille, ac longus, radioque obnoxius, & ab illo conceptæ voti obligatione ob Dei amorem vltro quasitus erudiendorum in scholis infimis paruulorum labor, in quo ille annum iam quartum & vigesimum versabatur, leuior illi esse est visus præ diuini amoris magnitudine. Nempè illa amoris magnitudo illi magnorum laborum fuit felix compendium, & condimentum. Moriens, ad suum in cælo amorem aspirans iucundè cecinit: *Latus sum in his quæ dicta sunt mihi.*

P. I O A N N E S

XARA.

Meretur huius ad centesimum tertium vsque annum propecta senectus laudari, quod post multos annos, quibus Præfectum studiorum egit. In confessionibus audiendis, ad mortem vsque strenuus & communis religiosæ disciplinæ retinens perstiterit, nullo ætatis obtentu ad effugandos labores, aut ad priuilegij alicuius laxamentum adipiscendum vsus. Vir exempli optimi & fugitans commodorum. Ea propter nullum admisit, qui cubiculi illius curam haberet, etiam in ætate supremâ; ne res illa qualiscunque

Amor Dei.

Hispanus
Madriti.
15. Octobris
1608. ætat.
103. Soc 404.

Exemplum.

liscunque Iexamenti aut ut dicimus singularitatis, vel denique commodi proprii odorem habere videretur.

P. FRANCISCUS

VINCENTIUS PVCHE.

Hispanus in
Philippinis.
15 Octobris
1640. ætat.
74. Soc. 60.

Mortific.

Charitas.

Oratio.

IN tyrocinio tam licet adhuc ferè puer, tamen cum valerudinario feruaret, heroicis de se victorias reportabat. Postea in Philippinis arduas missiones obiit strenuus Christi operarius: nec raro flumina ita ut vestitus erat tranabat. Vestes intimæ de frustulis ferè conflatae, præ vetustate defluebant. Castitatis suæ virgineam integritatem assiduâ & severâ pudicissimi corporis afflictatione custodiebat: mendicabat necessaria ostiatim in missione. Domi cum aliis præesset, nullam sui, plurimam aliorum curam gerebat. Ægrum senem ad suum aliquando conclaue deportavit suâ illum veste contexit, suo cibo refecit, in fide instruxit, baptismo expiavit, morienti servivit. Et ille breui mortuo, veste illâ non nisi diebus festis utebatur in memoriam & gratiarum actionem pro illo Dei beneficio, ac animæ illius lucro.

Michaël Garzetas curatus Arenensis, & postea Decanus, diluculo ad Collegium nostrum venit cum alijs die quodam, exploraturus, vnde venirent flammæ illæ quas de domo nostra videbat erumpere: ut incendium sopiretur. Sed ignem illum diuini amoris fuisse aiebat & ipse Michaël, & socij, quippe qui dum incendij causam & locum quærerent, reperere so-

cium P. Vincentij coram præaltâ Cruce prostratum eâ horâ quæ dicitur meditationis: Patrem verò Vincentium orantem in cubiculo, & se diuerberantem inter sancta suspiria. Vnde aiebat Michaël hæc non sine admiratione alijs narrans, se in illa meditationis horâ expertum impletam veritatem illius sententiæ: In meditatione mea exardescet ignis. Orandi dono fuit insignis. Nocturna tempora, quæ ferè vigil ducebat fugiente somno ab oculis, orandi studio transcribebat. Lectulum vesperi Angelorum, ac sanctorum choris distributè circumdabat, singulos verbis de profundo corde profectis allocutus. Diuinum Sacramentum celebrabat apparatione attentâ, religione attonitâ. *Gloria in excelsis Deo* tanto sensu pietatis pronuntiabat, ut eo audito vir locuples percelli se ac cælesti quodam numine ad mundum & opes deferendas permoueri senserit: ac breui Societati nomen dederit. Festis diebus antepandium occupationibus animarum, post prandium in templo coram sanctissimo Sacramento fundendis precibus dabat. Aiunt, ægros ab illo persanatos non paucos, alios oleo sancto, alios verò baptismo. Cœnobij Xarensis Superior aiebat, Dæmonem esse magnum hostem P. Vincentij, auditum à se motu in Vincentij conclaui tumultum magnum, deinde verò visum e cubiculo molossium erumpere. Extremis vitæ suæ mensibus totus erat in legendis, ponderandis, exercendis virtutibus Theologicis, quas in charta descriptas habebat præ oculis assidue, ut sepius lectitaret.

Mortif.

Oratio.

Vesper.

Sacram.

Mem.

XVI. DIE OCTOBRIS.

RICHARDVS

BILER, &

IOANNES

SOPPIVS NOVITI.

videret, conscientia iterum, & iterum expianda ac recognoscenda biduum impendit. Putant venenum illi ab hereticis porrectum: certe illos aiunt ab illius obitu visos fuisse solito hilariores.

P. MARTINVS

L'HERMITE.

Nihil tam arduum, vel odio inuidiaque obnoxium illi committebatur a Superioribus, quod ille, citra vllum humani oculi metum obedienter non perfecit. Maioribus festis ingruentibus palam in triclinio se cædebat; etiam priuatim eximio planè sui afflictandi, & assidue orandi studio insignis. In hoc tamen singulare quidpiam visus est habuisse, quod acerba, quibus per aliquorum seu inconsiderantiam, seu malitiam infestabatur verba tranquillè tulerit, adeo ut ab externis atroci aliquo dicto, aut facto læsus, illic se ad cubiculum receperit, & quicquid erat iniuriæ ad Crucifixi pedes prostratus deposuerit idētidem illa ingeminans *Domine, dimitte illis: non enim sciunt, quid faciunt. Per viscera, per vulnera, ne tribuas illis, hoc peccatum* Ita diu orantem tam assuenter è celo suis deliciis recreabat Deus, ut assueveret, nihil sibi in vita accidere, unde plus sinceræ voluptatis caperet quàm ex atroci aliqua calumniâ. Visus est Armenteriæ aliquando inter iacentium sub dio militum acervos per diem integrum reptare ad capita singulorum, & eos expiare, atque solari.

Belga Duaci. 16. Oct. 1652. ætat. 56. Soc. 37.

Mortific.

Patientia.

Charitas.

P. DIDACVS

DAZA.

Scientiâ, modestiâ, & omni religiosæ vitæ exemplo domi, & foris fuit spectabilis. Peruvianus Proregis Confessarius cum esset, ac in Peruuum veheretur, in longa navigatione quicquid ad christianâ disciplinam, quicquid ad omnem erga ægros charitatem spectabat officij, adamussim implevit, vectores expians, ægris serviens cibo quoque illis in os illato. Cum Legato in Britanniam nauigans, longâ & graui tempestate quassatus, confectus est. Cum se propè a morte abesse

FFF

XVII. DIE

16. Octobris
Ad Treu-
ros 1588.

Fides.

Anglia.

Hispanus
In mari
Britanico.
1623. ætat.
44. Soc. 24.
Charitas.

Mort.

XVII. DIE OCTOBRIS.

P. ALPHONSVS
SEV BASILIUS DE AVILA.

17 Octob.
Hispanus
Granatæ.
1556. ætat.
30. Soc. 6.

Obed.

Monificat.

Hic. & nunc.

Conciones.

A tenera inde ætate doctus Philosophus, atque Theologus, è laurâ domi re, atque ingenti honorum spe, ad Societatem convolauit. Cumque meminisset moris scholastici, ut rebus disputationum feliciter cedentibus eius qui disputauit nomen per muros hinc atque inde passim affigatur; quemadmodum illi factitatum est non semel hisce verbis *Basilus victor*; ita ille in Breniario, & in cubiculo pluribus locis affixit hæc verba: *Iesus Christus victor*. atque ab illo, tanquam a victore, leges se accipere debere dicebat, eiusque voluntati subesse: nam se ab illo victum esse. In Societate quâ Sociis præfuit, quâ sacras expeditiones excreuit, quâ ad populum dixit, omnia insignitè planè. Non prius ad concionem dixit quàm se ad sanguinem vsque cederet. Lectulo non alio vsus est (quamdiu per Superiores id licuit) quàm assere nudo. Breuis illi somnus; & prolixa, etiam noctu, oratio. Ne quid boni orijs vel occasionis benè agendi perderet, illas duas particulas *hic & nunc* tam sibi quàm suis inculcabat. Præstabat dono dicendi, ac laudabatur: & ipse quoque magni faciebat boni concionatoris munus; aiebatque, concionatores Deum verè quærentes esse velut Saluatores mundi, & Christi successores in agendo cum hominibus ut reducantur ad gloriam. Conciones eius erant tuba diuina, tonitru, ignis, fulmen caeleste. Hispali primus, aut è primis vnus fuit de Societate istic ingressis; nec ibi do-

mi suæ verum in Xenodochio Amoris Dei, diuertit, & visitabat elemosynis corrogatis. Ad illum audiendum, portis iam occupatis, etiam per tecta ibatur. Odia in amorem conuersa, fœmineus mundus vel abiectus vel ad modestiam accommodatus, iis qui iurabant graves à magistratu pœnæ impositæ. Deinde præfuit Collegio Granatensi primus Rector; vbi quia decentem templi minimè capiebant; sub dio dicebat magnâ vi, magno fructu. Vdèd vt illustissima etiam & doctissima capita se Societati adiungerent, Madridius, Franciscus Torres, Didacus de Bucamonte, Petrus Bernal &c. In missione quadam cum socio matutinum tempus omne sacris operis impendit: post meridiem sub arbore sedit ieiunus, & canonicas horas recitans. Tunc illis vir ætate venerabilis repentino adfuit, & corbem in manu atque in illo panem conditum, & alia esculenta deposuit, ac videri desit. Iniquos quosdam iudices qui religiosum Sacerdotem publico supplicio affecerant, palàm pro concione die Dominico ad tribunal iudicis viuorum, & mortuorum pronocauit. Sequè istic compariturum dixit; futurum vt quem hic audire noluerint monitorem ibi sint habituri (vt ille aiebat) Fiscalem. Paucos post dies ager P. Basilus religiosè diem clausit extremum; & eadem nocte is qui feralis sententiæ autor erat extinctus est: secutus hunc breui & alter; superstitè tantum tertio, qui nolebat sententiæ horum subscribere. Mortuorum illorum Indicum opes omnes petiere, filij & vxores ad stipem mendicato corrogandam redacti, ministri verò alij alia die,

Missa.

Mensa.

Angelus.

Ecclesiastica
immunitas.

Mori.

Iustitia Dei.

Mors.

Humil.

die, breui omnes, interiēre. Mortu-
rum, & iam extremis mysteriis com-
paratum rogauere vt aliquid diceret
pro sociorum documento. Tum ille:
Vtinam, Patres, lingua hæc quæ Ec-
clesiastæ munus obit, in culina po-
tius fuisset lacernula, vel pannus ad le-
beres defricandos abstergendosue ab-
iectus. Manus Medici dicentis ei non
nisi 4. horas superesse in vita, tenere
osculatus est lætu. Vnde Petrus Guer-
rerus à virtutis eximie laude celebris
ille Archiepiscopus Granatensis, qui
aderat, petenti benedictionem Patri
Basilio, eam dedit, & postea dixit:
Bene compositas habuit suas cum
Deo rationes, qui adeo desiderabat
hinc ad reddendam Deo rationem
abire.

P. IOANNES CNAPIVS.

Polonus
Calisij. 17.
Oct. 1605.
ætat 34.
Soc 13.
Charitas.

Mors.

S. Stanislaus

EXquisitus in religiosa disciplina,
& animarum studio flagrans fuit:
qui ardor illum etiam ad peste ictos
egit: quos inter morte heroum extin-
ctus est. Ab eius morte repertam est
in eius cubiculo post portam in gypso
Græco caractere exaratum id, quod
illi non integra ante mortem mense
acciderat in hanc sententiam: *Viges-
mo Septembris habui somnium. S. Stanis-
laus Patronus templi per puerum suum
iussit me paratum esse ad moriendum, quo-
niam tempus breue est. Inde lachrymans
dixi: Recordatus es mei, Domine! expe-
rectus laudavi Deum; precatusque sum,
vt omen firmaret euentu.*

P. FRANCISCVS BOVTONVS.

Gallus Lug-
duni. 17.
Oct. 1628.
ætat 50.
Soc. 11.

Virginitate, doctrinâ, toleratis
Constantinopoli in carcere aru-

mnis memorabilis; in eodem carcere
pro Sociis liberalis, instar pignoris
petiit, & impetrauit retineri per men-
ses aliquot. Naufragiū passus vix eua-
sit mortem in mari quam ferè in Por-
tu reperit, cum pro pirata naufrago
haberetur. Parentes literas pileolo
inseuerat cum nataret. Inde agnitus,
& periculo exemptus est. Reliquis 12.
annis vitæ, illi stramen lectus, solus
panis cum hausto iure modico cibus,
potus verò fuit aqua modico vino
permista. Silentij erat retinentissimus:
non prodibat nisi vrgeret necessitas.
In peste Lugdunensi feruens occu-
buit, admirabilibus ediris charitatis
in aliis, in se verò patientiæ docu-
mentis. Vnde chirurgum rogabat, vt
emplastra non lentè, ac ex arte, verum
ita vt erāt carni agglutinata, vna cum
carne auelleret. *O quam suauis, ac bo-
num est, aiebat valetudinarij ministro,
semper aliquid pati in corpore, Christi
causā, dum viuimus!* Iam propè abe-
rat à termino vitæ suæ, cum ad P. Ig-
natum Pomponium morti proximū
quibus potuit viribus adreptans, illi
extremam vnctionem dedit & ibidem
in eius lecto vicissim ab eo est vnctus.

Charitas.

Mortific.

Charitas.

Patientia.

Charitas.
Mors.

P. MARCELLVS FRANCISCVS MASTRILLVS.

MArchionum stirpe natus Nea-
poli, cum etiam tum puer B.
Virginis officium recitaret, identidem
in lætas lachrymas soluebatur, quod
barbaros mortem sibi intentantes vi-
dere videretur. Taurus illum furen-
ter sublatum in cornua, illico depo-
suit nihil læsum, posteaquàm ille con-
specta tunc fortè quæ in domo picta
erat B. Virginis imagine, opem illius
implorasset. Eiusdem Dei Matris pa-
trocinio vitam omnem ab omni le-
thali noxa duxit immunem. Sacro,
FFF 2. quod

Italus Nā-
gafachi. 17.
Oct. 1637.
ætat 35.
Soc. 20.

B. V.

Vindicta.

Hortus.

Mors.

Mortific.

B. V.

Exercitia.

S. Eustachij.
Radius.

quod pro caso in vindicta cupiditate sine Sacramentis mortuo famulo celebrabatur, ministranti spectrum ignem spirans apparuit; & ille concidit præ terrore. In horto amœno videre sibi visus est efferri funebri pompâ feminam candidatam, quæ Marcello nescio quid locuta est. Quicquid hoc rei fuerit, certè Marcello inde accessit perquam magnus stimulus ad virtutem. Societatem ingressus, Indias urgebat semper. Inde illi quotidiana in seipsum sauitia incussis flagellis exercita, & crux ferreis cuspidibus horrida pectori arctè adstricta. Ipsam Deiparae quo vtebatur rosarium fuit è palo Iaponico, ad quem alligatus quispiam in fidei odium combustus fuerat. Beatissima Virgo Marcelli Patrem moneri iussit de quadam sua imagine honoratè collocanda. Inuenta illa est in stabulo, & commissâ Marcello; qui eam ornavit, & effecit, vt Sacerdotio constituto, locupletaretur à Marchione Patre. In primis exercitiis, per discussum tam cubiculi fornicem quâ domus rectum, apertum cælum, & in eo mira, spectavit; quibus deinde per omnem vitam se succendi ad excelsa persensit. Inter docendum aiunt nunquam iratum vultum prætulisse. E S. Eustachij imagine prorumpens in illum radius mirâ illum spe implevit; cum à Sancto illo diserte moneretur, fore vt Indias impetraret. Quodam de sociis mortuo, diuinitus intellexit, voce perceptâ, alium breui (sed alio longè ac diuerso ab hoc funere) extinguendum. Et nominatim exprimebatur is de quo ea vox dabatur. Et verò diuerso longè funere abiit ille: breui enim, Societate desertâ, desit esse è numero Sociorum. Anno 1633. Neapoli cum Dominicâ post festum Immaculatæ Conceptionis, pompâ solemnâ supplicatio celebraretur immaculato illi mysterio honorando, malleus in

laborantis pro festi apparatu Marcelli tempora decedit, & illum prostravit. Deposito de vitæ spe adfuit specie cultuque peregrini spectabilis S. Franciscus Xaverius; à quo perfanatus est, voto è formula votorum Societatis à Xaverio ipso præeunte suggestâ concepto de Indiis adeundis; amabili, longo, vario, suauissimoque spectaculo. Interrogatus fuerat in summo illo vitæ iam fugientis periculo ab Equite candidis vestibus & cruce insigni, ac viatorium scipionem, & cereum ostentante, num scipionem ad iter, an cereum mallet, mortis nempe obeundæ symbolum. Respondit; malle se quod mallet Deus. Aliàs ab eodem, pluribus aliis qui faces accensas manu gestabant, comitato, visitatus, intellexit, illos eius amicos esse, ac pro illo enixè precari: morbum illius animabus purgatorij grauem esse, quod eius interea ope carerent. Xaverium illum fuisse aiebat Marcellus; qui illi etiam inter vescendum, atque orandum sapè adfuerit, lectulo assederit, animum exererit. Allata illi petenti est imago peregrini Xaverij, cuius ope vt Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum glutire posset, obtinuit; & se postridie sacrum celebraturum dixit. Iam vix quartâ horæ parte à morte abesse credebatur, cum blandum sibi adesse Xaverium vidit, nominatim ab illo vocatus. Mox votum, quod dixi, conceptum: admoræ, iussu Xaverij, capiti ægro S. Crucis reliquiæ; quas, Xaverio docente ac verba præeunte, sic salutavit: *Aue, lignum Crucis; aue Crux pretiosissima: me tibi totum dedico in perpetuum, &c.* Post hæc, atque his plura, & Xaverius, & omnis morbus abscellit; & Mastrillus postridie, 4. Ian. 1634. manè sacris est operatus vicens, ac valens. Inde ille S. Angelum suum Custodem ad S. Xaverium quot horis ferè, velut nuncium, mittebat. Illius honora

S. Xaverius.

Facies.

Purgat.

S. Xaverium.

S. Xaverium.

Crux.

Radij.

S. Xaverius.

Crucifixus.

Artul.

Facti.

Oratio.

Purgat.

S. Xaverius.

Fides.

honoris contextas ex eius elogiis litanias quotidie recitavit; & ex eius reliquiis vidit lucis radios erumpentes. In India è læto mœstouë imaginis Xaverianæ vultu futura læta vel tristitia legebat. Illo Goam appulso visa est non vna Crucifixi Christi effigies oculis apertis Iaponiam intueri. Cum in mari Iaponico periculis iactaretur, cuidam pro Iaponia oranti 21. Iulij visa est è Crucifixo lux fundi, & simul hæ voces audire: *Iam Sancti Spiritus lucem mitto*. Deinde ipse quoque Marcellus inclytâ iam morte perfunctus, eidem conspectus est coram Crucifixo de genibus capite inclinato pro Iaponia preces effundere. Captus à barbaris, visus est toto capite collucere; & in carcere inter orandum totus lucidus, ac in alto sublimis conspectus est. Aquis, & igne candentibus instrumentis cruciatus, ad supplicium ductus est cum scripto, quo indicabatur; illum mori, quod legem exteram prædicaturus in Iaponiam venisset. Cum quarto iam die in fouea Iaponico more

penderet, capite deorsum verso, nec moreretur; inde extractus, flectens sub gladio bis exclamavit; *Pater mi, S. Franciscus Xaveri!* Bis iussit illi carnifex enssem innoxium. Tandem tertio ictu, cum IESVM & MARIAM pronuntiaret, capite truncatus est: & mox terra contremuit. Et Marcellus eodem tempore Manilæ Petro Corcueræ Gubernatoris è fratre nepoti morti vicino apparuit: Madridij verò oratoris Cæsarei filius macie torridus repente conualuit, nempe cuius à se in baptismo suscepti memorem se fore Marcellus in Iaponiam inde soluens promiserat: ibidem Comitem Rupis floridæ febris quartana eodem tempore deseruit, fidemque implevit promissi quo Marcellus promiserat se illi sui memoriam certo indicio testaturum. Angina, febres, calculus, capitis alii que dolores & morbi, eius ope depulsi; oculi, ac membra alia eorum, que vsus restitutus; parturientes adiutæ, atque alia id genus, ij narrat qui eius gesta latius prosequuntur.

XVIII. DIE OCTOBRIS.

P. G A S P A R

BARZÆVS.

18. Octobris
Belga Gor
1551 aet.
Soc 7.

Vesperis.

Charitas.

Magni semper habitus à S. Xaverio fuitque velut alter Xaverius in animarum cura, & socijs gubernandis. Alias ad seruos; alias ad populum; alias ad infirmos eodem die conciones habebat. Vesperinolæ pulsū pronocabat Populum ad orandum pro ijs, qui lethali peccato vgerentur, vel quos Purgatorij flamma exerceat. Laborum tantum sustinuit quanti vel denis hominibus sufficissent. Dicitur concepto voto spo-

pondisse, nulli se opem corporis, vel animi negaturum, quam quidem prestare posset: id quod adeo præstitit, ut secundum Xaverium nemo istic eâ ætate parem laudem tulerit. In medio est eius vita, in qua eius labores fuscè percentsentur.

P. EMMANVEL

DE NOBREGA.

Hic primus de Societate Brasiliam adiit, & ibi cum socijs *Maria Virginis adiuatricis* templum suis ipse manibus extruxit, ipse materiam è

Lusitanus
in Brasilia.
18 Octob.
1570 aet.
53. Soc. 16.

Fff 3 monti.

B.V.

montibus conuolvens; ipse laborans, ipse pro animabus vndequeque satagens, & concursans. Illud quoque de illo fertur; quod cum illud B. V. adiutricis templum in edito colle construeretur, & ille locus aquae inopiā laboraret; sociorum vni monstrato istic arboris trunco dicenti: *o si Deipara placeret hinc fontem elicere!* dixerit. Nobrega: *Confido; & huius, & maiorum miraculorum potens est haec Domina.* Inde itum ad sacrum in eo Deiparae templo iam ad vsum idoneo celebrandum: & ecce tibi sub sacri medio scatebram aquae perpetuae ex illo ipso arboris trunco affluentissimè manantem quae aqua postea morbis quoque pellendis salutaris fuit atque mirabilis. Tertio ante obitum suum die cum in sed: fluminis Ianuarij per oppidum valediceret, rogatus quò proficisceretur, cum nulla naus adesset? *In Caelum*, respondit. Et abiit.

Vide Annales meos, marianos.

Sactum.

Aqua B. V.

Mori.

P. IOANNES

RICVS.

Hispanus
Vergellæ. 18.
Oct. 1607.
Stat. 53. Soc.
31.

Purgator.

Concio.

Mori.

Caput.

Orandi, & sui per calores aestatis, ac hyemis frigora quaesitis modis cruciandi amore singularis fuit Ioannes, Maioricae Rector cum esset, ac idiomate Castellano concionaretur praeter morem, Alphonsus Rodriguez eius socius à Deo audiuit: *Rector tuus expiabit hanc concionem igne purgatorio.* Quà re intellecta Ioannes illo idiomate deinceps loquutus est nunquā. Peccata, confessione quotidianā sacro praemissā, expiabat. Mortuum illum ab Alphonso Rodriguez pro illo orante pulcherrimum visum ferunt radiis yndique (sed capite nobilius) collucentem, & quasi iisdem coronatum: saepe alias quoque illum vidit, ut fama est Alphonsus, cum illi se pietate priuatā commendaret.

P. MELCHIOR

DE MORA.

Nobili domo Carauaca natus, & bellicis honoribus laudatè functus, animum ad studia, & Societatem applicuit, cum pro concione rempropè nuperam, quae Granatae contingerat, audiret, ab illo quo spectaculo ipse interfuerat. Aiebat Ecclesiastes, Ioannis Auila assecla, se à mensa; cui accubebat, accersitum ad ægrum quendam Carauacensem aduolasse: at illum iam mortuum reperisse. Cum verò pro mortuo Litaniae omnium Sanctorum recitarentur, mortuum in lectulo reledisse, ac dixisse lamentabili vocis sono, se deceptum in errore vixisse: *Engañado*, aiebat, *he viuido!* & decubuisse. Insuper Dei misericordiam ei, sed iam surdo & mortuo, narrabat Ecclesiastes ille, cumque alter nihil responderet, neque vllum vitæ daret indicium; ad Litanias rediit cum ijs qui aderant. At en iterum mortuus ille ita ut prius se erigens ingemiscens dixit: *Engañado he viuido!* iterumque decubuit surdus ad omnia quae illi de confessione dicebantur. Tertiā Litaniarum bis iam interruptarum pars pro illo recitabatur, cum ille tertio confidens, iisdem verbis, testatus est, se deceptum in errore vixisse. Neque plura locutus, omnes reliquit stupore ac sancto timore attonitos. Hæc de Carauacensi mortuo ubi audiuit Carauacensis Melchior, etiam in ætate iam vixitque matura se studiis, postea Societati addixit. Cum in Iaponiam mitteretur, in Lusitaniam usque pedibus iter confecit. In Iaponia per annos quadraginta multa tulit fecitque, magno gentis illius fructu: donec in exilium eiectus, in Philippinis magno religiosæ virtutis exemplo

Hispanus
in Philippinis.
18. Oct.
1617. ætat.
74. Soc. 47.

Vocatio.

Mori.

Litanie.

exemplo vixit, paupertatis accuratus amator; certus ad omnem obedientiam sanctae patrum; & illud in ore habens identidem; se id vnicè agere, vt in omnibus ad mortem se pararet. nempe ne, ita vt Caruacensis ille, in errore illo moreretur quo deceptus mundus, & eius sequaces, serò tandem clamabunt: *Ergo errauimus.*

que accurata pietatis custodia. Vnde cum Nouitium quendam à mensa surgentem aduerteret signum Crucis obiter, ac propere sibi impressisse, illum suauiter, sed non sine acri doloris sensu, commonuit; vt diligenter ad singula ea, quae Dei sunt maximopere accuranda totus aduerteret. Plura de illo in vita.

P. GEORGIVS

FORRO.

Hangarus
Tyinauia
18 Octobris
1641. aetat.
72. Soc. 34.

Fides

Mensa.

Ang. Custos.

Nobilem sanguinem placidis moribus, decoro vultu, & apto nato ad rectionem ingenio testatus est. Mitto hic ea, quae nominatim de illo narrant anni 1609. annuae Transylvanae impressae, quid pro re catholica inter turbamenta illa praestiterit, pietate, authoritate, facundia memorabili. Extat prolixum eius elogium missum ab Austria Prouincia, quam per annos complures magno spiritu, & suauis authoritate rexit: & de qua (vt ibi scribitur) ille si quis alius, plurimum sanè meritus est; ipso arguendi modo, eorum quos arguebat sibi illigans voluntates. Tenera planè, ac multis (cum se solum esse arbitraretur) colloquiis testata fuit illius erga Angelos Custodes pietas, atque propensio. Aiunt eius, tunc Prouincialis, socij; Angelum Custodem, instar iuuenis candido equo vesti per iter adfuisse non semel; ac iter & pericula indicasse; videri denique defuisse. Socij periculis, aliquando mirum in modum incolumes, illum inter preces & lachrymas Deo supplicem reperere; suamque in praecipiti prolapsione incolumitatem illi acceptam regulere: vt fusiùs narrant Annuae Austriae in Atrihio. Facillima illi ad socios, vel ad concionem dicenti, & Sacrum celebranti fuere lachryma; at-

P. ISAACIVS

IOGVES.

P Caroli Spinolae in fidei odium combusti herois imaginem in sinu circumferebat, & saepenumero suspirabat desiderio parisi mortis. Voti religione spondit; se, quoad posset, latitare velle despectum atque abiectum. Totam aliquando noctem coram SS. Sacramento humi prostratus orando duxit, multa aspera, & ardua pati flagranter petens. Et responsum accepit: *Exaudita est oratio tua: fiet tibi sicut à me petisti: confortare, & esto robustus.* Apud Hurones in Septentrionis Africa laboranti, Hiroquai barbari Ethnici, vngues, mordicus auulerunt; indices duos dentibus contriuerunt. Taceo pellem à corpore reat torridam, cadentem, aliaque horrenda omniad. Igne, vnguibus, dentibus in illum sauitum est cum in carcere teneretur: quo ipso tempore facile 70. capita Christo genuit in vinculis; & Renatum Nouitium crudelia passum, tandem coram se caesum vidit, vt dixi 5. Augusti. Pax cum Hiroquais composita illum inde extorrem eò postliminio pellexit; & ille disertè scriptit, se inde minimè rediturum. Interuersa est pax; & P. Isaaco decreta mors. Ferrum illi in caput illisum; praecisa ceruix.

Inter caelestia illa quae diuina patiens vidit, fuit mirabilis Ciuitas, &

Charitas.

Euchar.

Tati
Oratio.

Fides.

in

in illa scriptum : *Laudent nomen eius.* Vbi pro tribunali se verberatum ait; sed recreatum simul à Iudice amplexu & lætitiâ, quam non poterat explicare, sentiens amoris diuini aestu accendi se magis ac magis; adeò vt velut in extasi exclamaret: *Virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt* PP. Iacobum Bertric, Stephanum Binet, Petrum Coronum aliàs intueri sibi visus, petiit ab ijs commendari Cruci,

vt eius ciuem atque discipulum. Aliàs in officinâ Crucibus coopertâ mirè sibi obiectâ librum sibi præberi vidit qui contineret *Illustres pietate viros, & fortia bello pectora*; quæ verba tunc audita, eius animo altius hædere infixæ, ad imitationem Crucis. Inde illi amor Crucis, & Litaniæ è Crucis titulis concinnatæ, ac ea ipsa quæ patiebatur tormenta pro illorum, à quibus patiebatur, salute oblata.

Liberi.

Imitatio.

XIX. DIE OCTOBRIS.

FRANCISCVS

MORENVS COAD.

Hispanus
diei incerto.
1606. ætat.
72. Soz. 46.
B. P.

CVM ab ordine religioso alienus Cesset, rogauit aliquando Deipatam vt ei cor mutaret: postridie eadem quâ pridie orarat horâ cor ex alio aliud, id est, ad religionem aliquam capeffendam inclinatum, sensit. Semel atque iterum sine veste nostrâ foras in plateas prodire petiit, vt se peruinceret; impetrauit, stipem corrogauit, & stulti nomen atque cachinnos retulit. Post has victorias Deipara cordi eius se sistere atque ita loqui ei est visa: *Ego ero Mater tua, & protegam te.* Atque ab eo temporis articulo se tenerrimè propensum erga illam sensit. Tota eius industria in eo versabatur, quomodo se totum Deo vnice deberet dare ac vndequaquã transcribere. Aiebat se esse in paradiso, neque sibi oneri esse tot officia quibus distinebatur. Manè tantum sibi de somno decerpebat, vt sæpè 4. horas orandi studio daret; cuius magno desiderio & veluti fame tenebatur. Exultabat inter labores, & cum Deo sermones inflammatos miscebat, magno de Dei Majestate lumine, magnâ di-

uinarum rerum peritiâ imbutus, & ad ea quæ imperabantur volans incredibili cordis ardore, vt sibi aliquando velut in tertium cælum abreptus videretur, cum in re quadam difficili hilarè paruisset. Cum ei onera oneribus adderentur, & plecteretur quòd currere aliquando visus esset (vt ægris quatuordecim quibus seruebat vnicus satisfaceret) gestiebat, & hunc sibi rosarum esse lectulum gloriabatur. Ardebat toto pectore amore Dei, aiebatque Superiori, se vri; adeòque vexari se petebat vt illi amor ac patiendi desiderio pabulum præberetur. Eas vlcerum sordes quas maximo-perè horrent stomachi etiam minimè delicatè, ex ægris haustas, manu, & ore tractabat, fel palato, dorso aculeos, corpori reliquo cruciatus alios multifariam adhibebat. Inter plantas oculeis molestas, adeòque inter spinas cum S. Benedicto se nudum aliquando versabat. Respirare sibi videbatur si insigne quodpiam se affligendi genus à Superiore obtineret. Cum scrupulis, & capitis dolore è laboribus quibusdam concepto affligens orare non posset; post exercitia sine vilo spiritus solatio absoluta, misericordiam postulabat & peccatorum veniam

Obedient.

Amor Dei

Mortific.

Crucifixus.

Oratio.

veniam à Crucifixo. Et tunc dulcissime illi (ut ei videbatur) respondens Christus: Et cur ego cruci huic affigi me volui, nisi ut te amarem, tibi que ignoscerem, Aliàs, dolores illi omnes abstulit Crucifixus. Ad B. V. de penna peregrè profectus, arcto silentio vsus est per iter vnà cum socio honori Virginis. Morbis licet ingrauescentibus, tamen cum docendis paruulis adhiberetur vires vtrunque recepit, & fuit ad illud munus mirum planè in modum idoneus. Docebat illos coram B. V. imagine quotidie in conscientia diligenter inquirere, atq; Dei Matrem vnice colere. Vnde mira ac fœnera in paruulis visa sunt huius pietatis exempla. SS. Sacramentum quinque quotidie visitabat, & pro se ac Sociis donum perseverantia postulabat. Labore quopiam perpetrato, *Salve Regina* recitans perseverantiam, & mortem felicem petebat. Si quando orium pinguius nancisceretur, etiam octo rosaria exequabatur recitando. Sæpè se introspiciebat, an & quantum in hac erga Dei Matrem pietate proficeret. Si qua illum, vel alium necessitas vrgeret, nouendialibus obsequiis in honorem Deiparæ institutis opem illius implorabat. Quacunque horâ excitari à somno vellet, custodem Angelum sic alloquebatur: Angele mi, tali horâ me excites oportet, amore quo flagras erga Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum. Et verè excitabatur: & quidem aliquando tantum strepitu, nonnunquam verò nominatim ut ei videbatur, ab eo vocatus. Quin etiam noctu aliquando ei Angelus lucernam accendit, ut ferunt. Animabus purgatorij integrum indulgentiarum conscriptum catalogum applicabat; & omnia quæ agebat, iis donabat; exceptis illis quæ ad obedientia intentionem imperantur. Nec semel illas se illi spectandas, cum ei gratias

agerent, fama est præbuisse.

Ut se emendatè perficeret, sexies conscientiam examinabat quotidie; cui rei sua tempora assignabat. Dei præsentis vaicè atque assidue memor, oculum aliquando miro modo sibi ostensum vidit tam vigilem, ut eum nihil omninò latere potuerit. Silentij tam fuit retinens, ut diceret; si quando res sesqui verbulo expediri possit, non esse duo verba adhibenda. Et quò minus torquebatur, eò diuina facilius percipiebat. Aiunt illum cum Deipara per semi horam aliquando, locutum, & odoribus fragrasse conclaue. Per biennium in orando nihil suauitatis perceperat, & ecce à Christi coram æterno Patre orantis imagine dulcissimam in corde vocem audiuit quæ aiebat: Huius causâ quem vides tua tibi æternus Pater peccata ignosce. Inde illi suauissimæ in animo coortæ deliciae diebus pluribus durare. Plura de illo in vita ad annum 1606.

GONSALVVS

IVSTE. COAD.

PRÆter magnas paupertatis, ac se vexandi artes, fuit pietatis in Deiparam, & patientiæ singularis. Ingens plaga carnem illi magna ex parte intabum conuerterat, adeò ut Indus qui eum curabat diceret os quoque illi sensim putrescere. Quare Gonsalvus præcepit os eâ parte quâ erat putridum malleolo contundi, ac eam partem tolli. Sed ne id amplius fieret vetuit Patrum quispiam qui tam inusitatum & medendi & patiendi genus obstupuit eò tunc appulsus cum Indus ossis putridi partem raderet, atque contunderet. Hostiliter tractabat corpus in omnibus, orans inter labores, ac semper. Iussus est aliquando confessorio

Examen.

Præf. Dei.

Si silentium.

B. V.

Oratio.

Hispanus
in Paragua-
ria incerto
mense a
die anno
1638. ætat.
60. Soc. 21.

Patientia.

G G g

B V.
lter.

fessario suo, sibi Christum & eius Matrem sanctissimam per dies plures inquiete spectabiles adfuisse. Alias benè manè cum Patre quopiam foras ibat, & cælum admirabili pulchritudine amabile vidit, & vocem inde venientem audiuit: Hic semper cum Sanctissima Virgine habitabis.

P. PETRVS

VENVSTVS.

Italus ad
Biunam.
19. Octobris
1564. ætat.
41. Soc. 18.

A Sancto P. Ignatio in Siciliam missus, Nouitios istic religiose instituit; ac digna egit Apostolico viro pro sanis & agris, & probis & improbis. Inter alios Rogerium quendam Sacerdotem (hominem ob flagitiosam vitam nomine illo sacro indignum) suauiter, acriterque non semel quâ monuerat quâ rogârat, vt offen-

diculo probis oculis auribusque tandem esse desineret; eundemque optima promittentem, Duci eius loci commendârat. Porro ad aleas iterum, aliaque probra relapsum, iterum commonefecit, vt saperet. Sed ille monitoris impatiens, & timens ne Duci quoque importunus hic monitor aliquid fortè suggererit, suggeratue consilij, monitorem de medio tollere constituit; atque hoc die ruri, domum ex agro redeuntem in itinere, à tergo tertio in capite vulnerauit. Repertus Petrus à Biuonen sibus, cum volutaretur in sanguine, atque num facinoris autorem nosset rogatus, affirmavit, sed vt proderet induci non potuit, cum diceret: Sinite illum: Deus ei ignoscat. Simulque breui Iesv nomen ingeminans expirauit; magno sanctimoniz nomine post se relicto.

Charitat.

XX. DIE OCTOBRIS.

P. BERNARDVS

VENEGAS.

20 Octob.
Hispanus
Montillæ.
1572. ætat.
71. Soc. 14.

Hic olim infans in puteum profundum ceciderat: sed illum diuina Mater seruauit illesum. Cum summæ quædam authoritates illo arbitro vterentur ad conscientias expiandas, nihil idcirco remisit de ardore quosuis inopes libentissime audiendi, labore longo, atque difficili. Quare cum è graui quodam morbo audiendi facultatem perdidisset, dolebat suas vices quod pauperibus opem ferre non posset. Semper tamen tenerâ quadam fiduciâ confidebat fore vt id per Dei Matrem à Deo impetraret. Nec sua illum fefellit fiducia. Prædie Immaculatæ Conceptionis

Marris Dei plenam audiendi facultatem recepit. Et vt gratus esset; decreuit deinceps diuinis inspirationibus impensè parere; quod eam penam suo in diuinis languore se commeruiffe putaret.

Inspirat.

P. GEORGIVS

SCHORICHVS.

A S. P. Ignatio Societati adscriptus, à culinæ officijs ad literas ingenium transferre est iussus. In Germania postea pro fidei Orthodoxæ sanctimonia fidelis operarius multa gessit; ideòque Dux Albertus pro populis inferioris Bavariz ad fidei Catholicæ veritatem reducendis illum delegit; id quod ille fecit feliciter.

Germanus
Badenæ. 20.
Oct. 1572.

Fides.

Hamil.

B V.

citer, cum eius ac Socij operâ, plus quam tria millia veteris ac sanæ religionis lucem agnouissent. Submoti corruptores; instituti in suis officiis Sacerdotes; nihil non actum pro constabilienda Catholicâ veritate. Inde Badenæ similia patrare iussus, & eod idcirco profectus; ne id posset, ab hæreticis veneno, & morte inde secutâ est prohibitus.

P. IACOBVS
DEI COAD.

Belga Bas.
n. 1613.

Castita.
Mortis.

ILLustribus Toparchis natus, at breui orphanus, Europam peragravit, per iter in templo castitate voto firmatâ: post quod votum nullo molesto carnis sensu tentatus est, etiam inter occasiones lubricæ aulæ Parisiis: vbi formam suam petulantibus oculis malè placere dum videret, vino sibi per omnem vitam interdixit, seque in ediâ castigauit. In Italia nomen Societati inter Coadiutores dedit, mox missus in Corsicam: vbi mirum quantum laborum tenui, aut nullo ferè cibo refectus, exhauserit. Siti se longissimâ in summis caloribus affligebat: corpus flagellis, & vncis exarabat. Romam ad Generalem missus pedes & mendicato profectus est: eoque appulsus defecit, virum ac sui factus impos: & repertus est carenis vnde quaque circumdatus, cum lamina

ferrea, quæ lateri adhærebat. Manifestam Angeli Custodis opem in Oeconomia expertus est aliquando. Vita illi vniuersa, fuit oratio: anni omnes, innocentes ab omni labe mortali. In montis cuiusdam fastigio B. V. imaginem collocavit. Ad hanc ire iussit affines quorundam à Turcis captorum; promisitque fore ut illâ auspice suos breui reciperent. Præstitere id illi: & suis receptis, eo loco Deiparæ à Monteferrato sacellum posuere. Reliqua in vita.

B. V.

P. STANISLAUS
WOYSZA.

EVit in animarum studio fortis, & constans, vsque ad pulchræ ac heroicæ apud pestiferos mortis decus. Natum aiunt ferè sine vertice cranij, sed B. Stanislao nostro in templo oblatum & persanatum, cranium recepisse. Tantâ integritate versatus est in iuventute, ut Magister Nouitiorum de illo dixerit, animam illam ab impuro dæmonio ne quidem afflatam fuisse. Putant per omnem vitam nullius mortalis noxæ reum fuisse. Per annos plures quorū hebdomadis preces & afflictiones corporis offerebat pro quodam nominatim, à quo insigni quadam iniuriâ (non sine probro) fuerat affectus. Plura de illo dixi in Heroibus Charitatis.

Polonus
Posnaniæ,
21. Octobris
1655. ætat.
43. Soc. 26.

B. Stanislau

Patientia
& Charitate

XXI. DIE OCTOBRIS.

P. EMMANVEL
DE ORTEGA.

21. Octobris
Lusitanus
in Peru.
1611. ætat.
69. Soc. 50.

IN Lusitania, Brasilia, Paraquaria, Peruanaque Prouincia multa cum-

messis, & ærumnarum vbertate versatus est inde à iuventute. Ad Indos quosdam baptizandos noctu in magna quadam exundatione per horam natauit, manifesto vitæ discrimine: illi lust rati mox in aquas ex arboribus

G G g 2 cœci-

Charitas.

cecidere submersi: Etiam in lecto, in quo febribus æstuaris tenebatur, catechismo, & baptismo administrandis occupabatur. Admiranda gessit, & passus est, constanter, ac fortiter in obsequiis animarum; quarum ille plurimas paulò ante quàm hinc emigrarent, Christo lucratus est. Cum esset spiritualis formatus Coadiutor, oblatam sibi 4. votorum professionem non admisit; ne quid in instituto laxamenti fieret sui causâ.

Humilit.

P. IV LIANVS

NACAVRA, & DVO
NOVITH.Iapon Nā-
gasachi. 21.
Ct. 1633.
ætat. 66.
Soc. 43.

Zelus.

PRincipe Iaponiæ stirpe natus, Nangasachi à 18. Octobris ad hunc usque gloriosæ mortis diem pendit toto corpore in scrobem inuersus. Fuerat hic vnus è trium illorum numero qui Romam inde missi fuere legati à Rege Bungi ad celebratissimū illum Greg. XIII. Boncompagnum, summum Pontificem. Româ redux, in Societatem adscriptus est, in eaque relatus in censum spiritualium adiutorum. Studijs ac laboribus apprimè deditus, totus in Deo erat, in animarum salute quærenda totus. Cum illi aliquando vires ærumnæ variæ exhaurissent, portari debuit ad succurrendum indigentibus animabus. Dum iret damnatus ad mortem, dicebat suis Iaponibus; illum se, illum Iulianum esse missum olim Romam è Iaponia mitiore: pro illâ Romana, & vera fide se nunc vitam deponere.

Hoc etiam die scrobis tormento eneçti sunt.

Petrus, & Mattheus, Nouitij, Patrum Socij Iapones, ad Societatem in carcere aggregati.

P. ALOYSIVS

LANVZZA.

HVnc Sicilia velut Angelum suum, Apostolicumque virum suspexit. Ecclesiastæ munus per annos ferè 40. persanctè gessit non tam studio exquisita dicendi, quàm se arque alios ad cælestia totis viribus incitandi. Vnde domi disciplinæ cura, continua sui afflictatio, profunda inter omnes ac infra omnes demissio; foris autem impigra erga omnes charitas, ac mirabilis ad animos permouendos efficacia in eo mirificè eluxere. Cum domi in Bibliotheca veteri Panormi facie humi prostratus noctu oraret, visus est torâ facie collucere, splendore longè ac latè effuso. Multi dicunt se expertos illi arcana cordium, & absentia multa fuisse perspecta, & ea quæ futura prædixerat, euenisse. Bernardus à Colle & Campo Abbas chirographo suo ac iure iurando testatur, conspectum à se fuisse radium qui è fronte P. Aloysij ad populum dicentis tanto cum splendore vibrabatur, vt stellæ instar illi sit visus. Idem à se in eo visum luculèrunt testes Matriona quardam illustris, & Franciscus de Mello Prorex Regni Siciliæ. Quidam ad, eum audiendum ab amico adductus, tædio victus abiit. Vix pedem è templo extulerat eum se velut retrahi manu sensit, videreque sibi visus est P. Aloysium seuero vultu ac voce vt redeat imperantem. Miratus videri à se illum quem in pulpito reliquerat, redijt, & P. Aloysium reperit adhuc ad concionem dicere ac tonare. Tum illum maior admiratio incessit. Nec pœnituit rediisse veluti diuinitus eò pertractum. Etenim ea concio illum in vberes lachrymas breui coortas effudit, ac post concionem ad P. Francisci Amorelli pedes abiicit

Italus Pr.
normi. 11.
Oâ. 1656.
ætat. 65.
Soc. 47.

Oratio.

Concio.

abiecit dolenter peccata fatentem, & ea quæ diximus enarrantem. Aliàs visus est ad concionem dicenti spectabilis Angelus adesse; aliàs ex ore precantis illustris quidam ac cælos penetrans radius emicare. Pro iuvene lethaliter saucio; neque sui compote, ut expiari posset, se abiecit in genua, & aliis quoque, qui permulti aderant, vnâ comprecari iussit, *Aue Maria* recitavit. Vix expleuerat, cum iuuenis sibi redditus *Confessionem* impensè postulauit; ac expiatus, alterâ post horâ viuere desit. Audiui à viro fidei exploratæ qui Aloysium studiis adhuc operam dantem, tunc & ipse iuuenis, nouit; communi omnium ore celebrari, neminem omnino fuisse inuentum siue domi, siue foris, qui Aloysium non insignitè suspexerit, tanquam singulari summæ virtutis famâ passim vbique laudatum quod certè rarum esse nemo non vi-

der, cum etiam de Sanctissimis quibusque variæ cooriantur sententiæ variorum variè sentientium atque loquentium. Paulò ante mortem, petiuit sibi ostendi Dei Matris imaginem; & in eam sibi exhibitam defixis pie oculis hæsit attento silentio; ac expirauit Sabbato, id est die Deiparæ ipsi sacro. Post mortem, cuidam (ut alios taceam) visus dicitur per quietem in veste candidâ hilaris cum S.P. Ignatio qui Sacrificali, & Xauerio qui lineâ concionali, veste, induti videbantur; multis aliis vnâ spectatis in veste candidâ; quorum aliqui palmas gestabant in manibus; venerantque P. Aloysij animam deducturi. Constabat verò gloriosa illa cohors ex ijs qui è Societate in cælum recepti iam sunt: item ex ijs quos per P. Aloysij labores ad felicem æternitatem ad eundam adiunxit bonus Deus.

B.V.
Mora.

Sabbat.

S.P. Ignat
S. Xauerius.

Mora.

XXII. DIE OCTOBRIS.

P. FERDINANDVS
MELCHIORIVS.21. Octobris
Germanus
in Danubio.
1614. ætat.
37. Soc. 19.

ABingenio, modestia, obedientiâ, & potissimum à Sodalium Partheniorum rectione, ad quam aptus natus videbatur, eximie commendatur P. Ferdinandus Rhetoricam & diu & perbenè docuerat, cum se ad infimam obtulit Præposito Prouinciali. Diuinæ Matris honori cum aliàs, tum Sabbatino ieiunio constanter seruando addictus, nullo, quale demumcumque illud obuenerit, impedimento interuerti suam illam pietatem patiebatur. Ratibonam deuebat Superiorum missu, secundo

Danubio cum, præfectò ad naulum exigendum magis quàm in nauim gubernandam intento, nauis ad pontem sublicium allisa interiit & vnâ plerique; ac etiam Ferdinandus, magno animo socios ad casum illum apparatus exicipiendum in periculo cohortatus. P. Iacobus Rem de illius morte mirabiliter edoctus videtur. Etenim necdum perlato naufragij nuncio, Ingolstadij pro defuncto sacris est operatus. Ecquis ille esset rogatus: respondit esse socium in Danubio demersum. Et breui post compertum est P. Ferdinandum eo naufragio interiisse.

Mora.

GGg 3

P. IOAN-

P. IOANNES

MATTHÆVS ADAMVS.

Italus Nā
gafachi. 22.
Oct. 1633.

Hidat.

ANno 1602. in Indiam, biennio post in Iaponiam profectus est. Ibi ærumnas quàm plurimas, laboresq; grauissimos, animarum causâ perpeffus, fame cruciatus, extremos quinq; vitæ dies in tormento Iaponico egit, de furca in fossam suspensus è pedibus; & felix vixit.

P. BLASIUS

PLOZZYNIUS.

Polonus
Calisij. 22.
Oct. 1634.
ætat. 46.
Soc. 27.

Oratio.

Mori.

CVM adhuc adolescens eximiâ virtute præstaret, iussus est ab eo, cui erat in obsequiis pluuiam à Deo flagitare. Paruit Blasius: & haud longâ oratione fusâ, sudum hactenus Cælum in pluuias mox affluenter solutum est. Non diu (ne molestus esset domesticis) verum accerrimè ægrotare, ac mori petiit à Deo: & dixit se obtinuisse vtrumque; die quoque, qui illi supremus fuit postea, nominatim expresso: Moriente P. Blasio duo Patres insignem quendam de peccatis doloris sensum petiere à Deo: & vterque sensu doloris magno lachrymisque perfusus exauditum se esse gausus est, ac testatus.

P. SAMUEL

RICHTER.

Morauus
Brunæ. 22.
Oct. 1648.
ætat. 36.
Soc. 18.

Huius elogium dedi inter heroës & victimas charitatis in hæc ferè verba: Postea quàm in Brunensi Collegio duobus Coadiutoribus lue internectis assiduitatem omnem enixè nauasset, eandem postea foris indif-

criminatim omnibus ferè per trimestre transcripsit hilarè apud ciues, quòquod eum accersebat dira necessitas; cui seruiebat indefinenter tam voluntariæ spontis instinctu, quàm obedienciæ ductu atque oraculo. Duo-deuiginti annos foris, totidem in Societate vixit, inter professos nuper adlectus. Verbo, exemplo, fusâ multâ prece, plures ad Christum flexit. Nulla illum de Christi cruciatibus commentandi, nulla Deiparæ lectissimis artibus percolendæ, nulla perstudiosè orandi sarietas capiebat. Dotes egregias ingenij atque doctrinæ, profunda sui demissio; ad plures pro concione dicendi gratiam, labor industrius; tristitia, excelsus animus; omnia denique, obedientia firmabat, perpoliebat, animabat. A quæstuoso in animarum lucris labore aliquando fessum sitis immodica exercebat; illamque iam lenaturo, nuncius ad ægrum eum euocans appulsus est. Samuel, ne tantum quidem morè interposuit, vt libaret. Abiit sitiens, peruincente sitim hanc maiore animarum siti. Adamantinâ quadam lege se obstrinxerat; nullam accurationis partem circa miserrimos quosque iuandos omittendi. Quo in officio, tanquam diuinâ voce sibi dictum agnoscebat, ac ingeminabat illud: *Tibi derelictus est pauper: orphano Tu eris adiutor.*

Singulis supremæ ac sacræ illius expeditionis diebus, tanquam terminalibus vltimi diei prodromis, sese (non minus quàm peste ictos) ad diem vltimum comparabat per quotidianam conscientia expiationem, perque sacrificalem hostiam, cum qua, velut vltimum factis operans, & se vnâ immolans, charâ vitæ ac mortis cum Christo consociatione impensè flagitabat, vt siue moreretur, siue viueret, Dei esset. Peste saucio ater carbo maxil-

Charitas.

Mori ifc.
Zelus.

Confessio.
quotid.

Charitas. maxillam infedit, latèque illam occupavit, & intra biduum illum extinxit, plus quàm centies hæc vltima iterantem: Domine, fiat voluntas tua!

XXII. DIE OCTOBRIS.

P. MICHAEL
TORRES.P. LVDOVICVS
FLOCCARDVS.

23. Octobris
Hispanus
1593. ætat.
85. Societ.

Oratio.
Mortific.

B.P.

Oratio.

SSS. Trinit.

Prædestin.

Mort.

Hic à S. P. Ignatio cum esset animo alieno, paucis cum illo vix egit, & mox ad eius pedes provolutus, illi se regendum dedit. Societatem in grauissimis perturbationibus præclare defendit. In Lusitania Visitator, Prouincialis, & Reginae Catharinae à confessionibus fuit. Singulis noctibus surgebat ad orandum; & tum demum posteaquam vnius horæ spatio orauit, se acriter verberabat, etiam octogenario maior. Totis Aduentus hebdomadis, item à die Ascensionis vsque ad Pentecosten, in B. V. vigiliis & sextâ quauis feriâ ieiunabat. Cum è cubiculo ad portam, vel aliud vocaretur, coronam Deiparæ manu tenebat, & recitabat vsque dum ad id ad quod vocabatur appelleret: eâ re peractâ iterum redux coronam Deiparæ pertexebat. Per 40. & plures annos nunquam se orationem omisisse, & nunquam se vllum dulciorem sensum in ea percepisse dixit. Audierat B. Borgiam à Deo multum obtinere celebratis tribus Sacrificiis de SSS. Trinitate. Ergo illum impensè rogauit, vt id pro se præstaret. Vrebat tunc Michael curâ prædestinationis suæ; ac à B. Borgia (cui nihil de illa sua solitudine dixerat) intellexit se esse in numero electorum, vt in B. Borgia vita dixi. Cum in extremis esset 23. Octob. Sabbato ad eum lucidus quidâ globus velut è nube ac luce compositus aliquibus visus est descendisse.

Iam ad metas Theologiæ peruenerat acri & auido ad studendum ingenio: sed cum valetudine minus firmâ vteretur, breui ereptus est, B. Virginis ope ad mortem egregiè comparatus. Quâ de re sic scribit Collegium Lugdunense: Liberis scholarum cessationibus, cum aliis, vt fit in prioratum Collegij, cui sancti Iuliani nomen est, missus est Lugduno ad quindecim milliaria distitum; quod ipse toto pectore anhelabat, tentandî illius Cæli gratiâ. Eò tandem venit commodâ satis valetudine, nec se ibi moriturum putabat, donec septimo idus Octobris, ipso die Sanctis Dionysio, eiusque Sociis sacro, ad Beatissimæ Virginis ædem, duobus inde distantem lapidibus (cui nomen à Florida valle inditum) miraculis clarissimam, & magnâ morbosorum frequentia celebratam, equo perrexit, vt ibi rem diuinam faceret. Inter operandum sacris in mentem ipsi venit, se puerum sanctissimæ Deiparæ Valfloredanæ deprecatione, votoque à parentibus concepto, dum ingrauescente morbo, exiguâ extremaque in spe vita penderet, prorsus ab ægritudine recreatum, atque deportatum insuper illuc fuisse. Quare eandem ipsam Virginem rerum cælestium cupiditate inflammator solito, atque arummosa huius vitæ pertæsus obnixè orare institit, vt magnum beneficium maiori eumularet, quos vitæ annos non petenti sibi pro-

Gallus ad
S. Iulianum.
23. Octobris
1608 ætat.
33. Soc. 18.

B.V.

Mort.

B.V.

prorogauisset, eosdem sibi supplicanti, si ita Deo videretur, bonâ & citâ morte præcideret: Nec vanæ preces: vix enim ad sanctum Iulianum redierat, cum detentiùs illi esse cœpit. Admouentur de more remedia; ille verò nullum iam curationi esse locum monet; se vitam quam à Deo precariò acceperat, eidem reddere velle. Aduocatur Lugdunò Pater Rector. Illi cò aduolat, moribundum inuenit. Ille ubi Patrem conspicatus est, eius inopino exhilaratus aduentu, visus est quodam modo reuixisse, cum rem quam pridem in votis habuerat, tandem in sinum sibi à Deo delatum esse significauit nempe importatam ex huius vitæ militia missionem, multa alia de Religiosæ vocationis bono, & de beatitudine Sanctorum adiecit: quæ taceo ne sim nimius: sed hæc duo ommittere nefas esse duxi. Alterum; Persentiscebatur animo non leuem in hære scrupulum, quòd litterarum occupationum vi, se à solitis pietatis studiis abduci aliquando passus est; quâ pietatis iacturam (etsi alioquin pius esset) agrè ipse ferebat: se tamen dicebat confessionum generalium ac semestrium potissimum conscientia sustentari. Alterum, se ab eo tempore, quo se penè depositâ salute vidit, nullius virtutis internæ palestram, ac exercitationem, quam vel Theologia, vel religiosa disciplina docuerit missam fecisse, vt se ad supremum vitæ diem appararet. Denique generali peccatorum expiatione perfunctus, fratres nostros, qui aderant rogat, sacros Ecclesiæ hymnos cantarent: quibus audiendis tam liquidis voluptatibus affluebat, vt se iam in beatorum spirituum concilio cælestes delibare delicias testaretur: Et verò tanta erat diuinæ gratiæ in eius se pectus superfundentis vis, vt cum aliis ipse concineret, ac bis terque versiculos quosdam

(quòd animum magis afficerent) repeti iuberet: ipse verò interea quasi in alta meditatione demersus hæreret.

R O D V L P H V S

RVSELLVS SCHOL.

Magnis passibus contendebat ad Mornandam illam quam sine grauiore noxâ immaculatam seruauit innocentiam, seu primam gratiam à Baptismi fonte vsque ad extremum. Particulatim duo præter innocentiam illam in eo fuere digna memoriâ: alterum quòd nullam temporis particulam elabi sine fructu sibi sit passus; alterum quòd adeò summum decretum stabilierit de piis rebus loquendi, vt illam destinationem nunquam omninò prudens, & sciens violârit.

Anglus
Leodij. 23.
Oâ. 1634.
ætat. 21.
Societ. 4.

Tempus.
Colloquia.

P. I O A N N E S

ANDREAS MANCONIVS.

Præstans virtute doctrinæque tam in scholis Philosophiæ Theologiæque magister, quam in rectione Pater, ac in pulpitis Ecclesiastes. Consuetam in Paschate (quæ de Christi & Matris occursum celeberrima haberi solet) concionem inchoaturus, cum sibi omnia è memoria excidisse videret; Deiparæ imaginem intuitus, opem ab illa petiit, & ab eadem vocem audiuisse fertur: *Incipe prout potes, quia ego tibi non deero* Mox dixit *surrexit, non est hic*. Et adiecit Iesum sine MARIA non reperiri, tenerè postea flagranterque locutus. Aliàs quoque non semel memoriâ lapsus dicebat ad Virginem: Domina, iuuua me; nec enim scio quid debeo dicere. illa verò interius respondebat: Nunquam tibi defui, nec deero. Cum aliquando sentiret se esse animo tentato perturbatoque, ac pene

Sardus Saffari. 23. Oâ. 1635. ætat. 60. Soc. 40.

B. P.

Conciuent.

ret

Mort.

Tentatio.

Pulchritudo.

B. V.
Castitas.

Mortific.

Confessar.

Crucifixus.
B. V.

Concioner.

ret cordis pacem, quod coram Deo melius compareret, audiuit nomine Dei dicentis: Dic illi; mihi ita placere: neque idem putet se mihi minus bene servire. A Deipara verò illi per aliam quandam nunciatum: Nihil ei detrimenti inde eveniet; sicut nec Paulo id damno fuit, Aliàs cum illi importuna fœminæ cuiuspiam forma obversaretur, & ille anxius animi totus in eo esset ut vinceret, vidisse dicitur Deiparam admirabili pulchritudine gloriosam cum SS. Catharina atque Cæcilia, & inter alia hæc etiam audiuisse: Vide an pulchritudo quæ corrumpitur cum hac possit vllâ ex parte conferri. Flagris, ac variis è laniena, ferro, aliisque ciliciis se quotidie cruciabat. Is qui adfuit cum in morbo nescio quo curaretur, dixit se vidisse ferri particulas eius carni immerfas. Cum Professorum Domui præesset, multas industrias excogitabat ad populum ad Sacramenta pertrahendum, ipse quoque impigritate ad labores par cuilibet, ac multis superior. Pro cuiusdam, cuius conscientiam gubernabat, difficultatibus expediendis apud Deum vnicè dum satageret, illi pro cuius bono tunc laborabat in quiete ostensus est à Sâctis Augustino & Francisco de Paula dicentibus: Vide Confessarium tuum quomodo eat perrupendo difficultates ac pervincendo. Fama fuit, & id narrat, eius vita Hispanicè typis data, visum ab illo Christum è cruce qui Deiparâ suo sanguine aspergebat. De Beatissima Virgine è Sanctorum dictis plurima adnotavit. Per annum integrum de cultu & imitatione Deiparæ dixit ad Novitios; ut cum Institutum amore atque virtute hanc etiam pietatem imbiberent. Domum aliquando reuersus, & festus cum pro quotidiano suo more rosarium recitare cogitaret, magno tædio se deiectum sensit: peruenit se tamen. Et mox Vir-

ginem Deiparam sub Cruce stantem incredibili animi sui sensu vidisse, fertur quasi primum relata de se tædioque illo suo victoriæ. Et aiebat illam sibi ferè sub Cruce apparere consueisse. Pro religiosæ cuiusdam in vocatione constantia oranti Virgo illam sub pallio suo ostendens visa est, ac dicens: Ego semper illius curam geram. Sed vide, Domina, inquit Ioannes, ne referat pedem; Non referet, respondit Virgo. Aliam quampiam, cuius conscientiam gubernabat, videre sibi est visus visitatam à Deipara illi Iesum paruulum offerente. Quidam qui à Societate deficere meditabatur loquebatur cum P. Ioanne spiritus tunc præfecto; sed alia omnia. De hoc Deipara paruulum sinu gerens ex imagine Ioannem signis datis certiore fecit, ne ficto illi fidem adhiberet. Nec multò post ille à Societate abiunctus est. Mortuæ, pro qua celebrabat, animam ferrum vidisse cælum subire lucidiorem sole: pro alia ægra oranti aiunt Deiparam respondisse: Morietur, sed mecum viuet. Cuidam pro Societate oranti ostensus est ingens numerus sociorū (velut militum in exercitu) quos in tenebris lux è cælo in eorum medium affusa ducebat: eorum alij procul à luce, alij vicini magis, alij in ipsa luce visebantur. Atque hos voce de cælo lapsâ intellexit feruentes esse, ac cælestibus impulsibus regi: quos inter vidit P. Manconium, super cuius caput pulcher è cælo suauissimæ lucis radius mittebatur. Aliàs visus est velut volando ire per viam periculi & laqueorum plenam, duobus molossis tererrimis se illi nequicquam opponentibus. Aliàs inter dicendum ad concionem cōspectus est toto vultu collacere, ac ex oculis potissimum lucis radios emibrare; nempe ex illis oculis quorum pudica modestia & lachrymæ erant in deliciis boni Dei. E-

Tentatio.

Feruentes.
Tepidi.

Oculi.

H H h

piscopi

D.V.

Mort.

Mortific.

piscopi fratris sui mortem se absente futuram decimo ante illam anno intellexit: & Romam iter ingressurus, eidem prædixit fore ut deinceps non nisi in cælis alter alterum sit visurus. Nec aliter euenit. Quidam adolescens elarguerat in desiderio ineundæ Societatis, id quod ubi P. Manconius intellexit, securum esse iussit eius confessarium, ei que vnam B. Virginis imaginem (adolescenti illi dandam) dedit: quam ut primum accepit adolescens, illic se toto corde alium sensit; ac Societatem flagranter flagitavit, & impetrauit. Cuidam absenti & vehementer afflictæ præsens adesse visus est vultu Angelico, & inter alia dicens: Quoties tibi dixi, ut tandem te à creaturis expedias? Et illa quieuit. Triduo luctatus est in agone difficili, demone illi auso etiam suggerere ut spem de æterna salute deponeret: sed ille editis altis suspiriis, ad Deum, ad Deum aspirabat. Ante agonem illum rogatus ecquid illi maximo esset solatio in illo articulo: Quod, inquit, nullam consolationem ipse mihi unquam indulerim. Post mortem pluribus argumentis ostensam eius in morte luctam, & victoriam aiunt plures; quæ omnia cum aliis non paucis hic omissis dabit eius vita in annum 1635.

IOANNES

DE SORIA COAD.

Hispanus
Hispani. 23.
Oct. 1647.
ætat. 72.
Societ. 47.
Vocatio.

Cum P. Ferdinandi Nunnez concionem audisset die S. Petro sacra, permotus animo, mercaturam & sponsam (de qua ducenda tunc deliberabat) deseruit, post noctem vnam insomnem ductam inter preces & lachrymas, ut lumen à Deo impetraret in quo videret quod & quâ iter ad æternitatem arriperet. Sponsa se Sanctimonialium cœnobio ac disciplinæ,

ipse Societari se addixit: & tamen laudatè semper nobiscum vixerit, tamen in alium planè virum mutatus videretur atque ad sublimiora charismata mirè accensus anno 1617. quo S. P. Ignatius illum à morbo grauissimo reddidit sanitati. Manè ante alios abrumpebat somnum, & duas horas, tertiam cum aliis, orando ducebat semper de genibus: & si vesperotium suppetere, duas alias horas adiciebat. Nullum diem præterfluere sinebat quin regulis bis quotidie legendis aliquid temporis impenderet. Severo examine introspeciebat in cor. ecquid proficeret; neque dissimulabat si quid laxamenti in se deprehendisset, quin plecteretur inclementer. Voto se obligauit, nunquam se deliberato studio consensurum ut aliquid, faceret quod sciret esse vel veniale peccatum Sacramento penitentia conscientiam expiabat quotidie; Sabbato verò peccata totius hebdomadæ ad aures confessorij deponebat, Christi sanguine abluenda, ut eo magis mundo corde amaret ac videret Deum. Vnde & per frequens erat in SS. Eucharistiæ usu, & aliquando illam quotidie vsurpabat. Deiparæ Virginis solido cultu amandæ per studiosus, & sabbatinâ illâ sui expiatione ac ieiunio feriæ sextæ atque Sabbati non contentus, ad eius festa se arcto panis & aquæ ieiunio, plurimisque precibus præparabat; quotidiano rosario & officio, flagra item ter quotidie repetita adiciens, atque his preces armans, & commendans ad maiorem impetrandi efficacitatem. Variis ciliciis coopertus vexabat corpus, idque nullo die omisso. Aliæ quoque virtutes solidæ atque ad Nouitiorum, apud quos debebat, exemplum per insignes, in eo eluxere quas omnes eximia patientiæ documenta præclare coronabant.

S. P. Ignat.

Oratio.

Lectio.

Confessio
quotid.Sabbat;
B. V.

Mortific.

XXIV. DIE.

XXIV. DIE OCTOBRIS.

P. HIERONYMVS
CARVALIVS.

14. Octob.
Lustanus
Conimbri-
ca. 1604.
ætat. 60.
iter.

Oratio.

Mortific.

B.V.

Purgator.

Taupertas.

ANte initam Societatem cum Ta-
go aduerso nauigaret, ac venti
nauem & omnia permiscerent, in
summa carina solus ille se locari sen-
sit incolumem, aliis inter vortices la-
borantibus. Vitam ergo sic seruata
Deo in Societate transcripsit. Oratio-
ni sex horas dabat quotidie: quotidie
item bis, ter uis secedens, ternis ciliciis
circumdatus, ac genua centies vsque
submitrens. Quendam ad B. Virginis
amorem hortatus, dixit; illam etiam
Purgatorij breuiandi potestatem ha-
bere, suarum apud Deum precum
compendio: idque sibi ab ea ipsa di-
ctum adstruebat. Mæsto enim appa-
ruisse ferunt aliquando B.V. & purga-
torij supplicium formidanti, dixisse,
metum poneret; se enim non solum in
hac vita, sed etiam in purgatorio ge-
mentium aduocatum esse. In eius ve-
ste numerati 90. centones ab illo as-
futi. Cum 45. esset annorum scripsit, si-
bi adhuc vitæ annos quindecim supe-
resse: cum quinquagesimum ætatis an-

num ageret, scripsit se adhuc victu-
rum decennio. Et vixit Per annos 25.
præfuit spiritualibus rebus Conim-
bricæ, peritiâ & exemplo singulari.
Eum Stratus hoc die extinctum as-
firmat. *Mort.*

P. IOANNES
LE SEC.

Charitate, ac zelo præstanti, suum
caput bis in luis discrimen dedit
inter infectos. Silentium, & Christi
Crucem amabat tenerè, deque Chri-
sti cruciatibus non sine voluptate, nec
sine vberibus lachrymis loquebatur,
& audiebat. Deiparam studiosè cole-
bat: frequentissimè illam orabat, vt
cui ipsa ad Societatem aditum ape-
ruisset, illa eidem perseverantiam ob-
tineret. Exercitia inchoaturus, & sibi
suprema fore illa dixit; & illorum fi-
nis extremi morbi illius fuit initium.
In morbo toto nihil vnquam recusa-
uit, nihil petiit. Obiit hoc die; quem
ante triduum sibi extremum fore
dixerat. *Gallus
Rhotoma-
gi. 24. Oct.
1626 ætat.
65. Soc. 47.
Crucifixum.
B.V.
Mortuus.*

XXV. DIE OCTOBRIS.

MAGNVS ANGERER
COAD.

23. Octobris
Germanus
Landspergæ.
1636 ætat.
66. Soc. 38.

Landspergæ per 22. annos magno
impigritatis exemplo, pistor, hor-
tulanus, & omnia, citra vllum la-
borum tedium, citra vllum pietatis

detrimentum, sudorem orationi con-
iunxit. Scribunt Landspergentes, il-
lum pietati sic studuisse, vt cum ma-
nus laboribus occuparentur, Rosa-
rium mordicus ore tenuerit, dentibus
versauerit, linguâ Deiparam salutâr-
râ industriâ. *B.V.
Laboris.*

HHh 2

P. MI.

P. MICHAEL
MONTALTVS.

Italus Nati. 25. Octobris 1637. ætati 39. Soc. 25. B.V.

Pati. Hic tum 14. annos nato in Mariano Caltanissettenſis. noſtri templi. ſacello poſt communionem, videndam ſeſe obiecit, vt fama eſt. Beatiffima Virgo, eique imminentes ærumnas prædixit; adiecit: *ne dubites.*

Mortific. Feſta. In Societate poſtea patiendi & paupertatis amore fuit præcipuus; & ſemper, in id impentus, quomodo proficeret, quomodo ſe ab omni rerum omnium affectu expediret. Ad quod uſus eſt ope Deiparæ: cuius feſtis venturis proximos dies, pane, & aquâ definito ieiunio, noctes piâ peruigilatione colebat, orationi, & lectioni piæ intentus, quo factò dixit Superiori, ſe à Beatiffima Virgine impetraſſe libertatem à quibusdam fluxarum rerum velut laqueolis, quibus illigatum ſe ſentiebat ne acrius ad perfectionem contenderet. In ipſis B. V. feſtis eam, quam charta in cubiculo habebat B. V. imaginem floribus adornabat: vota Societatis, & ſe illi deuouendi formulam inſtaurabat. Atque Panormi quidem cum eſſet ſocius magiſtri, nouitios illo cultu mirum in modum accendit, de illa ita flagranter locutus eſt vt lachrymæ vocem illi abruperint. Per totam æſtatem quotidie, cum flores in horto eſſent, ſertum ex illis texebat, & illo imaginem B. Virginis in ſacello coronabat. Orando fuit potens, & aſſiduus. A Beato Aloyſio perſanatus aliquando, mox à ſcrupulis quoque liber manſit in religioſa, ſed non timida, conſcientiæ teneritate. Dilectus dicebatur Deo & hominibus; tamenſi cum his modicum verſaretur, amans cubuli. Certè in Nerenſi Collegio ubi per 9. meſes concionatus eſt, non erat videre Michaëlem niſi ad Altare, vel in pulpito. A carnibus abſtinebat;

pane cibario ſapè, & aquâ contentus; catenis interea ſe onerans, & ſtagro ferro quotidie humeros lacerans; ac breuis ſomni captandi cauſa non in lecto iacens, verum in ſella pallio obuolutus. Patri qui ægro permultum adſtiterat, moriturus ferreum flagellum donauit; negans quiequam theſaurorum aliud ſe habere.

Mortific.

P. ANTONIVS
DE MATTOS.

Hic alterum Braſiliæ Anchieta. Luſitanus in Braſilia. 25. Octobris. 1645 ætat. 87. Soc. 71.

Mortific. Hic dixerè à morum integritate. In Hollandico carcere per biennium ærumnas paſſus eſt, non ſine opinione ſanctitatis. Cum valeret, noctu ſomnum capiebat ſtans, & baculo innixus vt facilius excitaretur ad inflammatas preces. Sæpè noctu ab inſenſo Dæmone percuſſus, aliàs ab eodem per ſcalas, ſeu gradus præceps actus eſt, ſed illaſus. Nunquam extra cubiculum eſt viſus, niſi cum inde neceſſitas extraxiſſet. Cum Prouinciam, vel ſocios aliàs regeret, reſponſum ad interrogata non prius dabat quàm coniectis in Crucifixum, vel deſixis humi oculis tacuiſſet. Quibusdam preces illius expetentibus, recepit ſe facturum; ſed monuit, vt ad id quod peterent obtinendum ab hoc & illo peccato abſtinerent: cuius peccati areani hætenus, illum finiſſe conſcium ſtupere. Quendam piratas timentem, & ſe mari credere non auſum, monuit, vt quædam pietatis officia obiret; peccata occulta hæc ac illa expiaret, atque cauere; tùm verò ſecurum nauigaturum: atque ita euenit. Iam 86. annos licet natus, nihil tamen omnino amiſit in cibo, vel potu aliud, vel aliter quàm ita vt aliis omnibus præbebatur; nullo etiam ad verrendum cubiculum, aut lectulum componendum adiutore amiſſo, ipſe ſe ipſo contentus.

Mortific.

Oratio.

Oratio.

XXVI. DIE

XXVI. DIE OCTOBRIS.

P. LEONARDVS
KESSELIVS.

26 Octobris
Belga Colo-
nia, 1574.

Vir Zeli magni, prudentiæque et-
iam in aduersis, quæ animarum
causâ sustinuit, vt dixi in eius
vita. Colonienſe Collegium regebat;
cû illum in horto quidpiam legen-
tem stultus quidam repentè cultro es-
cario interfecit: & mox ibidem P. Ni-
colaum Fabrum, & P. Ioannem Rhe-
rium confecit. Hic est ille P. Leonar-
dus Kesselius in S. P. Ignatij vita ce-
lebratus, cui Romam ad S. P. Ignatium
videndum, & alloquendum ve-
nire petenti, se, superstes tunc adhuc,
spectandum dedit S. P. Ignatius. Re-
liqua vide in vita ad annum 1574.

Mort.

P. FRANCISCVS
STRADA.

Hispanus
Toleti, 26.
Oct. 1584.

Consignator.

Concioner.

Adoleſcens à S. P. Ignatio suscep-
tus, anno 1538. mirabilis planè
efficacitatis Ecclesiastes. fuit. Plena
est illo Societatis historia. Ipsæ vrbes
illius concionibus, & plurium exer-
citiis illo dante obitis, alias se ex aliis
videre. Brixie facillè centum adoles-
centes ad Dei seruitutem pellexit.
Nouit illum Italia, Belgium, Gallia,
Lusitania, Hispania. Obſeſſæ sunt ali-
quando viæ dum è loco alio in alium
commigraret. Salmanticæ grauem
tempeſtatem ſedauit, & ſupra centum
capita. permouit ad Chriſti veſtigia in
religioſis familiis conſectanda. Mo-
dicum dormiebat: & expertus eſt ſibi
dormienti à Deo inſuſam tantam ho-
miliarum S. Ioannis Chryſoſtomi pe-

ritiam, vt illo licet antea nunquam
lecto ita concionaretur, atque ſi illius
diligentiſſimè peruoluſſet. Ioannes
Correra totam illius concionem ſe-
mel ab illo auditam, ad verbum re-
petiit, & ſic Societatem obtinuit, in
illa poſtea Cuſtodis Angeli familia-
ritate inſignis. Deſtinatis temporibus,
ter ſe quotidie flagello inclementer
accipiebat; primò pro illis animabus
quæ in Purgatorio pœnas luunt; de-
inde pro ijs qui in mortali peccato
hærent; denique pro Eccleſia vniuer-
ſa. Inde illi puram ſemper Virginita-
tis gloriâ conſtituiſſe firma opinio
eſt. Quidam à Deipara vt creditur,
ad illum ſunt miſſi, & iuſſi agere id
quod ille ſuaderet. Roganti P. Riba-
dencira, vnde illi eſſet ea vis in di-
cendo, ingenuè reſpondit; ſibi inter
dicendum radium quendam & im-
pulſum illabi cœlitus, quo totus præ-
cordiis intimis commoueretur.

Mortif.

B. 72.

P. ANTONIVS
DE SOVSA.

Anno 1609. in Indiam profeſtus,
Malacæ pro Iaponia procurato-
rem egit; exilium quoque perpeſſus.
Aqua in os inſuſa, poſtea ſolſa ſuſ-
pendii torque tormento cruciatus, pe-
pendit capite deorſum prono in odiũ
fidei appenſus 18. Octobris: & ab illo
die legitime certauit fortis in fide;
atque hoc demum die agonis felicis
gloriâ conſummauit.

Lufitanus.
Nangala-
chi. 26. Oct.
1633. ætat.
45. Soc. 30.

Fides.

H H h 3

XXVII.

XXVII. DIE OCTOBRIS.

P. P E T R V S .

BELLIDVS.

27 Octobris
Hispanus
Valentia.
1015. ætat.
73. Soc. 55.

Campana.

Horific.

Oratio.

Crucifixus.

IN Aragonia natus, loco cui Ebro
est nomen, celebraturque à cam-
pana mirabili quæ suo impulsu ipsa
vtrò sonum edens calamitatum plu-
rium vates fuit. In ætate adhuc tene-
ra templi fornitem conscendebat, &
ad singulas quibus rectum fulcitur co-
lumnas vnâ Sancti cuiuspiam ima-
ginem affigebat. Mox nudatus, istic
Stationes, quas vocant, celebrabat,
sefe flagellans ad singulas. In Socie-
tate, nunquam cilicium dimisit, etiam
70. annos natus: cædebat verò se vs-
que ad sanguinem. Cibis aquam, sa-
lem; vel cinerem aspergebat, vt gu-
lam vexaret. Potus illius fuit ferè
aqua: & ieiuniorum diebus vesperi
nulla collatio. Oculos nunquā erexit,
nisi necessitas imperaret: ad focum
vt accederet, nullo frigore adigi po-
tuit. Morbis pluribus obnoxius, mor-
tuo fuit quàm viuo similior; altero
oculo illi semper humido, & fluente.
Nunquam ab æquali suo tenore dif-
cedebat, quicquid mali, etiam inopi-
nanter, accideret. Duabus horis ora-
bat ante alios manè; vnâ cum aliis:
Vesperi verò tot horis quot poterat,
saluâ obedientiæ lege atque officij.
Orationem à Christi cruciatibus in-
choabat, mox ad attributa Deitatis
mentem erigens, & voluntatem suam
diuinæ voluntati mactans in holocau-
stum. Etiam interdum in oratione ab-
sorptus aliquando cubiculum non in-
ueniebat. Ad quemcunque in Sacra-
mento pœnitentiæ audiendum voca-
retur, ibat non minùs quàm si ab An-

gelo, Dei nomine, vocaretur. Visus
est aliquando ab oratione prodire ore
toto radiis illustri. Mirâ circa fidei
mysteria luce in corde perfundebatur.
Fiduciâ in orando fuit insigni. Cæsar-
augusta cum ægræ obstinata con-
fessionem suaderet, nec persuaderet,
cum socio se in preces dedit semel ac
iterum; adeòque noctem illam totam
peruigilatione sollicitâ egit orans vs-
que ad diluculum. Ægra mox con-
fessa, consanuit, & SS. Sacramento in
templo refecta est. Pro nobili quodam
viro dum oraret, videre sibi visus est
nigrum quendam, cuius manus altera
descendebat ad terram, altera surri-
gebatur ad cælum. Et vox aiebat:
Admone hominem pro quo oras, vt
se ex sua parte disponat per emenda-
tionem vitæ, & faciendo aliquid Dei
causâ, si vult obtinere quod petit.
Monitus ille à Petro paruit, & obti-
nuit plus quàm optârat. Maria Mon-
tero benè licet inchoârit, descivit ta-
men postea, seducta à spiritu vanita-
tis. Dicebat se habere campanam à
S. Antonio sibi datam contra dæmo-
nes à quibus affligi se querebatur. Fin-
gebat se rapi: ficto sanguine velut è
capite manante, dicebat sudore san-
guineo se madere: bombycem odo-
ratis succis implebas, & ori impone-
bat; vt odor ille de ore illius fragrare
videretur. Mentiebatur & Christi, ac
S. Francisci stigmata, è quibus arte
malâ sanguis manans credulis impo-
nebat. P. Bellidus, Archiepiscopi iussu
illam diu examinavit, fraudes detexit
eam conuertit. P. Augustinum Bernal
quodam die vesperi monuit, vt B. V.
rosarium recitaret; meminissetque se
illo die illius recitandi fuisse oblitum.
ad

Oratio.

Charitas.

B. V.

id quod ita se habere factus est Augustinus. Alium Patrem dimidiâ post octauam vespertinam horâ monuit ut Completorium recitaret eo die oblivione omissum. Ita esse rem deprehendit latus alter, & Officium executus, rogavit Petrum, unde id haberet. at ille sermonem aliô vertit. Ex vero prædixit fœminæ cuidam, filios parituram, quorum tres Societati nomen essent daturi: discedenti 8. Augusti anno 1615. agro Coadiutori Ludouico Puyol disertè affirmavit statim ac Barcinonem appelleret, conualiturum. Vtrumque evenit. Eundem rogavit ut ubi primum per iter Marianum Serrati montem videret, illius nomine ter *Salve Regina* pronuntiaret pro felici morte. Sibi enim per paucos vitæ dies adhuc superesse: & post trimestre decessit. Coadiutorum quidam vidit illum è lecto extractum, raptatum, pessimè habitum; cui respondit Petrus: Nihil id esse: optare quidem dæmones ne illo die sacris operaretur; sed nihil evicturos. Alias ejdem illum suffocare tentabant, vestigiis quoque in collo inclinato & nonnihil obtorto relicto. Bis à procacissimis fœminis oblatum sibi turpe facinus fugâ evasit; & ingenuo rubore factus est, nihil se tunc, aut aliàs pensavisse quod esset à renerrimæ integritatis legibus alienum. Ministri, ac Procuratoris officia diligenter exercuit, sancti nomine appellatus. Et erant qui eius nomen aliud ignorabant hoc solo contenti. Nullius unquam legis violatæ reum illum vidit ullus. Triduo ante mortem Crucifixi imaginem coram se collocari petiit, & dixit se ab illa dona singularia consecutum; eamque sibi locutam fuisse in varia occasione non semel. Dolores ingentes tanto animo, quiete, ac lætitiâ toleravit, ut cœperit subtimere, ac quid illusionis eâ in re fortè lateret.

Sub mortem dicente quodam: *Sursum corda* respondit: Iam est ibi. Fuit in Hispania tunc persona virtutis eximie famâ nobilis, cui S. P. Ignatius visus est Angelis cinctus sapius, & quadam vice cum SS. IESU nomine intra pectus in corde aureis literis exarato. Hæc in octava SS. Sacramenti in templo Deum supplex rogavit; num nostri omnes, qui istic essent, salvi futuri essent, & audivisse ferunt: Omnes qui hîc sunt salvabuntur. Interroganti; an cum purgatorio? Respondit Deus: Aliquos ituros ad breve purgatorium: tres tamen (quos intèr nominabat P. Bellidum) se sinè vlllo purgatorio ad gloriam deducturum. Hæc sibi Bellidus cum sub mortem audiret à Superiore narrari, respondit: Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, &c. Et deum decessit felix.

P. G VILIELMVS

BAILIVS.

Cum domi esset hilaris, atque suavissimus, nunquam tamen vlllo ioco quenquam perstrinxit: & foris totus fuit compositus ad seria. Cum hærenicis vi, & efficacitate mirabili conferebat, adeò ut eos quibus cum ageret, vel omnes vel ferè omnes ad fidem adduceret. Santonas in fide orthodoxa ita iuivit, ut iam inde à S. Eutropio illorum Apostolo vix vllus illo impensius id feliciusque præstiterit. Vnde nonnulli illi acceptum referunt Collegium Santonense, imò & Pictauiense. Ad aliquos ad bonam mortem comparandos exiturus domo, pro felici rei successu prius inelenter se cædebat, idemque agebat prius quàm è pulpito diceret ad concionem: ad quam non ascendebat nisi cinctus cilicio & linguâ per aquam lustralem.

Gallus Burgalæ. 27.
Oct. 1610.
ætat. 63.
Societ. 43.

Fides.

Zelus.

Mortific.

Concio.

stralem expiata. In Sacro manu diuinam Hostiam tenens; Da mihi, aiebat, Domine IESV, animas pro quibus victima factus es salutaris.

P. IACOBVS

BOSGRAVIUS.

Anglus Calistij. 27. Oct. 1613 aetat. 70. Soc 50.

Religionis Catholicæ odio ab Anglicis captus quæstioni subiectus, in catasta extensus, & cruciatus, ac in

exilium pulsus est. In Polonia mirum zeli documentum edidit, quod per ipsos 20. annos ad pauperes in Xenodochio Polonicè dicturus, conciones ad verbum memorie mandavit è scripto. Fetià sextâ à 20. annis ab omni penitus cibo potuque abstinuit usque ad mortem, quam obiit fetià sextâ, quam inedia illius constantiâ tam perseveranter honorauerat amore Crucifixi.

Zelus.

Fer. vi.

Mortific.

XXVIII. DIE OCTOBRIS.

P. FRANCISCVS P. FRANCISCVS

LOPEZ.

BAZANVS.

28 Octobris Lusitanus ad Goam. 1568.

Fides.

Anno 1556. Indiam ingressus, ibi ad annum usque 1568. impigritate insigni sudavit pro Evangelio Christi: quo demum anno cum Cocino Goam nauigaret, à Mauris Christianæ fidei perinsensis comprehensus, & pro Christianorum Sacerdote agnitus, rogatusque num Mahometum sequi veller, cum id magno animo ac voce negans execraretur, postea quàm cum illo multis tam blandè quàm minaciter est actum, ille luculenter iterum vitam prius & potius quàm fidem à se deserendam testatus est: atque eapropter hasta illi altè in pectus, & illa adacta est; tum acinace fissum caput, & corpus in mare projectum. Fuit Franciscus, vir ab animarum in salutem asserendarum desiderio planè impigro, ac disciplinæ religiose curatiùs obseruandæ amore insignitè laudatus.

Hic è clara Marchionum S. Crucis Domo natus Philosophiæ, ac postea biennio Pontificio iuri operam dedit. Verùm & familiæ splendorem, & ingenium, ac studia in Societate occultens, sub Francisci Arana nomine delituit per quinque annos inter labores domesticos, sedulus, & modestissimus Coadiutor. Re postea compertâ studiis restitutus, benè multum profecit. B. Borgiæ suasu Sanctissimæ Synaxim per anni vnus interuallum quoties percipiebat eò referebat, ut voluntatem Dei exquireret in Indijs adeundis. In naui quâ in Indiam vehabatur suâ fame alebat egenos: ægris assiduus ministrabat, rudes erudiebat, denique inter 300. milites ac reliquos vectores religiosæ cuiusdam tranquillitatis pietatisque speciem induxit. Semper de se infimè sentiebat, in id intentus, ut sese planè se ipso exueret. Indos verò se petere aiebat, ut experimento tentaret num arbor inutilis eo transposita aliquid fortè allatura sit boni fructus.

Hispanus Mexici. 28. Oct. 1572. Societ. 14.

Humil.

Enchat.

Charitas.

P. GEOR-

P. GEORGIVS

VALIER, &

P. FRANCISCVS

ROSILLVS.

Hispani in
mari. 28.
Oct. 1596.

Crucifixus.

Lun.

Hispanus
Cordubæ.
28. Octobris
1611. ætat.
84 Soc. 1.Pasio Chri-
sti.

Cum exercitu Martini de Padilla in Angliam navigare iussi, coortâ noctu horridâ tempestate dum pro sua & sociorum salute omnia agunt quæ præsens mortis certæ periculum poscebat, dum omnes expiant, dum Crucifixi Christi simulacrû ostentant, circumferunt, & animarum saluti consulunt, inter sacra IESV MARIÆ nomina, naufragio hauriuntur. Testati sunt qui è naufragio illo variâ industriâ euasere, quod cum nox illa tam densis tenebris fuerit cæca, ut alter alterum videre nequaquam potuerit, Patrum tamen Georgij & Francisci facies, & crucifixos quos manibus gestabant veluti salutis æternæ tesseras, tam distinctè, tam clarè ab omnibus fuisse visos, quasi res in meridie gereretur, vtriusque vultu, & vtraque Crucifixi effigie velut ad solis affusi radios inter cæcas illas tenebras colucente. Ita ij qui tristi naufragio superstitès id se oculis vserpasse persanctè affirmare.

ALPHONSVS

DE LA BARRERA COAD.

Seruiuit Societati variis in domicilijs in veste Donati, ut vocant, per annos plus quàm quinquaginta, per insigni virtutum exemplo; ob quas Societate receptus est extremâ ætate. in Syncerus illi animus, & charitas effusa in omnes. Christi cruciatus erant pascua cordis illius, inter tor-

rentes lachrymarum vi magnâ manantium. Nocte intempestâ ingenti cruce in humeros sublatâ stationes obibat spinis coronatus. Nihil sibi parcebat, quin assidue oraret, nihil tamen interea laboris omitteret.

P. LÆVINVS

WOVTERS.

IN Hollandia cum præclare ageret, Ministelli hæretici fraude in carcerem ac ergastulum fœdum detrusus, biennio istic ærumnas, calumnias, & scommata perpassus est. Inde liber plenus charitate satagebat pro omnibus vsque ad mortem quam obiit in obsequiis peste tactorum: inter quos illum dum refert Alegambe, ait; illum tam familiari Deiparam studio venerari consuesse, ut imbrem aliquando in itinere suo sui que comitis Nouitij capitibus imminentem, recitatis B. V. Litaniis tantisper suspendisse, dum viæ metam tetigissent, fama sit.

IOANNES

BAPTISTA COAD.

E Diuite in India mercatore, humilis Christi seruus factus, mirificè se subigebat ut iram peruinceret; id quod felicissimè perfecit. Etiam cum alia foris ageret, intus habitabat in conspectu Dei. Videbar in triclinio, cum mensæ inter alios accumberet, Christum cum 12. Apostolis velut in cœna vltima. Si quid tenuissimæ noxæ committeret, Christus illum eo solatio mox priuabat, sese abscondens, iterumque more consueto reuersus post vnam, & alteram sui victoriam in occasione luculenta, vbi verbis, imò & pugnis incessabatur,

I I i &

Belga An-
uerpiæ. 28.
Oct. 1625.
æt. 55.
Societ. 36.
Fides
B. V.Hibernus
Manilæ. 28.
Oct. 1630.
æt. 48.
De alio Io-
ne Bapt. Vi-
de 4. Dec.
Oratio.

Mensa.

Venialia.

Humil.

& pedibus calcabatur, per plures dies liquidâ è cælo voluptate se perfundi sensit; & integro triduo Christi aspectu est recreatus, ac incredibili pietate accensus. Quotidie se, & quidem nonnunquam iteratò, flagellabat, linguæ quoque custodiendæ permultum attentus. Cum singulari quadam laude silentij.

Mortific.

Lingua.

MAG. GVILIELMVS

ASSELIERS.

Belga Alo
sti. 18. Oct.
1632. ætat.
26. Soc. 6.

Vocatio.
Eucharist.

Hic maluit mori quàm Deo offenso vivere imò quàm vel esse in periculo Dei offendendi. Etenim cum duos è Societate inter se conferret ægrum alterum è variolis, miserè laborantem, & alterum qui è Societate discessum moliebatur, repentino æstu animi sese ad SS. Eucharistiæ Sacramentum contulit, & ibi supplex impensè flagitavit morbum hunc, & ex illo mortem potius quàm vt vnquam à Societate discederet. Impetravit:

etenim breui variolis obrutus, eo morbo è medio sublatus est morte optatâ.

P. MATTHÆVS

COVROS.

ANno 1586. Indiam cum lachrymis à moderatoribus impetravit, & sudore magno coluit. Præfuit in Iaponia domiciliis, atque Prouinciis; ac miris modis exploratores non semel euasit, velut perpetuo quodam martyrij rudimento in syluis, in stabulo, ac vbi vbi latebræ dabantur, latens; vt animarum saluti adesset. Aliquando in specu sub terra per octo menses delituit. Aliàs per arctum elapsus est: & ne deprehenderetur, repetito S. Felicis Nolani miraculo fecit Deus telam suam repente istic prætexente araneo. Propè Iuximam in quodam tugurio in pace obdormiuit, ærumnis confectus, & mortem flammis illustrem desiderio solo complexus.

Lufitante
in Iaponia.
28. Octobris
1633. ætat.
61. Soc. 50.
Fides.

Aranee
la.

XXX. DIE OCTOBRIS.

P. IOANNES

SYLVORSTIVS.

hæretici ad Catholicos seducendos. In periculis dicebat Deo magnâ fiduciâ. *Tuus sum ego: saluum me fac.*

30. Octobris
Belga Mo-
guntiz.
1610 ætat.
35. Soc. 18.

Fides.

Groeningæ Catholicis operam præclaram præstitit magnis laboribus, concursationibus, fructu. Ab hæreticis in vincula capropter rapiebatur, cum viso eminus carcere humi proiectus in genua gratias Deo retulit pro tanto honore. In carcere Commentariensis vxorem, & filiam orthodoxis adiunxit; & pro tribunali egregiè respondit se non minùs ausum istuc venire ad hæreticos conuertendos, quàm sint ausi Antuerpiam ire

P. FRANCISCVS

FARSIA.

Licenter foris viuentem Francis- cum obuius è SS. Sacramento (quod forte portabatur) erumpens raptus penetravit, ac alium ex alio fecit; vnde suo exemplo ad frugem plures, reduxit. Perpetuus fuit postea in communione spiritali quotidie sæpissimè frequentanda. Sapor quidam odorque

Italus Cal-
tagironz.
30. Octob.
1622.

Euchar.

dorquē celestis ē SS. Sacramento, & iis, quæ circa illud sunt ac ex ore communicantium erumpens illum recreabant. Coram eodem Sacramento gemmis undique adornato cum oraret, Christum rogavit, ut suas lachrymas instar ornamenti accipere dignaretur: semihoræ spacio vidisse fertur Sacramentum crystallino quodam splendore circumdatum. Cum diuina hostiā à Sacerdote eleuaretur, vidit illam ad cælum vsque porrectam: vbi SSS. Trinitas in ea se collocabat instar trium ramorum vno trunco hærentium. Itinera pedes faciebat. Extremā febri æstuans & ab itinere tunc recens, repertus est cinctus ciliciis, & catenis.

*Lachryma.
Sacrum.*

*SSS. Trinit.
Mortific.*

P. GEORGIUS
KALDI.

*Hungarus
Posonij. 30.
Oct. 1634.
ætat. 62.
Soc. 36.*

Acris eloquentiæ, ac virtutis vir, Latinè Viennæ ad Academicos, aliquando Italicè, tum Hungaricè passim in Hungaria doctrinā, spiritum, efficacitatem magnā dixit intrepidus, & negligens respectum humanorum. Nouitiorum magister cum esset, Brunā primus Leobium duxit Nouitiorum coloniam. Et vixit semper ita ut magistrum Nouitiorum decet accuratione disciplinæ quā maximā cu-

rā silentij legumque singularum: adeo ut passim diceretur; illum manē omnino nunquam in lecto, vesperi nunquam extra lectum repertum à visitatoribus ad id more solito destinatis. Circa Biblia mirum est quantum laboris impenderit ne Hungari hæretica legere cogerentur. Et alia plura scripsit. Gabrielem Berlethemum Transylvaniæ Principem tunc victoriis insolentem palam Tyrnaviæ corripuerat quod tot millia Christianorum Turcis prodidisset. Eapropter extrema illi timebantur. At ex eā libertate honorem ab eo retulit & subsidium ad suos libros typis edendos. Petrus Cardin. Pazmanus affirmatē dixit; ex omni ordine Ecclesiastico, Religiosoque, illum nulli secundum toto Hungariæ Regno esse: parem illi haud faciliè repertum iri. Quā magno exemplo, tam forti, nec parcere, vel dissimulare volente acrimoniā, pro regulis tuendis erat totus cum Rector præfesset. Cum Posoniensis in Vngaria Collegij Fabrica surgeret, miro & demissionis, & impigritatis exemplo se ad labores demittebat. Semper in se fuit durissimus, & nullius vel spei vel metus obtentu rectus, ardens, ac serius. Magnā lectione, insignem affectus eruditionem præter labores Bibliis impensos edidit etiam alia, de quibus in Bibliotheca scriptorum,

Fidetur.

XXXI. DIE OCTOBRIS.

P. IOANNES
AGVERRI.

*31. Octobris
Hispanus
Barcinone,
591.
Fider.*

Maurum mancipium Christus, & augustissima Christi Mater ad P. Ioannem Aguerrium ire iussere, ab eo instruendum, & Sacra-

mento Baptismi lustrandum. Cum anxius animi scrupulis miserè vexaretur, Christus in Sacro illum benigno amplexu solatus est. Scrupulis agebatur. Mors tamen quicquid excepit vitam ductam in anxietate perpetuā, tranquillūque in pace bona composuit.

*Christus.
B.V.*

*Scrupuli.
Sacrum.*

DOMINICVS

COLINVS COAD.

Hibernus
Corcagiæ.
31. Octobris
1604. ætat.
35. Soc. 4.

Fides.

Calum.

CLaro apud Hibernos ortu natus, contra sectarios centurio in Gallia militauit, factus in Hispania postea dux classarius per annos octo; semper & miles bonus, & vir frugi. In Societatem receptus, ex Hispania in Hiberniam proficisci iussus, ibi ab hæreticis captus, pro tribunali in veste Societatis comparuit, nisi spes minasque moratus, quibus *ut à fide Catholica deficeret* vrgebatur: ac illos etiam execratus, qui submissi clam suadebant *ut fidem Catholicam tantisper dissimulante obtegeret*. Ad suspendium damnandus, in carcere dira subiit tormenta, quibus in illum sæuitum est; donec 31. Octobris in veste Societatis, reuinctis post tergum manibus, laqueo è collo pendente ductus, sub patibulo se demisit in genua & orauit. E scalis Catholicis author fuit, grauissimè admonens, ne se spe, metu, alijsuè hæreticorum fraudibus interuerit, atque à recto seduci sinerent. *Suspiciate, inquiebat, in calum; & priscam fidem quam præclari maiores vestri sunt professi, non degeneres, perseueranter conseruate; pro qua & ego nunc, ut videtis, mortem oppeto*. Mox deturbatus pendit, & carnificatus est. Aiebant Catholici, eum à Deo etiam miraculis honoratum.

ALPHONSVS

RODRIGVEZ COAD.

Hispanus
Maioricæ.
31. Octobris
1617. ætat.
86 Soc. 47.
B. V.

ANte initam Societatem cum B. V. Rosarium recitaret, videbatur sibi ad singulas orationes Dominicas offerre Deiparæ rosam rubram, ad angelicas rosam albam. Die B. V. as-

sumptæ mysterij illius triumphum in Cælo spectare sibi visus est, seque à B. Virgine (quam Angelus Custos, & S. Franciscus stipabant) æterno Patri amanter sisti. Vidit alias aues terribilissimas à Columba Iesv nomine insignitâ profligatas: vnde intellexit se in Societate aduersa omnia Iesv nomine superaturum, id quod in Societate luculenter est expertus. Audiuisse dicitur aliquando dicentem Deiparam: Ego te amo, fili mi Alphonsè. Ianitor factus Christum sæpè cum B. Virgine & Angelis venientem accepit. P. Ioannem Aguirre, cum scrupulis angerebatur, vidit à Christo suauissimis amplexibus & osculis recreari. Post communionem nunc Christum nunc B. Virginem sibi adstantem videre sibi videbatur. Timentine hisce deciperetur, Beatissima Virgo adfuit, & dixit: quin mihi credis, fili? Super aspidem, & basiliscum ambulabis &c. & Angelos cantare iussit; *Quoniam in me sperauit, liberabo eum*. Aliquando Beatissima Virgo cum illo agens, cum interea signum domesticum ad examen daretur, illum ad examen faciendum dimisit. In examine singularem horarum, Sanctos ad illarum examen benè instituendum inuocabat; nec vllam horam abire sinebat quâ, non aliquid in honorem B. Virginis præstitisset: si tunc non licebat, horâ proximâ compensabat. Ad mensam dixit B. Virgini aliquando: ô si ego dignus essem videre te aliquando in cælo! Et illa illi mox præsens; Alphonsè, ait, videbis me in Cælo. Eius ope spinam gulæ aliquando hærentem excussit. Aliquando illi summis doloribus cruciatus, seque Deo deuouenti, adfuit Christus & B. V. ut fama est, vultu totum cubiculum illustrantes. Hi ad pedes lectuli consedere eumque solati, persanauere; sed euauere cum cubiculum quispiam aperiret, ut videres

Ang. Custos.
S. Francisc.Tentationis.
B. V.

B. V.

B. V.
Examen.

Sancti.

B. V.

Hera.

B. V.

Mensa.

Mensa.

videret quocum ille tunc loqueretur. Sic illi tentationes, etiam acerbissimæ, postea in cælestes delicias sunt commutatae. Anno 1614. initio Ianuarij per dies aliquot videbatur sibi inter IESUM, & MARIAM habitare in splendoribus Sanctorum; quorum choros in Cælo diu spectauit, ad eum ut Sanctos alios ab aliis discerneret. Morsus aliquando inter recitandum Rosarium, Sancta MARIA, inquit, Mater Dei, memento mei! Et ecce venientem illam e Cælo visam à se dixit, quæ omnem illi morotem absterferit. Alias inter rosarium recitandum videre sibi visus est Christum in suo corde, Matrem verò Christi propè se assistentem. Dirè se flagellabat; ieiunabat, cruciabat, paupertatem & patientiâ, ac vtriusque exercendæ occasiones quærebat. Per annos 30. salem cibo non adhibuit. Piâ simplicitate dixit aliquando: ô Mater Dei, si tantum me amares quantum ego te amo, quàm foelix essem! Respondisse autunt tunc Beatissimam Virginem: Falleris, mi Alphonse: nam ego te plus amo quàm tu me ames. Alias: Quàm te amo, Alphonse fili mi! Ne time: Ego verum tuarum singularem curam & patrocinium habeo. Alias, foris, cum Patris cuiuspiam comes esset ac sudore lachrymisque inter orandum perflueret, B. Virgo adfuisse illi creditur, & sudorem lachrymarumque absterxisse. Quos Deiparæ commendabat, illis multa ab ea obtinebat. Quæ prædixit, & alia de illo mira dabuntur in vita.

P. ANTONIVS
HVRTADVS.

Hispanus
Granata.
31. Octobris
1630. ætat.
46. Soc. 9.

Primo rationis usu, seu lumine semper in omnes diuinæ gratiæ conseruandæ artes feliciter intentus, septimo ætatis anno Mexici (natali

solo) fuit virtutis exemplum ætatis cuiusvis. In Societate, suauissimos cælestis flammæ ignes fouebat pectore diuini amoris pleno, ita ut etiam in eo Adam visus fuerit non peccasse. Ad eum immaculata illi semper fuit mens à sordibus, ne quidem cogitationi obiectis. Precandj studio flagrabat vnicè, atque illud ad duas tresue horas extendebat, eo ferè orandi modo vsus quo affectum in Deum inflammaret, atque ad illum ardore igneo suspiraret per allocutiones perpetuas. Inde illi ad opitulandum aliis calor suavis, ac efficax; & vix alias ferè sermo, nisi de artibus plurimos ad Deum adducendi. Si quem in statu non bono esse rescisceret, non dabat quietem oculis suis, etiam nocte in tempestâ pro illo lachrymis precibusque fundendis intentus. Vnde plures Deo miris modis lucratus est. Fœmina quæpiam à perduto vitæ genere ad castam frugem rediit, cum videret sibi ea euenisse quæ minatus illi prædixerat P. Antonius. De sua morte, tanquam de re sibi vndeque exploratâ & felicissimâ, loquebatur. Ipso quo tumultus est die, euidam, ut fama est, videri est visus, & gratias amplissimas reddere pro ijs quæ ipsi diu ægro impenderat officiis Charitatis.

P. RAPHAEL
DE PEREIRA.

Hispanus
Hispani. 31.
Oct. 1650.
ætat. 56.
Soc. 40.
Vocatus.
Humilis
Scholas.

Hispani, nobili & opibus lautâ domo natus, pueritiam insigni cum exemplo egit, auditus identidem dicere: Fieri potest, quod sit quisquam mortalium qui offendant Deum? Per Nuncium Apostolicum, & per omnes quas reperire poterant artes egere parentes ut ne se Societati addiceret: at ille periclitatus cuncta constanter. In Societate totum se humilitati dedit:

III 3

Scholas Grammaticæ docuit per annos 36. & quidem Hispali natali vrbe per annos 34. Vnde ex illius disciplina tot Religiosi, tot Ecclesiastici, tot clari Proceres, ac ciues se profectos gloriantur. Onera humeris circumferre, de se abiectè loqui, infra omnes haberi velle, stipem ad subleuandam egestatem domesticam corrogare, in cubiculo, veste, omnibus paupertati quàm religiosissimè studere illi perpetuum fuit. Vnde illi magna apud omnes authoritas; & magna omnium

liberalitas erga illum. Aiunt ab illo quotannis pro Collegio multis aduersis presso facillè mille ducatos, vt vocant, mendicato collectos. A suorum splendore ostentando tam fuit alienus, vt cum soror aliquando per urbem illi fortè obuia loqui cuperet, currumque sisteret; ipse præterierit, cum diceret; exempli interesse ita facere: cum non totâ vrbe sit notum, fratrem cum sorore colloqui in platea. Fœminas *Castitæ* enim quantum poterat fugiebat, etiam confidentes.



NOVEMB.

MENSIS NOVEMBER.

PRIMO DIE.

P. IOANNES

DE ATIENCA.

1. Nouemb.
Hispanus
Limæ. 1592.
ætat. 50.
Societ. 32.



Inspiratio-
nis.

Zelus.

S. P. Ignat.

Nter orandum ar-
dentiùs Vallisoleti in-
dum suis humeris in-
fidentem sentire sibi
est visus (sicut olim
Xaverius) qui Ioanni
dicebat identidem: *Veni, & iuua me;*
Veni, & iuua me, id quod apud Perua-
nos fecit postea vtiliter, magno ani-
mo, charitate, prudentiâ, quâ diffi-
cillima quæque ad optatum finem
vrgebat, Deiparâ insignitè cultâ for-
tior, atque felicior. Sociis prædixit,
multos eorum superstites fore cum P.
Ignatius ab Ecclesiâ Beati, & postea
Sancti titulo gloriosus coletur. Ita
factum.

P. PETRVS PAVLVS

NAVARRVS, & DVÒ SOCII.

Italus Xi-
mabaræ.
1. Nouemb.
1622. ætat.
62.

Zelus.

Præparatio
ad mortem.

A Nno 1584. in Indiam, inde in Ia-
poniam penetravit: vbi cum pro
fide libris & concionibus multum,
varieque satageret, extorris è Iaponia,
eodem clam rediit ignotâ veste, nu-
dipes; noctu ad Christianos adiuvan-
dos tacitè cuncta perreptans. In fouea
latuit per plures dies, à Deo istic mi-
rifice recreatus. Socios rexit chari-
tate morem communem supergressâ.
Pro morte (quam flammis absumptus
obiit gloriosam) se parans, generalem
confessionem, & S. P. Ignatij Exerci-

tia ei præmisit: orandi assiduitatem
intendit, eique alterum tantum adie-
cit: cilicium nunquam deposuit, sin-
gulis noctibus acerrimè se verberans,
hebdomadâ totâ ieiunans, & in ipsis
quoque carceribus Christum prædi-
cans, pluresque baptizans. Totas ali-
quâdo noctes dedit MARIANO P. Spi-
nelli throno, seu libro in linguam
vernaculam transferendo, quem et-
iam feliciter deduxit ad finem: vt istic
Deiparæ gloria propagaretur. Primo
die Nouembris (tum adhuc incon-
scius eum diem sibi supremum esse in
hac vita) sacrificauit lachrymis af-
fluenter effusis, & ad 26. Christianos
tanto sensu dixit, vt omnes largo fle-
tu maduerint. Allata mortis sententia
hæc erat: *Xocum Imperator Iaponie Pa-
trem damnatum iubet vinum comburi,
quod remanserit in Iaponia, iussus excede-
re; & contra Regis edicta, qua prohibent
Christi legem vulgari, eam disseminauit.*
Rosario è collo pendente, velut tor-
quatus, lætus ibat ad mortem, Sociis
præcincens litanias. Palo alligatus, cum
inter flammæ IESVM & MARIAM in-
geminare audiretur, concidit. Cili-
cium etiam in corpore mortui est re-
pertum. Organtinus Tanxu in carce-
re odio fidei vinctus, biennio postea P.
Petrum Paulum vidit in amœno loco
splendentem; & se quoque ad illum lo-
cum breui peruenturum audiuit: id
quod factum, cum haud multò post
eadem de causa combustus est.

*Dionysius Fugixima, &
Petrus Onizucca.*

Hi duo Iapones de Societate, cum
tertio

B. V.

Sacrum
ultimum.

B. V.

Litania.

Calum.

tertio quodam externo, Patris Petri Pauli Socij suere vsque ad mortem in flammis adeptam. Cumque ad illam animo hilari irent, litanias cum eo cecinere.

P. CLAUDIVS

A S. COLVMBIA.

Gallus ad
Biterras. 1.
Nou. 1619.

Consultor.
Christus.

Euchar.

Sacrum.

ÆTas senectutis, vita immaculata etiam in adolescente Claudio enitescens pudicos oculos delectabat. Alii enim oculis placere quam noller, ostendit, quando impudentis mulierculæ illecebras repulit casto contemptu. Societati adscripeus, ut conceptum in tyrocinio calorem seruariet in studiis, Christum consulebat, ad eum de singulis referebat. Inde illi mirum, & mansuetum silentium, etiam conuitiis aliquando laceffito: inde lingua in freno; ut nunquam, presentem aut absentem vllum vel verbulo vlllo laederet.

Sacris initiatus, singulis propè horis visebat Christum in sacello domestico: etiam noctes ibi magnâ ex parte nonnunquam ducebat insomnes. Quis det, aiebat cum lobo de carnibus eius ut saturemur? Et cum S. Chrysostomo: Vnus sit nobis dolor hac esca priuari. Vnde cum aliquando se sacris operari non posse videret, eo die communionem (quâ spirituales vocant) centies repetitâ damnum compensare conatus est. Ut suo ardori aliquando indulgeret, cum pio quopiam ministro in sacellum domesticum secedebat, & ibi diuino sacrificio celebrando horam vnâ & alteram impendebat. Ad illas verò Christi de-

licias animum preparabat, exomologesi quotidianâ, eâque aliquando iterum, ac tertio, non sine lachrymis, repetitâ; & egregiâ corporis afflictatione. Ignitum erat eius eloquium vehementer. paucis verbis lachrymas eliciebat ex illorum oculis quos confitentes audiebat. Vnde nō desuere qui pio furto relecta mab eius veste laciniam afferuarent. Humaniora, Philosophiam, ac Theologiam docuit non minore cum fructu quam plausu. Monitus ut quatuor Professorum vota nuncuparet, enixè petiit, in inferiore gradu consistere. Pro adolescente (qui à tyrocinio ad Philosophiam mittebatur, & miserabili torpore elanguerat, iamque postridie à Societate dimittendus erat id flagitans) in sacello Deiparæ non prius fecit finem orandi Claudius, quam ille, quid pro se ageretur ignarus, & hilaris, repentino doloris aestu flagrans, ad superioris pedes prouolutus, in Societate retineri suis vbertim lachrymis impetrauit. Turnoneâse Collegium cum regeret, amabat omnes, & ab omnibus amabatur. Tolsæ dicebatur esse Ecclesiastes omnium horarum, si de diuino amore dicendum esset, inflammabat clerum, & populum, aded ut è clero quidam quotidie sacris operarentur, qui aliquando à diuino illo sacrificio in mensum tertium abstinebant. Cum Biterris peste afflictis, magistratui suam operam ad seruiendum offerret, repulsam passus, & ad Lespinianum pagum amandatus, pago paulò post peste correpto assiduitate mirabili operam dedit, & in illo gloriæ agone, morte pridem optatâ felix occubuit.

Confessio.

Humilit.

Oratio.
B.V.

Amor Dei.

Charitas.

II. DIE

II. DIE NOVEMBRIS.

P. GEORGIVS
COLIBRANT.

1. Nouemb.
Belga Duaci.
1609.
ætat. 70.
Societ. 40.

Constantia.
Mortificat.
Morb.

Commun.

Nouissima.

Mortificat.
Morb.

Zelus.

Charitas.

Quotidie à nonâ ad 10. noctis de 4. nouissimis constanter meditabatur. Quotidie, vel cilicium gestabat, vel per quartam horæ partem se cædebat, idque pro se, ac iis, quos confitentes audiebat. Si quando aliquid consueta afflictationis omisit, aut ad aliquod animi laxamentum est missus, eueniebat illi aliquid quod illum acerbius affligebat quam vlla sponte suscepta sui vexatio. Modum ponere tot suis mortificationibus iussus, parere quidem se velle respondit, sed prædixit Deum id suppleturum. Et verò diros calculi dolores mox persensit. Sæpè illi in ore familiare illud acroama: *Ad vitam æternam*. quibus verbis omnia coniciebat, incipiebat absoluebat. In morbo semper id agebat, vt dolores suos Deo assidue consecraret, aliquam misericordiæ particulam petens à Deo sibi etiam referuari, ac iudicia Dei timens. Si ei negotij quidpiam commendaretur, ad preces etiam afflictationes corporis adiungebat, & benè de negotio sperare iubebat. Bono euentu idem agebat, si quem Deo lucrificare niteretur. Quidam iuris studiosus Duaci cum effrænate viueret, bis per quietem vidit se diuino tribunali sisti, ac dici sibi audit: *Horrendum est incidere in manus Dei viuontis*. Itidem consiliū illi datum, vt eaquæ viderat, cum quodam de Societate (quem istic videbat) conferret. Aduolauit ad templum Societatis vt primum à somno est experrectus, & ignotum hactenus P. Geor-

gium Colibrant, vt vidit, eundem ipsum esse agnouit quem viderat per quietem: ac ita eius ope suis rebus consuluit.

P. ALOYSIVS
PONCE.

Roderici Ponce Ducis de Arcos filius: & tamen in Societate tam infra omnes abiectus atque si omnium seruus esset, non frater. Vnde amabilis omnibus, omnium obsequiis promptam voluntatem, & manus offerebat, ac dabat. Emicabat in eius vestibus, & in conclau singularis quædam indoles amata ab eo paupertatis; à qua ne vel in minimo recederet, nihil omnino adedè tenue erat quod accipere vel dare auderet, nisi petita prius id faciendi facultate. Vt orationi mortificationem coniungeret, non nisi de genibus orabat. Confessionali sedì tam diligenter aderat, atque si hoc (vt aiunt) mensæ titulo in Societate aleretur, aliàs pane indignus. idque perseueranter agebat etiam cum vel præfesset Collegiis, vel ad populum dicendi officium sustineret. Libenter illum audiebant externi; libenter ab illo regabantur nostri. Morbum extremum è laboribus inter sacras expeditiones exantlatis traxit. Mortis nuncium à medico cum tanta exultatione accepit, vt se de lectulo proripere ad eius pedes osculo honorandos voluerit gestiens gaudio, quod etiam tunc luculenter restatus est, quando sub extremum in hæc verba erupit: *Benedictus Deus, qui me beneficio tanto dignatus est, vt desideratam illam ho-*

K K k

ram

Hispanus
Granatæ.
2. Nouemb.
1611. ætat.
46. Soc. 30.

Humil.

Paupertas.

Oratio.

Mortis.

ram vicinam videam quâ moriar in
cuius domo.

P. IACOBVS

FRANCISCVS.

Gallus. 2.
Non. 1639.
Ætat. 43.
Societ. 44.

Mors.

Mortu def-
derium.

HVnc virum celestis Theologiæ
Happimè peritum, & ingenio iux-
ta, virtuteque præstantem, morbus
inuenit in ea lucubratione, quâ rhy-
thmicam paraphrasim scribebat in il-
la cantici Ezechie. *Præcisæ est, velut à
texente vita mea.* Optauerat, petierat-
que à Deo sapius, atque impenitus
iam pridem verum desiderium mor-
iendi, quod etiam impetravit. Quare
mortis vicinæ gaudiis plenus centies
Deo se obtulit, verbis illis centies re-
peritis. *Suscipe me, Domine secundum
eloquium tuum, & viuam.* Ita decessit,
ut iis qui morientem videbant dica-
tur moriendi desiderium inieciisse.

P. LAURENTIVS

PASSOKIVS.

Silestus in
Castris. 2.
Nov. 1642.
Ætat. 42.
Societ. 18.

BV.

Fides.

PRæclaræ in castris operæ vtiliter
positæ veluti pretium tulit nobi-
lem mortem Laurentius. Etenim cum
tribuni in Lipsiensi pugna vulnerati
confessionem exciperet, ab hoste ha-
retico victore deprehensus, & quis ef-
set interrogatus, ac **MARIAM** Deipa-
ram execrari iussus, se Sacerdotem
Orthodoxum professus, **MARIAM** ve-
rò non tantum nolens execrari, sed &
summis, quibus poterat laudibus, ex-
tollens, ab exacerbato per eam auda-
ciam hoste, gladio percussus, & glan-
de plumbeâ eodem in loco peremptus
est. In Societate Ministri ac Rectoris
munis laudatè functus, non semel et-
iam ob fidem extortis, eiusdem amo-
re non pauca & tulit, & fecit,

P. MATTHÆVS

CRAMERVS.

Idem dies eodem loco causâ non
Idispari extinctum vidit P. Matthæu
Cramerum, cum ex equo desiliens aures
præberet peccata confitenti tribu-
no Catholico eadem in pugna saucio
& mortem opperienti.

Bohemus
ibid. eodem
die.

P E T R V S

DE ARTIAGA COAD.

CVM ætate iam prouectior, & no-
bilitate ac virtute spectabilis So-
cietatem expeteret, oblatum sibi Sa-
cerdotum gradum non admisit, im-
piger ad labores. Et licet foris mensæ
lauriori ac somno fuisset assuetus; non
nisi post alios mensam adibat: & an-
te alios è lecto surgebat; quò plus otii
posset orando Deo impendere. Etiam
60. iam annos natus, quotidie se fla-
gro cædebat, tum quoque cum febris
quartanâ laboraret. Pro vnico quem
foris è matrimonio susceperat filio
Deum enixè orauit ut Societatem ini-
ret, & obtinuit. Is fuit P. Manuel de
Roxas vir literis & rectione inter nos
insignis. Erga animas purgatorij libe-
ralis fuit quantâ poterat industriâ, va-
riis, & quotidianis erga illas officiis.
Vita per dies plures absq; vllo arteriæ
pulsu (qui quidem notari potuerit)
stupentibus, & causam variè disqui-
rentibus medicis, illi producta est vs-
que ad noctem quæ inter Sanctorum
omnium & mortuorum dies media
est. Maurus illius olim seruus, cum
dominum suum in culina Christi man-
cipium factum videret, flebat præ te-
nero sensu latitiæ, magnâ & ipse vir-
tute laudatus. Ferunt Patrum cui-
piam in eodem Collegio indicatum
diui-

Hispanus
Vallisoletis
2. Nouemb.

Humil.

Oratio.

Mortific.

Mors.

Purgator. diuinitus, Petro id animas purgararij migraret, quasi pro præmio suæ beneficentia erga illas. obtinuisse à Deo, vt nocte illâ de vita

III. DIE NOVEMBRIS.

P. ANTONIVS

PINAS.

3. Nouemb.
Lufitanus
Eboræ,
1608. ætat.
71. Soc. 48.

*Vocatio.**Charitas.**Zelus.**Operarius.**Cassitas.*

Mortific.
erga cōsang.

GRacili nimirum erat corpore, ac idcirco ad Societatem non admittebatur. Ille verò constanter negabat se alio instituto viuere velle. Medicis tres, vel summum quatuor annos victurum dicentibus; At ego, inquit Antonius, & in Societate viuam, & vobis omnibus ero superstes. Et dixit ex vero. Ter se ad obsequia peste tactorum in periculum dedit; & subiit labores longè grauissimos. Iam illi obrepebat extremus morbus; quo pridie quàm prosterneretur cum se fractum aduerteret, à Ministro petiit facultatem cubicum ante alios concedendi; sed id P. Rectori negauit indicandum; ne, inquit, si quis æger hac fortè nocte ad consistenda peccata quempiam de nostris deposcat, relicto me per speciem ægritudinis, deligat alium. Impuram fœminam ausam quiddam petere quod non decet; ipso vultu conterruit, fregitque petulans illud consilium. Fratris germani literas, itaut venerant obsignatas per tres annos in cubiculo habuit, ijs pro atramentario regendo vsus.

P. MELCHIOR

DE SANIVAN.

Hispanus
Hispani. 3.
Nou. 1609.
ætat. 67.
Societ. 46.

INnocens illi iam inde à puero integritas, quam nobilis, & ad pietatem propensa indoles exornabat. Quatuordecim annos natus iam duas horas

dabat quotidie orandi studio: & quartâ qualibet ac sextâ feriâ, pane tantum frigidâque reficiebatur; ciliciolis quoque, catenulis ferreis, ac flagris in se plus quàm pro ætate illâ seuerus. E tyrocinia suis reddi debuit, vt furens parentis, viri nobilis, animus tranquillaretur: at ille voto concepto se obligauit ad redeundum. id quod & præstitit. Multis illum dæmon appetiit, etiam vocibus eum territans: at ille orauit, & vicit. Inde Philosophiæ ac Theologiæ docendæ, tum gubernandis Collegiis, & Domui Professæ Hispalensi, ac Vice-Prouinciæ Sardiniaæ admodus, vbique præstantis viri partes impleuit. Boëticam quoque rexit Prouincialis, & mirâ suauitate vindex optimæ disciplinæ. Nullum diem sine linea, id est sine sui afflictatione insigni, præterire passus, quotidie se verberibus accipiebat: quotidie conscientiam expiabat: & diuino sacrificio profusus lachrymis operabatur. Vesperis verò claudebat diem quotidianâ mortis velut iam iam imminenti, eumque ad immortales vel pœnas vel præmia translaturæ memoriâ.

P. GEORGIUS

COMBES.

Iuenturi ad litteras erudiendas, Imissionibus habendis, pietati ubique seminandæ valde idoneo erat ingenio. Sanis, agrisque militibus dum operam omnem præstaret, morbo correptus, & extinctus est. Tutellæ, San-

KKk 2 monia-

Oratio.
Mortific.

*Vocatio.**Mortific.*

Confessar.
quotid.

Mori.

Gallus in
opp. Pontis
de Ciroy. 3.
Nou. 1621.
ætat. 39.
Societ. 15.
Charitas.

etimonialis, omnem fidem permagna virtute commerita, cum paulò post eius obitum percepta diuinâ Synaxi pro eius anima Deum impensius precaretur, sibi videre visa est eius animam è flammis piatricibus ad cælestis Patriæ gloriam euolare.

Purgator.

P. FRANCISCVS

SABOYA.

Hispanus
Tortosæ in
certo mense
& die anno
1550.

Præerat filiis B. Francisci Borgiæ,
cum eiusdem Ducis exemplo So-

cietatem optauit, & in illa paucis annis brauium apprehendit. In eius exequiis illud singulare aliqui affirmant accidisse, quòd cum cerei pro eo condendo accepti per integras 24. horas arsisent, è cera, (vt patuit illam ponderantibus) ne vnicâ quidem vnciâ minus sit repertum quàm quantum erat antequam fuissent accensi

Mort.

Sepultura.

IV. DIE NOVEMBRIS.

P. PETRVS

DE FONSECA.

4. Nou.
Lusitanus
Vlyssipponæ.
1599. ætat.
73. 500. 50.

Hunc literarum Lusitanæ Patrem & Columnam Societatis Lusitanicæ vocant, tum ob ingenium ac doctrinam libris quoque testatam; tum ob religiosam prudentiam cum Rector Conimbricæ, Vlyssipponæ Præpositus, ac demum Romæ Assistentis rebus præfesset. Philippus II. Rex voluit illum adesse tribunali illi quod pro publico Regni Lusitanicæ bono curando crexerat: item supremis tabulis Infantis Mariæ de vita migrantis: denique primo loco illum pro Episcopo Iaponiæ nominauit. Omnis eius vitæ series horologii instar fuit, cum licet multa ageret, ageret tamen omnia distributè, adeoque nunquam illi otium ad diuina decisset. Miræ fuit modestiæ in opinione suâ submitteudâ sententiæ aliorum; miræ efficacitatis in tranquillandis mentibus perturbatis; miræ tranquillitatis in rebus afflictis, vultu animoque sibi semper constantibus. Si à quopiam

Tempus.

Humil.

Charitas.

offensus fuisset; Ego verò, aiebat, bene illi faciam, velit, no'it. Domum Orphanarum, Domum item Catechumenorum erexit, & constabiliuit cum ære annuo ac stabili, tum statutis quæ condidit. Atque hi instituuntur, & postea in S. Rochi templo apud Professos Baptismo expiantur. Ille etiam pars non postrema fuit eius operæ quâ istic Domus Conuersarum est inchoata. Illo adnidente erecta est domus Vlyssipponæ pro educandis filiabus militum Hispanorum; accersit ex Hispania fratres à B. Ioanne Dei Lusitano fundati; institutum Vlyssipponæ Seminarium Hibernorum; accommodatæ res Xenodochiorum; proscriptæ exitiales moribus scenæ; quo de argumento plura etiam lucubrauit. Et alia plura instituit bono publico peridonea, ætatemque latu-
ra. Totum morbi tempus illi erat oratio, patientia, obedientia; ne aquæ quidem guttâ nisi obedienter admixtâ.

Zelus.

Mortuus.

P. IACO:

P. IACOBVS

DE MESQVITA.

Infans
in Iaponia.
4 Nou. vel
14 1614.
Ætat. 61.
Societ. 39.

Nobili domo natus, & P. Francisci Paciæci auunculus. Per annos duodequingenta Iaponiam excoluit. Duxit ad Greg. XIII. Boncompagnum, magnum illum & Apostolicam suam illam beneficentiam orbi terrarum notum Pontificem, in Europam trium Iaponicorum Principum Oratores, Virtute, ac labore quam doctrinam maior, magna plane ac mira perpeffus est. Duo in silua armati illum iam adoriebantur, tessarario signo aliis quoque ad idem faciendum dato: ille interea se ad orandum composuit, & illatus permissus est. In celebri illa Iaponia tempestate contra Christi sectatores coorta, cum Christiani virgerentur ad venerandum idola, & templa diruerentur, etiam Iacobus eiecitus in exilium, ærumnis confectus, per iter in tenui piscatoris casa, felici morte lætus contabuit.

*Oratio.**Fides.*

MICHAEL

FLORIVS COAD.

Italus Sy-
raculus. 4.
Nqu. 1621.
Ætat. 81.
Societ. 62.
Mort.

Magnum virtutis nomen vulgo inacta est pietas Michaelis. Ipsam illius mortis horam visus est ad portam Collegij homo ignotus, plures istic faces accendens, atque illa ædium pars circa id quo Michael migrabat

tempus lumine miro colluxisse conspecta est. Ad extremam usque senectam vesperi se ad sanguinem usque cadebat quotidie. A labore illum, nec ætas caduca, nec valetudinis imbecillitas auellebat, semper conantem aliquid pro viribus, vel etiam supra vires. Primos fructus Deo semper offerens non gustabat. In eleganti hortu, quem ipse præclare operam longam excoluit, nullum fructum delibavit unquam, insigni sui victoriâ.

Mortific.

P. DOMINICVS

SIMON.

Societatem anno 1559. inierat: & in ea præclare laborarat pro sacro tribunali, pulpitoque assiduus. E Sanctorum visis insignia quædam ad mores exempla in volumen redegit, qui labor Nouitijs eximie profuit ad plures usus. Proximo ante mortem die cum valetudinarij Minister Petrus Valpuesta eum manus eleuantem videret, parabat accedere ut iuaret si quid veller. Sed sacro quodam horrore se percelli sensit adeo ut accedere non auderet. Tum P. Simon capite manibusque sublati veluti S. P. Ignatii coram aspiceret, dicebat: o verè nunc, o verè nunc aio verum esse te esse in magna gloria. Ne discede à me, ne discede à me, S. P. Ignati; accipe me tecum. Hæc Petrus ex ægro audiuit pleno reuerentiæ timore attonitus.

Hispanus
Tarragonæ
anno mēse,
die incerto.

Lectio.
S. P. Ignati.

Mort.

KKk 3

V. DIE

V. DIE NOVEMBRIS.

P. MARTINVS
DE BANNOS.

5 Nouemb.
Hispanus
anno. ætat.
40. Soc. 15.

Vocatio.
Charitas.

Mortific.

Paupertas.

Manè.

Oratio.

Cum Societatem flagitaret, aiebat, se duabus potissimum de causis illam experere: primò, quòd singularis quædam animorum, charitatisque coniunctio in illa vigeret, deinde quòd mortes sociorum audisset esse felices. Madriti Collegij Ministrus, deinde Nouitij Magister prefuit Naualecaneri. Effusa charitas illum intimis quibusque laboribus, ac officiis onerabat. Si quis ad agros noctu enocaretur, ibat ipse ne alij excitarentur. Singulis mensibus, cum rei vestiarie Ministro obibat cubicula, & introspeciebat, subministrabatque, si quid deesset. Nouitios amanter ducebat ad aspera, mirabili significatione suauissimæ charitatis, ac exemplis. Assidue se quæ in triclinio, quæ in cubiculo afflictabat. Atque, ut de flagellis nil dicam, thorax illius intus deprehensus est fuisse ex aculeis, spinisque confectus. Per iter sine viatico, pedes, mendicus, exemplum erat paupertatis. Cum alios regeret, vestis illius erat omnium reliquorum Sociorum vestibus magis vetusta, magis trita. Indusio quoque non alio, quàm omnium crassissimo, ac frustis assutis oppleto est usus. Inter verrendum, id faciebat scopis breuib, ut se magis affligeret. Manè aliis à somno experrectus, iam ille vnâ horam in oratione posuerat. Orabat positus humi genibus, iunctis ad pectus manibus, oculis humi fixis, aperto capite ac inclinato, idque frequentissimè corâ sanctissimo Sacramento,

die, ac nocte. Nullam exhortationem habuit ad alios, ad quam se non parasset oratione trium, vel quatuor horarum. Inde illi flammæ ab ore, ac vna quædam verborum copia exundabat.

P. MICHAEL
LÆTAVALLE.

Hunc Pater Octavius Caietanum Martyrologij sui pag. 136. 5. Octobris ponit, aitque ab illo moriente visos Angelos. Alij 5. Nouembris illum collocant. Ego de illo scripsi ad quintum Octobris.

Italus Syrtacus. vid. 5. Oct. Mort. Angeli.

P. FRANCISCVS
DE PETRIS.

Cum Legatis à Pontifice in Indiam reducibus eò penetrauit, & in Sinis præstantes vtilitates peperit Christianis. Xancei ab armatis Latronibus domum inuadentibus, noctu securi in capite vulnus accepit. Coadiutori in Societate firmando, affirmatè dixit se à B. Virgine ad Societatem (ut ei videbatur) inuitatum, disertis verbis dicente: *Ingredere, agedum Filij mei Societatem, & in ea vocatione perseuera*. Nec aliud videre potuisse vnde vox veniret, quàm imaginem Dei Matris ad se loquentis. Extremo in morbo hymnum Beatissimæ Virginis ad alterum lecti latus appendi iussit, ut eum iteraret. Mortem suam sanus tum adhuc non semel prædixit, euentu ita secuto.

Italus Xancei. 5. Nou. 1594.

Fidel.

Vocatio.

B. V.

Mort.

P. STE-

P. STEPHANVS

PAEZ.

Hispanus
Limæ. 5
Nou. 1613.
ætat. 67.
Societ. 50.

B. V.

AD animarum salutem vsus est
cultu Deiparæ singulari; cuius
Sabbata, panis, & aquæ leuamento
contentus, absque cibo alio traduce-
bat, à Deipara multifariam sepè adiu-
tus. Ad perfectionem per heroicas de
se ipso relatas victorias, humilitate,
ac se afflicti contentione maximâ
nirebatur. In rectione fuit haud re-

missus, verum vigore charitatis ple-
nus, efficax, atque ad omnem disci-
plinæ domesticæ apicem curatè ser-
uandam attentus. Erga ægros chari-
tatis tantæ vt ipse sociorum vlcera
suis manibus curaret. Semper anhe-
labat ad Deum; apud quem paratum
sibi inter sanctos Patriarchas locum
diuinitus vidisse fama est. Adfuit
mortui exequiis scemina famâ eximie
probitatis celebris, & sibi videre est
visa sanctum P. Ignatium, qui ab ara
Stephano obuiam veniebat, cum gla-
tulatione summâ excipiens.

Superiore

Charitatis

Prædestin.

S. T. Ignat

Mort.

VI. DIE NOVEMBRIS.

ALPHONSVS

OVANDVS NOVITVS.

6. Nouemb.
Hispanus
Limæ. 1614.
ætat. 17.
Societ. 1.

B. V.

Mortific.

Oratio.

Mortific.

Oratio.

Huius virginitas cum egregio er-
ga Dei Matrem studio coniuncta
illum sui corporis tyrannum fe-
cit. Septem aliquando cilicijs inno-
cens corpusculum vndequeque cir-
cumdabat, & assiduâ verberatione
adeo lacerabat, vt fuerit vnum vul-
nus. In nullam legem nostram pec-
care est visus, nec vnquam oriosum
verbum loqui auditus. Per Beatissi-
mam Virginem insigni orationis dono
excelluit; & solâ Deiparæ cogitatio-
ne obiectâ, fluebat in cordis tenerri-
mam voluptatē. Quicquid verò a-
gebat, offerebat manibus Deiparæ,
vt ei seruiret in omnibus, & placeret.
Tabulis nudis indormiebat, ad oran-
dum nocte consurgens.

P. IOANNES

AMIEV.

IN Syriæ missionibus per annos duo-
decim magni impendio labo-
rauit. Matrem expiratam ad Ecele-
siæ complexum iam, antequam illuc
proficisceretur adduxerat. Alepi Soda-
litia duo Maronitarum erexit; ter-
tium Armenorum: Francorum verò
cœtum restituit. Missionem Damas-
cenam, ac Tripolitanam instituit; Si-
doniam constabiliuit: ibique Franco-
rum Sodalitium posuit, per multa per-
pessus. Familias, integras, quâ à Ma-
hometho quâ à Græco Schismate,
item Apostatas ab exitio, ad fidem
adduxit. Vniens illi domi erat, isque
necessarius nummus argenteus, illum
ille pauperi dedit, & eodem die sex
argenteos nummos vltro sibi datos
accepit. Vestis illi è nigra tela, citra
vllum respectum humanum: somnus
parcus, isque in storea, sine linteis in-
stare: fortis contra linguas innocen-
tia; pedes, vel offendiculo, vel spinis,
per itinera sæpius cruentati. Turca
illius

Gallus in
Syria. 6.
Nou. 1550.
ætat. 67.
Societ. 46.
Fides.

Zelus.

Misericordi.

Mortific.

illius pectori scloppum furenter ad-
mouerat. Rogatus, num timuisset;
respondit: se non plus suæ, quàm pu-
licis vitæ tunc timuisse. Carceres læ-
tus perpeffus est. SSS. Trinitatem sa-
crificiis crebris, & variâ industriâ,

magnâque fiduciâ coluit. Maroniti-
cam tempestatē prudenter tranquil-
lavit, & pro Romano Maronitarum
Collegio vtiliter laborauit. Hæc, at-
que his plura de illo annuæ.

VII. DIE NOVEMBRIS.

IOANNES DE AGVILAR. COAD.

7. Nouemb.
Hispanus
in Boetica.
1621. ætat.
61. Soc. 35.

Vocatio.

Enchaf.

Mortific.

B. V.

Mortific.

Obedient.

Patientia

Italus Mef.
sanæ. 7.
Nou. 1612.
ætat. 76.
Soc. 38.

CVM Rhetoricæ studeret, maluit
Societati se dare, Coadiutor fu-
turus, quàm nobili cuidam, ad
quem inuitabatur, ordini, sacris ini-
tiandus. Extra singularem erga SS. Eu-
charistiam, & B. Virginem affectum
aiebat religiosum cor esse extra suum
centrum. S. Synaxim aditurus; præter,
alias afflictationes, se flagellabat.
Duas horas, antequam alij surgerent
in oratione, ponebat, modico pane
contentus, ipse granum excuriebat,
ipse seminabat, rus colebat; idque per
30. annos, quo toto tempore non
prius ad cœnam ibat quàm B. V. Rosa-
rium recitasset. Domum à laboribus
redux, rogabat, vt ieiunare sibi lice-
ret; à vino, ac deliciis omnibus vel
gustandis alienus prorsus. A quacum-
que occupatione illum superior auo-
caret, statim illam abrumpebat nullo
verbo adiecto, & nihil omnino turbat-
us. Acerbam vlcerum curationem
per sanctâ patientiâ sustinuit.

P. CÆSAR COSSVS.

APRUS, natus ad religiosam rectio-
nem, piamque prudentiam, quâ
Nonios, & Socios reliquos guber-

nabat. E Domo non nisi rarò admo-
dum, eoque religiosius, prodibat. Si
cui domi vestium quidpiam deesse
aduerteret, sibi detractum, illi dabat.
Somno quatuor tantum horas, reli-
quum orationi dabat. 15. diebus ante
festum sancti Michaëlis & aliis 15. an-
te festum Assumptæ B. V. ieiunabat.
Disciplinæ religiosæ perquam accura-
tè retinens fuit; etiam in minimis qui-
busque quicquid calore vrgeretur, ac
siti, nunquam extra consueta triclinij
tempora quicquam bibit: nunquam
illis cibis oleum salemque adhibuit.
Sabbato, in B. V. honorem, nil omni-
nò cibi cocti admisit. In extremo se-
nio, cum per bienium nil videret, cœ-
citatem illam tulit maximâ humilita-
tis, & patientiæ significatione; mag-
no pietatis, & perfecti Religiosi ex-
emplo. Omitto quædam quæ admi-
rabilitatem habent.

P. AVGVSTINVS CENTVRIONVS.

CVM à Republica Genuensi ad co-
ronas missus, ardua, varia, & as-
siduè tractaret; cum supremum in
Republicâ Magistratum gereret Dux
creatus, illud in eo laude ac ferè ad-
miracione dignum fuit quòd etiam
tunc sine intermissione oraret, mente
in Deum ita defixâ vt nec rebus benè
ac pro dignitate gerendis, nec teneræ

Superior.

Mortif.

Oratio.

B. V.

Sabbat.

Cacus

Patientia.

Italus Ge-
nuz. 7.
Nou. 1657.
ætat. 73.
Societ. 34

Oratio.

ac

ac solidæ in Deum pietati vlla ex parte deesset. Per annos 30. ante quam Societati nomen daret, citra voti obligationem quidem sed tamen ita sua omnia è Patris spiritualis nutu disponebat, vt nihil ageret suo arbitratu æquè atque si fuisset ad id solenni voti religione obstrictus. Aiunt illum cum Ducis munus gereret, quotidie pane Angel. co vesci solitum, ad vires dignas eo munere à cibo illo fortius capiendas. Societatem ingressus, est iam Sacerdos, ac septuagenario maior, annuente Præposito Generali. Malebat vel horâ vndecimâ venire quàm non venire: aiebatque sibi id è re fore non tam ad diu viuendum quàm ad apparatè moriendum. Et verò tora fere illius familia religiosa videri potest, cum illius Pater, Mater, fratres, sorores, filij, filia, alij alijs religiosi ordinibus sese addixerint, raro exemplo. Sui demissione perinsigni, se infra omnes demittebat roto eo duodeuiginti

mensium spatio quo in Societate vixit. Vnde oprabat Coadiutorum albo inscribi. Aiebat se esse instar formicæ in medio vasti maris quæ nihil possit nisi iunetur. Ita se pendere à Deo, aliàs mergendum inter tot seculi tempestates. Christi Crucifixi, & Mattis Beatissimæ sub cruce stantis memoriam quotidie instaurabat hymno illo *Stabat Mater dolorosa iuxta Crucem lachrymosa* quotidie recitato. Cum Genus pestis vnde quaque sauiet, aiebat maiorem esse vel vnius peccati, etiam venialis, stragem quàm quicquid quælibet pestis potest calamitatis afferre. De Deo suauiter, scitè, nec sine lachrymis loquebatur, magno viro- rum etiam primæ notæ à quibus viscebatur, & sensu, & fructu. Atroces calculi dolores, & morbum extremum solidæ patientiæ, ac tenerrimæ pietatis adminiculis adiutus sapienter ac religiosè tulit vsque ad mortem.

Humil.

B. V.

Peccatum.

VIII. DIE NOVEMBRIS.

P. HENRICVS P. BERNARDINVS
DIONYSIVS. PICCINVS.

8. Nouemb.
Belga Tra-
iecti. 1571.
ætat. 51.
Societ. 17.

Zelus.
Mors.

Sopulcrum.

IN scholis, & in pulpito præstans, ad disputandum, mouendum, docendum. Inter alios Nicolaus Stratius Decanus Traiectensis à vita liberiore ad arctiorem hoc Magistro se adductum latatus, non nisi in eodem, in quo ille conditus est tumulo voluit tumulari. Biennio post, eâ ipsâ, quâ Nicolaus Decanus moriebatur nocte, Henrici tumulus ad locum Nicolao præbendū apertus repertus est. Puellæ quoque à natiuitate mutæ, quæ ægro Henrico caprinum lac afferre consueuerat, post mortem apparuisse ac illi mitè opitularum ferunt.

NEGabat suo corpori voluptatem omnem, quam bonâ conscientia negare poterat; infligebat pœnas omnes, quas poterat; singulis sensibus singulas affligendi formulas præscribebat. In mensa ciborū saporem effusâ aquâ corrumpebat. Catenulâ ferreâ se cadebat, ferro cingebat. In oratione assiduus, aiebat hominem os esse omnium Creaturarum; debereque Deum ab illo, earum vice laudari. Si quando sacro per valetudinem operari se non posse videret, coronam B. Virginis recitabat, & vires pro sacro per eam im-

L L I

petrabat.

Italus Ro-
mæ. 8. Nou.
1612. Soc.
45.
Mortific.
Oratio.

B. V.

Oratio.

petrabat. Fœminæ lachrymarum donum optanti author fuit vt B. Virginis lachrymas meditaretur, Filioque offerret. Paruit illa, & impetrauit. Orens à terra sublimis in cubiculo aliquando conspectus est, audito interea vt fertur cœlestis harmoniæ concentu. Plura de illo in vita.

P. ORGANTINVS

BRIXIENSIS.

Italus Nā
gāsachi mē-
se ac die in-
certo. 1609.
Ætat. 79.
Societ. 56.
B. V.

Fides

Celebre in historiis Indiæ Orientalis nomen. Aiebat eius Mater, multa illum olim pro Christo perpessurum. Ab herniā voto ad B. V. Lauretanam edito repente sanatus cum illam viferet, nostri cuiuspiam comitate captus est: & Societatem Ferrariæ iniit, duobus fratribus suis ad illam vnā secum adductis. Tusculi primum domicilium Societati fixit anno 1559. Laureri Rector cum esset, Indias impetrauit; vbi, Meaci potissimum, ferè Sociis præfuit, multa ibi aduersa perpessus, magni vir animi, ac Deo sanctè fidentis. Aiunt dæmonem quoque de illius in fide propaganda ardore fuisse conquestum, maximè cum quadam vice quadringentos baptismi expiasset, ac ij ad fanum certatim conuolassent, ac idola omnia euerterissent. Reliqua ex annuis, & historia Soc. peti possunt.

P. NICOLAVS

IAMOT.

Belga Gandui. 8.
Nou. 1634.
Ætat. 34.
Societ. 16.

A Philosophico cursu cum acris instructum in Brethanum præsidium ad operam militibus curandis dandam vltro prodiit, deinde, proximo post editam quatuor votorum professio-

nem die sese heroico charitatis muneri apud Gandenses in peste addixit. quā in administratione obsequij, præter alia communia, illud in eo illustre visum, quodd (vt refert in Heroibus Alegambe) cum fortè aliquando ab ægroto rediens, iacere iuuenem extrema in vrbe sub dio ex ædibus ab hero eiectum audisset, eoque protinus occurrisset, expiasset, pane vitæ refecisset oleo sacro vnxisset; humeris sublatum, viā longissimā, ad Nosocomium asportarit, vt eius corpori quoque consuleret. Hæc, ac plura his agentem mors nobilis occupauit.

Charitas.

P. IOANNES

HAUSBRANDT.

Quicquid officij gereret, siue præesset siue subesset, erat totus ad omnem præclari coram extrariis, ac domesticis exempli normam compositus; vir in quo dolus non erat, vel artificium. Nec ætatis, nec alio quouis obtentu volebat quicquam quod omnibus non dabatur: nihil ex iis quæ leges, ac maiorum scita præscribunt omittebat, perquisitè attentus ad singula. Illud in eo singulare diuinæ providentiæ argumentum eluxit, quodd tribus ante mortem hebdomadis cum de festo Sanctorum omnium sollicitè quæreret, rogatus à confessario ecurr id faceret, responderit: Quandoquidem iam mundo inutilis sum, id vnicè opto vt in octaua illius festi quā olim prima Deo vota obtuli, mori mūdo, cælo viuere mihi concedatur. id quod euenit, licet ipso Sanctorum omnium die migraturus putaretur, adeoque omnibus ad mortem piè obeundam instrueretur. Nempe piis fidelis sui serui votis velut obsecundare voluit bonus Deus.

Germanus
Hildesij. 8.
Nou. 1659.
Ætat. 71.
Societ. 50.

Regula.

Mort.

O. SS.

Vocatio.

P. AL-

IX. DIE NOVEMBRIS.

ALPHONSVS

VASIVS SCHOL.

P. IOANNES

DE GVADARRAMA.

9. Nouemb.
Lustitanus
Conimbr.
cz. 1553.
xrat. 20.
Societ. 3.

Pres. Dei.

Oratio.

Morbus.

Mortis desid.

Mite, placidum, & propensum ad omnem pietatem, ac virtutem ingenium attulit, cum Societati adscriptus est. In illa præcipuum illi, & felix planè studium fuit, ut coram Deo versaretur vbique: iamque vsu ipso rem sibi facilem reddiderat, ut Christum reuereretur in Superiores; Apostolos, in Patribus; in alijs, Christi Discipulos. Horæ plures oranti suauiter effluebant, lachrymis quoque affluentius manantibus, quæ aliquando tantæ illi exundabant, ut se abscondere cogeretur, ac tunc etiam præ singultu latere non posset, quin agnosceretur. Noctu quoque, silentio se in lectulo in genua erigebat, & diutius precabatur. Per quinque menses morbo lecto affixus, nullo die omisit matutinæ orationis horam; vesperi aliâ quoque adiectâ, duplicique examine. Mortis desiderio dulcissimo tenebatur; & cum Medicus illi de vita deposito apponi veller quicquid æger cuperet; ille vetuit aliud dari, quàm quod omnibus in triclinio apponeretur: imò instar mancipij se haberi optabat, cum diceret, nullo operæ pretio fieri quicquid in se fieret expensarum. Eius Pater ad illum salutandum appulsus, ab illo aptè diuina locuto in alium planè ab eo, qui venerat mutatus est.

An te initam Societatem Philosophiæ ac Theologiæ curriculum Tolere emensus, valebar ingenio: in Societate tamen malebat scholis infirmis, & animabus operam dare. Grammaticam per continuos 17. annos docuit; & laborauit, effecitque ne in 4. vota professorum numerum referretur. Non linguâ, non gestu, non vlllo modo visus est vnquam legem vllam infringere. Cum æger siti arderet, cuidam aquam offerenti, *Non*, inquit: *quia est contra regulam: & volo esse fidelis Deo, etiam in minimo* Oculiculus Angelici: scæminas multas confitentes audiebat, quarum tamen nullam vnquam vidit. Catenam latam plenam aculeis diu noctuque gestabat, etiam in morbo, & in longis missionibus, quas sine viatico pedibus exanilabat. Quotidie se flagellando mediam horam dabat, atque ad sanguinem largè profusum. Per horas integras orabat expansis brachijs, vel prostratus, ac sæpè odore miro fragrans. Orationi benè manè tres horas dabat: diuinum officium, & B. V. coronam positus humigenibus quotidie recitabat. Cardinalis Toletanus tanti eum faciebat, ut ijs qui illi confiterentur 80. dies indulgentiarum concesserit. Per iter apud pium virum hospitabatur, & noctu repente se proripiens exiit ad quartam ferè leucæ partem, instinctu quodam cælesti actus: ibi Pastorem animam agentem reperit, expiauit: & ille mox obiit. Redux hospiti suo committi dixit: *Procul dubio bonus hic pastor fuit pius erga animas purgatorij.*

Hispanus
Madriti. 9.
Nou. 1656.
xrat. 56.
Societ. 20.

Humilit.

Obed.

Oculi.

Mortif.

Oratio.

B. V.

Purgat.

L L I 2

X. DIE

X. DIE NOVEMBRIS.

P. LAURENTIVS

P. GVILIELMVS.

DE S. IOANNE.

DE PRETERE.

10. Nou.
Hispanus
Valentiz.
1617.

Concioner.

Patientia.

Magnâ planè, ac plus quàm ordinatiâ dicendi dote præditus, per annos 45. permagno fructu, nec sine admiratione ad concionem dixit. Visus est aliquando super concionantis Laurentij caput globus igneus collucere, atque inde ad audientes descendere. Deus illum in extremo vitæ per morbos ad magnam eximiam patientiæ laudem exercuit.

P. ANTONIVS.

SVFFRENVS.

Gallus Cæ-
berij 10.
Nou. 1623.

R. V.

Gratio.
Charitas.

crucifixum.

ET Domicilia, & Prouincias gratus domi forisque rexit approbatione magnâ. Pro eo Lugduni grauitate egrotante indictis precibus. Coadiutor Deiparam impensius orans, illam sibi coram adstantem vidisse fertur, quæ promittebat, ex eo morbo, Antonium minimè moriturum. Et verò conualuit. Aliquot post annis pro P. Ioanne Suffreno germano suo grauissimâ ægitudine confictato se obtulit ad mortem; quippe qui diceret, in Ioanne multum, in se nihil amittendum idque inter sacrificandum ad S. Radegundis ædem fecit, atque ab ara redux febri correptus est, quæ illi postea pertinax hæsit vsque ad mortem, quam prius quàm obiret, intento in Crucifixum digito; *Ad illum, ad illum contendendum esse dicebat.*

Pvdicitia suæ obsequentes habuit oculos, nunquam sceminas (etiam illas, quibuscum illi agendum erat frequentius) intueri visus; & illos, ac omnia, quæ ageret Beatissima Virgini Matri suæ dedicans; cuius honori proferendo, aiebat paratum se diutius viuere, dilatâ etiam æternitate beatâ. Eiusdem amoris officium ex voto quotidie recitabat. Per ipsos 20. annos tria Beatissimæ Virginis Sodalitæ omni studio gubernauit; quibus quartum deinde adiunxit. Inter milites labore, ac successu magno, nec sine capitis periculo, laborauit. Multi, & quidem aliqui primæ notæ, orthodoxam fidem, multi Religiosos ordines, illo adnitente, amplexi sunt.

Belga An-
uerpit. 10.
Nou. 1616.
ætat. 48.
Societ. 17.
B. V.

Zelus.

P. MARCELLINVS.

ALBERGOTTVS.

Cum Rector præfesset Collegio Florentino, in exercitijs S. P. Ignatijs, de peccatis venialibus meditatus, cum ea omnia diu vitari in hac vita non posse videret, moriendi eum cupido cœpit, ne peccare iam posset mortuus; quare, ut peste afflatis ministrare posset impetravit. Et in obsequio illo præclarè occubuit. Lineorum soccorum loco cilicinis vsu aiunt: flagris aded se vbique contuderat, ut vix locum iam reperiret, quem verberibus non hebetasset. Itinera sæpè sine curru, sine iumento obita; peractum anagnostæ munus per menses

Italus Flo-
rentiz. 10.
Nou. 1630.
ætat. Soc.

Amor Dei.

Mortific.

Itinera.

mensēs plures, cūm Rector Collegia gubernaret, ac alia quādam de illo fustis narratur in Heroibus charitatis. Cūm id Collegium ad extremam egestatem redactum esset, illo apud aēros interea satagente, rogatus à P. Ministro; Ecquid capiendum esset consilij; respondit, quārendum esse in oratorio genuali. Sed cūm ibi nil repertum esset, id de oratione interpretari libuit: quā coram sanctissimo SACRAMENTO fusā postridie lautum ex insperato auxilium Collegio est allatum. Nemp̃ hoc erat Marcellini consilium, vt orarent.

Oratio.

P. FRANCISCVS DE OCANNA.

Hispanus
Oarmonæ.
10. Nouēb.
1646 ætat.
31. Soc 17.

Mensa.

Carnem suam odio habuit vt Deū amaret ardentius. In meridie modicum cibi, & id quod erat deterri- mum, vesp̃ri nihil quo se reficeret ad- mittebat. Breuem, ac durum capiebat somnum, saxo vsus pro lectuli appa-

ratu. Recreationum loco erat illi cu- biculum, atque silentium; ibi memor Dei delectabatur. Nulla illi supellex nisi quā carnem affligebat, cruentum flagrum, catenula, & cilicia quibus cingebatur. Cūm curaretur, aenea illi videbatur caro, adeò fortiter ferebat dolores acerrimos. Orandi assiduitati horas integras, noctu etiam, transcri- bebat: & cūm alij manē surgerent ad orandum, iam ille duas tresue horas orando impenderat, & communem illam cum alijs addebat. Quotidie duas alias horas dabat conscientie Sa- cramento expiandæ, diuino sacrificio celebrando, & gratiis Deo reddendis. Rosarium Deiparæ quotidie recita- bat; mortis autem, vt vocant, coro- nam seu rosarium diebus festis; vt se natali suo seu festo æterno festis die- bus singulis præpararet. Impetrasse verò videtur insignem apparationem. Sacro enim exercitiorum spiritualium secellu flagranter vsus, in morbum in- cidit qui ei extremus fuit.

Ictunia.
Mortific.

Paupertas.

Oratio.

Consuetudo.

Mors.

Festus.

XI. DIE NOUEMBRIS.

P. ALPHONSVS SANDOVALIVS.

11. Nouēb.
Hispanus
1586 ætat.
49. Soc. 32.

Superior.

Illustri stirpe, Ioanne Stephano Naiaræ Duce natus magnam indo- lem ad Societatem attulit, eamque virtute haud minore expleuit. Pluri- bus Collegiis Rector præfectus est, quæ insigni felicitate rexit; ac nata- lium splendore vsus est semper pro in- citamento disciplinæ nullo planè ob- tentu priuilegioue laxandæ.

P. BENEDICTVS MARTELLANGÆVS.

Quotidie duas horas à somno de- stinatis horis decerpas orationi dabat. Totus in Dei cultu, totus in pietatis officiis religiosè, attentè, im- pigrè versabatur; vnde illi Sancti quo- que nomen vulgo adhæsit. Erga Dei Matrē studio incenso ferebatur, quip- pe à qua olim puer è puteo, in quem erat prolapsus repente in altum elatus; in sublimi putei crepidine, saluus à suis repertus est. Angeli quoque cu- stodis conspectu, illum frui, opinio-

Gallus Lug-
duni. 31.
Nou. 1619.

Oratio.

B.V.

Angelus.

LL 13

fuit.

fuit. Inde illi admirabilis ad singulas regulas perquisitè seruandas contentio, & mores digni opinione, quæ de illo percrebuit.

IOANNES

PAVEGEAV COAD.

Callus Tur-
none. 11.
Nou. 1624.
Mart. 91.
Soc. 69.

Humil.

B. V.

Conf. quatid.

Humilitate, pietate, patientiâ præstitit. Rogabat etiam de genibus aliquando Superiores, ut se tamquam inutilem ad Xenodochium mitterent; quò istic precariò inter mendicabula victitaret. 30. extremis vitæ annis à dæmonibus miserè vexabatur, è lectulo extrahebatur, vapulabat; eo tempore sæpè Beatissimæ Virginis, ac sancti Antonij opem implorare auditus. Diuinâ Synaxi reficiebatur diebus alternis; confitebatur autem quotidie. Inde haud ea vis fuit in illum Dæmonibus, quam ipsi optassent. Æger aliquando eâ nocte, quâ Gregorius XIII. Pont. Max. Romæ obiit (ut postea est obseruatum) repente dixit: Iam, iam Ecclesiæ columna corrui.

P. IOANNES

ARNOLDI.

Germanus
VV. Helhof.
dx. 11. Nou.
1631.

Fides.

Impiger operarius Dei. Cum diuinis operatus à sacro & concione rediret, eius calix & sacrificales vestes ab hæreticis rusticis direptæ, ac per contumeliam impiè tractatæ: ipse ab iisdem, posteaquam sudibus pessimè vapulauit, deinde ascia perfracto capite arbori est alligatus. Iugulum illi præscindens dirus rusticus: *Inunc, inquiebat, & hoc ore, si potes, tuum illud Dominus vobiscum repetito.*

P. VINCENTIVS

DAMIANVS.

ANno 1641. Philippinas obtinuit. In ipsis Indijs Indias magis reconditas, & arduas perscrutatus. Fuit inconditæ illius turbæ ad mitia studia suavis ductor. Apud Iubigenes, & Bacerenses barbaros herotè digna gessit pro fide, & passus est; vsque dum in Crucifixi amplexu (pro quo, & cui animam deuouebat) lanceâ confixus, vitæ finem impleuit: & eam quam ab infantia incorruptam ab omni grauiore noxâ seruârat innocentiam, deuotâ puri sanguinis purpurâ cumulatam nobilitauit; religiosorum iuxta, & secularium ore dictus *magnus Euangelij vindex*, & ipsâ morte assertor. Sic moxi decebat virum in primâ ætate Angelicum, heroem in robusta. Nox illi sæpè vigil ducta in deliciis Dei; quem ubiq; præsentem perpetuâ consuetudine ad opem suæ tenuitati ferendam religiosè vocabat. Vnde illi vis animi vegeta, & vires corporis, ac dulcis de fidei Deo fiducia, illis etiam quas de diuinæ perfectionis excellentiæ particulatim in Deo sæpè mente tractabat commentationibus validissimè confirmata.

Italus in
Philippinis.
11. Nou. 1649.
Mart. 34. Soc. 18.

Fides.

Oratio.

P. THEODORVS

MASSIMANVS.

Perpetuâ cum alijs, tum coram sanctissimo Eucharistiæ Sacramento per diu orandi assiduitate, ac suauiter diuinarum rerum commentatione per Calabriam celebris, non sine eximie virtutis fama impensius amabatur. Vnde faciliorem fidem inuenit pia, atque à singulari solidaque virtute commendatæ cuiusdam Sanctimonialis

Italus Cod.
sentia. 11.
Nou. 1653.

Oratio.

Lectum.

lis narratio, quâ dicebat; sibi per quietem visum lectulum holoserico, aureo, floridoque paratu pretiosè instructum; cumque interrogaret cui nam sponso cælestis ille thalamus pararetur; audiuit, parari cuidam virtute insigni tunc è vita migranti. Hoc responso accepto expectata, illic è gravis nostri campani mortuale signum pro mortuo quopiam, de morte dari au-

diuit; cumque Patris Theodori vitâ tunc functi signum illud esse certior esset facta, facilè interpretata est, requiem æternam in aurei ac floridi illius lectuli symbolo Patri Theodoro esse paratam. Neque alienum id esse à vero credidère ij quibus tam Sanctimonialis illius quàm Patris Theodori virtus perspecta est.

Mori.

XII DIE NOVEMBRIS.

P. FRANCISCUS PARVVS IOANNES
DE HERRERA.

feu NICOLAUS

ODOENVS. COAD.

12. Nouéb.
Hispanus
Hispani.
1600. ætat.
66. Soc. 27.

Nobilitate, eruditione, atque armis in Africa & India (ubi suis expensis militem duxit) illustris cum esset, Limæ anno ætatis vndequadagesimo se Iesu antesignano addixit in Societate in qua tam flagranter rem gessit, vt inuidus & immundus genius illum variè ab ardore illo abducere molitus sit; & cum nil posset, inflicis etiam plagis malè illum habuerit. At ille animo semper sibi præsentissimo, atque imperterrito nihil de flagrantia sua omisit. Orantem aliquando aggressus, eum pilæ instar in angulum sui conclauis abiecit. At ille vincendi, atque plus in eo proficendi occasione inde acceptâ quò exercebatur magis, eò se magis orandi ac virtutum studio addicebat. Ab Anglis hæreticis aliquando multa tulit, etiam verbera; eò quòd è Societate esset heterodoxis adeò inimicâ. Postea in peste Hispalensi anno 1599. heroicam operam nauauit Deo & charitati.

Feryor.

Oratio.

Charitas.

Hic in Anglia sub adscito Ioannis Parui nomine latuit, & in pusillo corpore magnam animi vim ostendit. Excelluit ingenio ad inueniendum, accommodandumque latebras in quibus delitescerent Patres, & facer apparatus. Non semel in carcere, carenâ grauis, colaphos, inedia, & alia perpeffus est quæ hæreticus furor in Catholicos exercet cum rerum potiuntur hæretici. Cilicium tamen, idque persanè asperum, nunquam à corpore deponerebat. Per tres ipsas horas tortus, pendit ferro onustus; sed nihil quod fidei, nihil quod fidelibus noxæ foret dixit, aut admisit. Eâ fuit modestiâ, vt velut indignus Coadiutoris nomine, semper se pro Patrum famulo potius quàm Coadiutore haberi optaret. Cum iterum captiuus teneretur; scireturque quàm nobilis cæcarum latebrarum artifex esset, miris, longis, inusitatis per septem horas ipsas tormentis excarnificatus est per continuatos plures dies, visceribus ipsis fluentibus. Ita fortissima, & innocentia

Anglus L6.
dini. 12.
Nou. 1606.

Fideli.

Mortificat.

Humili.

centiâ magnisque virtutibus diues illa anima lacerum corpus memorabili sine deferuit.

P. FABIVS

DE FABIIS.

Italus Ro-
mæ. 12.
Nou. 1615.
Ætat. 74.
Societ. 48.

Vita com-
muni.
Mort.

Humil.

Mortific.

Lingua.

Regula.

Diligentiſſimus fuit in omni diſci-
plinæ communis accuratione
perfectè numeris omnibus, vbiq; ac
ſemper implendâ. inde illi ſingulare
probitatis excellæ nomen, ſiue rege-
ret, ſiue regeretur. Semper erat Fa-
bius quocumq; quacumq; ad ma-
iorem, minorem, vel nullam rectio-
nem adhiberetur. Eius mortui gloriam
ſibi videre eſt viſus P. Iulius Mancinellus inſtar cæli ſereni, ſed ſtellis
pretioſè diſtincti, ac hæreditatis opulentiæ, quam in Deo acquiſiuerit.
Mirabile in eo ſtudium fuit humilitatis, cui forma puſilli corporis contem-
ptioni peridonea vt ſeruiret, faciebat id ipſe ſtudioſè. Pro Coadiutore ha-
beri ab ignotis gaudebat. Nunquam à ſeipſo alius eſt viſus in vſo caſu im-
pronſo ſeu læto, ſeu trifti. Particulatim in ſingulis ſibi attentus, aded ſe
totum peruicerat, vt nihil iam ſuper-
eſſet, in quo ſe vinceret. Verborum
tam parcus fuit, vt vix fuerit, qui cum
illo ea in virtute conferri poſſet, ſilen-
tij adminiculo. Vnde dicebatur; iis
quæ ille diceret detrahi nihil poſſe, vel
addi: aded caſtigatè ſingula iam ante
expenderat. Magiſter Nouitiorum Re-
ctor Prouincialis, Secretarius, Aſſi-
ſtens, vbiq; ac ſemper Societatis vi-
ua lex dicebatur, tam altè regulas mo-
ribus rotis combiberat, ne per incon-
ſiderantiam quidem vllius oblaſcæ-
reus; circa minimas tamen maiore ſtu-
dio erat attentus, vtpote negligentia
magis obnoxias. Tyronem à blaſphe-
mia ſpiritu repentè liberaſſe fama eſt
cum ſpectare iuſſo ſignum crucis im-

preſſit. A tauro ferbente cornibus
malè acceptus, cum moneretur ad
ſancti Xauerij brachium tunc allatum
votum conciperet, negauit ſe valeru-
dinem miraculo quaſitam velle: mal-
le, quod malit Deus.

P. ANTONIVS

FERNANDEZ.

Alphonſi Mendez Æthiopæ Pa-
triarchæ Vicarius Generalis, qui
illum prolixè laudat ab eximio cultu
Deiparæ: quem ille amorem & cul-
tum ornabat in ſigni corporis vexatio-
ne. Tertiâ poſt mediam noctem horâ
ſurgebat à ſomno, & ſe flagris inele-
menter verberans, animum ad ora-
tionem præparabat. Totos quindecim
dies ante feſtum S. Michaëlis in Se-
ptembri, totidem ante diem Aſſum-
ptæ in calum Deiparæ ieiunio dedi-
cabat. Fama eſt illum in oratione re-
pertum duobus cubitis à terra ſubli-
mem.

Lufitanus
Goz. 12.
Nou. 1641.
Ætat. 71.
Societ. 11.
B.V.
Mortific.

Oratio.

B.V.

Ieiun.

Oratio.

P. PHILIPPVS

STREIDT.

Totam mentem linguam, tempus
Deo conſecrârat, vbiq; Diuinis
intentus, vſque ad Sancti nomen vul-
go illi datum. P. Martinus Stredonius
Prouincialis, vir eximie probitatis, fa-
mâ notus, de illo inter plura ita ſcri-
bit: Nullam dici horam quâ non totam
animam in Deum reſpiceret, ipſe vnquam
elaſam eſſe exploratiſſimum eſt. Altè ſibi
imprefſerat eo die, quo examen parti-
culare negligeret, ſe nec dignum pa-
ne religioſo, nec filium Societatis eſ-
ſe; ſed ſalutis & perfectionis ſuæ in-
curium ſecularem. Beatiffimam Virgi-
nem ingenioſis pietatis induſtriis ve-
nerabatur: cuius præſidio vitæ inno-
centiam

Bohemus
Brunz. 12.
Nou. 1641.
Ætat. 44.
Societ. 19.

Examen.
partic.

B.V.

Mortificat.

centiam creditur conseruasse. Plus quam virginalis illi modestia, & pro lectulo ab annis aliquot nihil aliud nisi stramen. Hæc ibi, & his plura, quæ in accuratissimæ disciplinæ quâ superiore, quâ subito laudari solent, de P. Philippo adfert Stredonius.

P. IOANNES
WEYER.

Germanus
Nouesij 12.
Nou. 1678.

Charitas.

Euchar.

Collegia.

Obedientia, & charitās illum ad omnia, licet humilia, & difficilia, promptum reddebant ad nutum cuiuslibet, quicquid rogaretur aut iuberetur, idque animo pacato ubique ac semper sibi simillimo. Duo, vel tria sacra audiebat quotidie: à mensa Christum prius inuisebat & alloquebatur, ac sua ei verba & facta omnia offerebat prius quam ad colloquendam cum aliis pro more accederet. Preces insigni demissi animi specie,

non nisi fixis humi genibus exequabatur: in cubiculo quoque piis libris legendis cum reuerentia & pietate tanta operam dare notatus, vt pium ac sacrum quidpiam legens vel scribens id flexis genibus faceret coram Deo suo supplex ac pius. Vt corde mundiore oraret, legeret, scriberet, ac diuina tractaret, conscientiam confessione quotidianâ perpurgabat. Bis terque in hebdomadâ (non nunquam quotidie sæpius) ferreâ catenulâ in se per diu & inclementer sauebat: & si quid in mensa palato magis arrideret, vix libabat. Sabbato à cœna abstinebat, vt Deiparæ obsequio illo placeret. Ingruente iam morbo, se victimam obtulit coram Crucifixo positus genibus humi supplex capite ad terram vsque depresso. Quicquid portionis porrigebatur à medico, detecto capite, obedienter, cruce se primum signans accipiebat, obediens vsque ad mortem.

Lectio.

Confessio.
quotid.

Mortific.

Mensa.

B.V.

Morbus.

XIII. DIE NOVEMBRIS.

PAVLVS
KOSTKA.

13. Noueb.
Polonus
Petricouiz.
1677.

Vocatio.

Elemosyn.

Hoc die hunc ponit Stratijs; cuius memoriam nec ego censeo prætermittendam: quippe quem ad Societatem, post diurnam flagitationem à P. Claudio Aquauina susceptum affirmit Societatis Historia. Fuit Paulus B. Stanislai Kostkæ germanus, natu maior, & illi Viennæ haud satis æquus, nec multum pius: at postea totus ad Diuina conuersus, cum parem sibi quæ vndeque placeret, coniugem minimè reperiret. Inde quippe argumentabatur, Deo id minime probari. Sancti Francisci Pa-

tribus auri tantum dedit, quantum cœnobio, ac templo erigendis opus erat Prasnij, ibidem templum oppidi locupletauit annuo vectigali. Ibidem amplas ædes erexit, quas Societati destinabat; sed cum Societati istic sedem figere haud è re videretur, eas ille Xenodochio donauit; totus orandi studio, ieiuniis, ac fortunis in pauperes effundendis intentus. Per ipsos 20. annos nullo die omisit recitare Diuinum, & Beatissimæ Virginis Matris officium. Dum tyrocinio iam impetrato pedem pararet imponere, auctus est ad Collegium Beatorum.

Oratio.

B.V.

MMm

P. FER-

P. FERDINANDVS
GVILLEN.

Hispanus
Triguera in-
certo men-
se, ac die.
1574.

IN hoc, id iam inde ab incunabulis
Ityrocinij laudatè commendatur,
quod licet maturus iam Theologiz
Doctor, Sacerdos, & 41. annos natus
nomen Societati dederit, adeò tamen
se vndeque legibus nostris ac mo-
ribus accommodarit, ut (quod rarum
est) ne illis quidem cesserit qui à te-
neris annis Societatis disciplinæ assue-
vere. Quatuor vota professis adscri-
bendus erupit in lachrymas, & Heu!
inquit, quorsum devenit Societas,
quod ego quoque professis adscribar!
Missus cum esset, coquo, vel aliis
aliquem sibi adiungi pro auxilio ad
labores petentibus, ipse suam operam
addixit. Paupertatem suam voluit non

Humil.

Paupertas.

superfluis tantum, sed sæpè necessariis
quoque carere. Cubiculum illius erat
sine leamno, sine mensa. Libri non nisi
panei, & qui ei quotidie fuerint vsui.
In Missionè corrogati panis cibarij
frustulis victitabat, neque suam tan-
tum, sed & Socij sarcinulam gesta-
bat. Iussus iumentum admittere quo
ad locum quempiam vteretur tandem
paruit quidem, sed cum rediret, illud
Socio Coadiutori dedit, eumque pe-
des secutus est, quod diceret, sibi id
de itione non de redituione fuisse im-
peratum. Domi coei officium tam se-
rid petiit, ut Superior illud ei tantisper
concedendum iudicârit. Morti vici-
nus, rogatus à Rectore, num diuina
iudicia (ita ut hætenus formidâret)
adeò anxio animo metueret; respon-
dit, sibi metum illum in amorem iam
esse diuinâ ope conuersum.

Humil.

Mort.

XIV. DIE NOVEMBRIS.

P. GONSALVVS
GOMEZ.

14. Noueb.
Hispanus
Carauacæ.
1581.

Mortific.
Lingua.

Oratio.
B. V.

Singulos hebdomada dies in alia &
Salia corporis afflicandi genera di-
stribuebat, ut iam cilicium gestaret,
iam se flagris exciperet, iam somnum
vestitus in assere caperet, iam exutus
cilicio indormiret. Cum præsser, ac
alias, interrogatus, non prius respon-
debat quàm dulcissima Iesu & Ma-
riæ nomina silentio pronunciaret, pro
consilio ab iis postulando. Quatuor
horis orabat quotidie. Caruacæ Re-
ctor cum alios gubernaret, ita hebdo-
madam distribuit, ut nec ipsi, nec Pa-
trum ulli dies vnus deesset in hebdo-
mada quo (circa villam munerum no-
strarum iniuriam) sibi attentè vacaret

hoc die alius, alius alio die. Eâ indu-
striâ factum ut Collegium illud san-
ctæ alicui Probationis Domui simili-
mum videretur. Et perstitit mos ille
in illo Collegio, etiam Gonsaluo iam
mortuo. Pati dolores flagrantissimè
flagitauit à Christo in sacro, & impe-
trauit, sanguinis vomitu acerbissimè
cruciat. Mortem illius femina pro-
bitatis eximie nomine celebrata ex
vero prædixit, & pro mortuo postea
orans mirâ dulcedine, ac æternæ sa-
lutis ab illo iam aditæ fiduciâ se per-
fundi persensit. Nostri quoque, do-
loris loco, tenero quodam gaudio hi-
lares gestiebant, clero & magistratu
exequias celebrante.

Path.

P. PE.

P. P E T R V S

SANCHEZ.

Hispanus
14. Noueb.
1581. Aetat.
62 Soc. 18.

AD Societatem aetate, doctrinâ, virtute maturus venit. Cum esset puer, seu adolefcens, ne Deum offenderet, quadam voto concepto promisit se vitaturum, rixas, iuramenta &c. Crucifixum aliquando intentè aspiciens incredibili dolore tactus lachrymas fudit, ob tempus in Dei offensâ malè consumptum. Christi Passionem à S. Ioanne conscriptam recitare in more habebat aliis diebus, Sabbato verò quouis atque Dominico, Deiparæ V. Matris officium. Manè, meridiè, & sub noctem mediam, prolixiùs orabat, & ferè multis persusus lachrymis. Vniuersa illius vita erat spiritus mortificationis, cum suum Israël (ita corpus appellabatur) variè cruciaret. Aragoniæ Prouincia hoc mense *Francisci Hernandez* Coadiutoris, extincti meminit, atque illum cum puer pastoriam ageret, à Beatissimâ Virgine illi inspectâ eique loquente ad Societatem inuitatum. Vixit in Societate magno virtutis, at inter extremos dolores patientiæ potissimum, documento. Vide 25. Ian.

De P. *Iacobo Mesquita* vide 4. Nou. aliqui eum hoc die collocant.

P. B E N E D I C T V S

PALMIUS.

Italus Ferrariz. 14.
Nou. 1598.
Aetat. 21.
Societ. 51.

Bononiæ P. Hieronymi Domenechui concionibus ad Societatem

permotus, exercitiis excultus, Romæ à Sancto Patre Ignatio susceptus; & regendo, & potissimum dicendo excelluit, aded vt dicenti aliquando fuerit acclamatum: Beatus venter qui te portauit. Videbatur in lingua circumferre omnium voluntates: aded illâ, ceu gubernaculo, corda regebat, impellebat, lachrymas ciebat. Primus inter Italos quatuor vota professus, & primus Pontificis Concionator fuit de Societate. Venetiis contubernium periclitantium puellarum illo adnente erectum, ab illo legibus firmatum. In orando, in sacro, in dicendo lachrymis affluentissimè abundabat. Et dicentis fulmina erant lachrymæ, ac rerum, quas è SS. Patribus promebat solidum pondus, facundâ, & vocis dignitate spiritusque ardore ac religiosis moribus mirè conditum.

Conciones.

P. F R A N C I S C V S

FERNANDIVS.

Cocino Bengalanum in Regnum Canno 1598. missus, ibi linguam perdidicit, & quâ dicendo, quâ scribendo ad fidem Christi plures adduxit. Pacem Lusitanos inter ac Barbaros fortè rixantes dum conciliaret, à turba probris & pugnis pessimè acceptus, ad carcèrem abreptus, in ferro & ærumnis diem extremum obiit, si non fidei victima, certè virtutis, id est pacis, & charitatis. P. Iacobum de Mesquita hoc die putant aliqui diem vltimum morte confecisse: nos de illo 4. Nouembres.

Lusitanus
apud Chariganos. 14.
Nou. 1602.

XV. DIE NOVEMBRIS.

P. ROCHVS GONZA-
LEZ DE S. CRUCE.

15. Noueb.
Indus in
Paraquar.
1618, erat.
92. Soc. 19.

Fidel.

Cor.

Charitas.

B. V.

Hispano quidem ortu, sed natali solo in Paraquaria natus, & educatus est in Reductione Beatiss. Virg. Assumptæ, ut vocant. Varios istic populos mitigauit, & Christo subegit. In Vringaicam Prouinciam primus Christum intulit anno 1620. & primæ ibi coloniz, seu Reductioni, Immaculatę Conceptionis nomen dedit. Ipse barbaris mapalia concinabat, Rempubicam, & magistratus distinguebat; leges & agros dabat; communis omnium rusticus, agrarię œconomiz præfectus, Pater, magister, omnia. Quæsitus est aliquando ad necem; cum autem non reperiretur, templum & crux diruta est. Etiam terram. Tapê lustrauit. Post sacrum celebratum, ab irrudentibus coniuratis bicubitali clauâ ligneâ filice armatâ in P. Rochi caput vibratâ, eius cerebrum humi dispersum est, aliis alia vulnera certatim exaggerantibus & mox barbaro plausu orto. Inde ita ut erat quassatum caput resectum est. Quinquaginta tres barbari testes affirmant auditas cordis è pectore P. Rochi has voces: *Occidistis eum qui vos diligit: occidistis corpus meum; & ossa mea contriulistis: at non animam, quam iam inter Beatos versatur in Calo. Multa vobis calamitates euenient ob mortem meam: quia venient filij mei pœnas repetituri, ob violatam Dei Matris imaginem.* At illi: *Hem præstigiator ille adhuc loquitur? Mox euulsum illi cor è pectore loqui desit. Cor in ignem vnâ cum teli cuspidè iniectum, combusto*

relo, integrum inuentum, & anno 1633. Romam perlatum est. Omitto ea quæ de iumento illius perscribuntur.

P. ALPHONSVS
RODRIGVEZ.

Innocens illi ad mortem vsque fuit conscientiz sanctæ nitor; ingenium literaturâ multâ instructum: sed oculi hebetes, à fufis crebro lachrymis, cogitatis potissimum cruciatibus amantissimi Crucifixi. Cæso P. Rocho, ignarus quid rerum turbaretur, Alphonsus prodiit; & non vno Indico acinace in capite saucius, in limine templi concidit victima fortunata. Et huius, & P. Rochi cadauera vulneribus cooperta, circa templum raptata, truncata, igni bis iniecta, vnâ cum eburneo altero & altero plumbeo Crucifixo. Sed tam corpora quàm Cruci affixi Christi simulachra postridie integra inter cineres templi reperta sunt. Sacrificatis liber, & Beatissimæ Virginis Matris imago frustatim discerpta; ob quam cor P. Rochi eis, ut dixi, minitabundâ voce loqui auditum est.

P. ADRIANVS
MANGOTIVS.

IN Deiparæ cultum, & animarum studium effusè propensus fuit verbo, calamo, & exemplo. In extremâ, quâ memoriæ impos premebatur obliuione, patientia illius, pietas, charitas eluxere: id quod Antuerpiensis Domus de illo sic narrat in annuis: *Mirum*

Hispanus
ibid. Soc. 14.

Oratio.

Fidel.

Crucifixum.

B. V.

Belga Antuerpiensis.
Nou. 1614.
erat. 76.

Oblivio.

Mirum ei hoc accidit. Cum animo præsentissimus sibi esset, verborum aded non meminerat, vt ne nomen quidem proprium, nisi ab altero suggestum, proferre posset. In hac tanta tamen obliuione, ad solatium partim, partim ad exercitium virtutis Deo ita moderante obliuionis molestiâ mordicus tenuit, & in promptu semper habuit ferè hæc. Quoties rerum à se cum laude gestarum, aut librorum scriptorum mentionem facientes audiebat, ingeminabat; *miser sum*, quò gloriolæ se insinuantis titillationem excutiebat; quoties egritudinem quâ attinebatur miserantes, in signum voluntatis suæ cum diuina concordantis

opponerebat; *Dominus est*: quoties contentiosius inter se nostros disputantes, ne limites transilirent charitatis, admonebat, *Frates sumus*. Præter hæc vix audire verbum ex afflicto sene fuit, sed videre verba compensantem insigni sensu: soluebatur in lachrymas gaudij testes, si de populi concursu ad nos facto perceptisque à pluribus diuinis mysteriis audiebat memorantes: si lædi charitatem vel in minimo aduertebat contrahebatur mœrore. Eundem suscipiebat, & prodebat pro paupertatis integritate sensum; eundem pro aliis virtutibus: sed mutus, vt dixi, & quasi elinguis memoriâ pertinaciter ei verba negante.

XVI. DIE NOVEMBRIS.

P. FERDINANDVS
DE TOVAR.

16. Nouëb.
Indus apud
Tepegua-
nos. 1616.
Ætat. 35.
Societ. 18.
B. V.

Cvlacanæ in Hispania noua clavis natalibus, & beneficâ erga Societatem stirpe ortus, ingenio ad omnem literariam disciplinam, & ad Ecclesiastæ dotes ac munus prompto Societatem ornauit. Beatissimam Virginem precibus variè coluit; sed imitatione potissimum virginitatis, & humilitatis. Mater illius, pia, & locuples vidua, vnâ cum nepte, sanctimonialibus se adiunxit. Apud Tepeguanos dum pro re Christiana satageret, contra illum, & socios, ac religionem denique Christianam, barbaros illos concitauit homo veneficus: cuius verbis efficacitatem addidit ad spectabilis palam dæmon, tristia illis minatus omnia, ni venefico illi parent. Ergo P. Fernandus humi profligatus, & in pectore lanceâ confossus est; aliis barbaris interea exprobran-

tibus, dicentibusque: Itane peracta iam vobis videntur omnia cum vestro illo carmine: *Pater noster, Ave MARIA?* Videbimus quomodo Deus ille quem prædicant hunc suum mortuum suscitabit. P. Ferdinandus cum olim, tunc adhuc puer, videret matrem suam occupatam in scrinio paruulo præparando, vt in illo P. Gundisalui Tapię in odium fidei tunc cæsi caput recondideret, dixit: Nimis angustus est locus iste pro illo capite. Serua hoc scrinium capiti meo, Mater: nam & ego sic cædar. P. Franciscus Arista Missionis Superior, persanctè testatus est, Patrem Ferdinandum illicd ab obitu sibi conspectum pallidum, specie mortuali; mirantique sibi, ac perenti ecquid cum illo ageretur, mox vultu hilari respondisse: *Benè, feliciter! In Calo bona omnia mihi abundè sunt: in Deo omnia bona possideo: nec quicquam aliud mihi desiderandum est* Et videri desisse. Matri quoque illius, Mexici venerabili specie vir de Societate quispiam

M. M. m. 3

per

Dæmon.

Moru.

Calum.

per quietem dixit; Eius filium odio fidei casum esse: ac paulò post, ap- pulso istuc mortis nuncio, veritas di- cti apparuit; mirà cum ijs consensio- ne quæ matri iam olim puer de se à barbaris cadendo, vt retuli, prædixe- rat Ferdinandus. P. Petrus Ortigosa, eius olim magister, per quietem vidit agmen aduolantium ad se in candida nubecula pulcherrimarum columba- rum, quæ cantu quodam eum ad Deū laudandum inuitabant, canentes: *communem omnium Dominum laudibus offeramus.* Inter hæc alis blandè plau- debant; & Petri brachio insidebant. Dux aliarum se Patris Ferdinandi spe- cie præbuit agnoscendam è columba velut mox homo. Et hæc Petrus iu- re iurando affirmavit.

Columbo.

P. FRANCISCVS

RIBERIVS.

Lustratus
in Africa
incerto mē-
se. 1620. æt.
36. Soc. 21.

Fides.

Sacrum.

GOæ ad Societatem aggregatus, Mozambico postea ad Cafres in extrema zona torrida sitos profectus est, missu maiorum; & cum Rege non parum profecit pro Christi lege prædicanda, erigendâ Cruce; templis ex- citandis. Ea res Saracenorum pro lege Mahometi contra Christi legem sata- gentium odia excitauit: quare illum ad aras diuino sacrificio intentum ha- stis transfixum interemere, hostiam gloriosam.

P. G A S P A R

SANCTIVS.

Hispanus
Madridi. 16.
Nov. 1628.
æt. 75.
Soc. 58.

HVmaniorem literaturam docuit per annos triginta: & quidem per annos duodecim, antequam, vel altiora audiret vel sacris initiaretur. Post Theologiam verò iam Sacerdos idem fecit per annos 18. cursu nunquā

interrupto, etiam per illud triennium, quo fuit Rector Collegij. Deinde Cōpluti sacras literas explicuit, nun- quam irasci visum, nunquam vocem alius extulisse, nunquam in omni vi- ta mentitum, nunquam vilius lethali peccati fuisse reum aiunt. Humi- litate, ac simplicitate fuit insigni, ei- tra vllas urbanæ vanitatis formas. Commendabat humilitatem horrendo iræ diuinæ in superbum nobilem demonstratæ exemplo, cui ipse testis interfuit, & P. Joanni Nierembergio narrauit, hic autem Manuali Principum c. 32. §. 6. inseruit. Cum cadauer superbi illius viri magno apparatu ferretur ad templum, tempestas tanta coorta est vt omnibus dilapsis, cada- ner in platæa fuerit relictum. Ne ve- rò tempestas duraret diutius, duo tresque de pauperum turbâ viri illud funibus tumbæ iniectis ad templum, atque ad sacellum eiusdem superbi no- bilis apparatū instructum pertraxere. Demisso in sepulchrum cadauere, ful- men in sacellum sese penetrans, quic- quid illic splendorum insignium ac pompæ fuit, combussit; tum in sepul- chrum descendit, ac superbi illius no- bilis cadauer in cineres redegit. Tran- quillatâ iam tempestate, cum ad se- pulchrum descendere nemo auderet, descendit P. Gaspar; & superbi illius cadaueris loco nil nisi funestos cineres istic vidit. Caterum, Gaspar noster ad omnes humilitatis artes attentus, ferè ad extremam vsque ætatem & constantiâ, & demissione insigni, nul- lo non die suam operâ triclinio com- ponendo addixit. Huic demon ab exorcista iussus in templo omnium humillimi pedes osculari, P. Sanctij pedes est osculatus, Gaspare illum vt Patrem mendacij arguente. Demon ibidem de illo proclamauit. O quàm mundam, & puram animam haber iste! Nullam fœminam ab alia dis- cernebat

Modestia.

Humilit.

Castitas.

cornebat in facie; quia nullius faciem aspiciebat. Paupertas ab illo tenerè amata in omnibus. Compluti dixit in exhortatione sibi ita persuasum esse se à Dæmone mox inuadendum, si vel vnam vnam passam, sine acceptâ prius facultate acciperet. In cubiculo habebat, illo velut carcere se damnans. Cilicium ad meridiem vsque gestabat quotidie; flagellis quoque singulis diebus se cædens. Aiebat, Concionatores, qui student flosculis esse magnos persecutores sanctæ Dei Ecclesiæ. Inter orandum visus est ore toto, aliquando pulchrâ luce, perfusus. Ager vidit Christum, vt aiunt, & B. Virginem in vestibus candidis, & cælesti luce; deinde SS. Ignatium, & Xaverium, denique lumina quædam in conclavi rairè lucentia. Promissa illi felix mors & alia plura, de quibus in vita.

Paupertas.

Mortific.

Concionator.
vni.

Oratio.
B. V.
Mortific.
S. P. Ignat.

P. DANIEL

STVLLIUS.

ERISSE Apostolico suo spiritu perquam utilis fuit ad fructum animarum, quò nomine latè celebratur in annuis. Inter arduos labores ille se stimulo excitabat: *Bene animo esto, Daniel! Bene tibi erit. Magna illa gloria paruo labore non emitur.* Illius sanguine flagris excusso & parietes perspersi, & vestes imbutæ piæ illius sequitiam ostentebant. Vino nunquam vsus, nisi hospitum causâ, id charitas imperasset. Eucharistiam ab ægro nauseante vomitu eiectam, hausit intrepidus. Cum ægro malè de se merito impensius ministraret, mortis sementem hausit, quæ illum nullius vnquam lethalis culpæ conscius, æternæ, vt bona spes est, vitæ transcripsit.

Belga in
Iauia. 16.
Nov. 1691.
ætat. 42.

Spu.

Mortific.

Charitas.

XVII. DIE NOVEMBRIS.

P. ALPHONSVS

CORTES.

17. Noubr.
Hispanus
Plata. 16. 6.
ætat. 47.
Societ. 16.

Euchar.

Christus.
Oratio.
Confessio
B. V.

Purgator.

Humilitate conabatur obnuere doctrinæ opinionem quam habebat. Orandi studio excelluit, & amore in sanctissimum Sacramentum, in quo instar solis, aut globi lucidi vidisse fertur Christum non semel splendentem; qui etiam aliàs ei comes adesse est visus. His tamen vt ne extolleretur, scrupulis illius exerceri permittit Deus: quâ in re aliquando apud Beatissimam Virginem opem petenti, Beatissima Virgo suggessit consilium; vt esset animabus Purgatorij adiuvandis magis addictus. Eidem sollicito, & num bene rem suæ salutis a-

geret petenti, respondisse dicitur eadem Virgo Mater; Bene illum, bene res agere: adiecit tamen, vt ea, quæ ageret maiore perfectione exequi niteretur. Adfuit eadem etiam morienti, & læto, vt aiunt.

Mort.

P. IOANNES

DE CASTILLO.

IN Paraquaria præclaris perfunctus laboribus cum P. Rochò, de quo heri dixi, Caciuij diuinitatem sibi arroganti iussu, dum officio diuino recitando intendit, fustibus verberatus, iaculis confixus, ense tribus vulneribus saucius, nudus per aspera perque aquas fune raptatus, orabat Deum.

Hispanus
in Paraqua-
ria. 17. Nov.
1628 ætat.
33. Societ. 40.

Amor Dei. Deum latinè; ac vernaculo idiomate ingeminabat identidem: *Tupare*; id est; *Sint hæc Dei amore*. Expansis dein de in crucem brachiis, arbori alligatus, percussus, duobus saxis capiti illis interemptus est. Cadaver à tigrilibus intactum, flammis abolitum: Crucifixi effigies in templo contrita: & ille diuinitatis affectator, lacris per ludibrium indutus baptizatos coadunauit, eorumque vertices aquâ calidâ abluit chrismati abolendo; linguas testâ rasi, sali baptismatis eradendo.

PETRVS ANGELVS

BONCHRISTIANVS
SCHOL.

Italus Romæ. 17. Non. 1538. ætat. 20. Societ. 3. B.V.

Leſio spirit.

B. Aloysius. Euchar.

PRIMUM in vtero vitæ signum dedit, matre in Lauretana Domo flagrantè orante. Puer à Matre vestes clericales obtinuit, quò propius ad Deum accederet, ac Sacro receptui caneret. Lectitabat vitas B. Aloysij, ac Berchmanni & imitabatur modestiam, silentium, sui afflictationem. B. Aloysij vitam gestabat in sinu; & ante, ac post acceptam sacram Synaxim, ex ea caput vnum legebat. In mensa semper aliquid sibi detrahebat

quod Palato videbat præ aliis arridere, vnde vltimo illo ante cineres tri-
duo à carnibus omninò abstinuit. Romæ ad Societatem admissus, cum in horto inambulans oraret, suauissimâ quadam teneritate oculos defigebat in cælo, cœus scopo desideriorum. Quicquid ad rem suam faciebat, quod à Magistro, quod à Sociis audiebat inter colloquendum, in commentariolum referebat. Pro felici morte elegit præfides sanctum Iosephum, bonum Latronem crucifixum, SS. Vrsulam, & Socias, Barbaram, Augustinum, Martinum, Hilarionem. Votorum formulam Beatissimæ Virginis imagini inscribi, Lestuloque oppendi curauit æger, vt eam sæpius regustaret. Certas quasdam virtutes sibi destinaret: & pro adeptione illarum nominatim sanctos quosdam delegerat, quorum exemplo, & ope iuuaretur. Morti vicinus sæpè silentio dicere est auditus: *Gaudeo, Domine, quod sis immensus, infinitus, omnipotens, misericors, & summum bonum. Volo quod vis. Exule quod Maestas tua sit tam grandis, tam bona, & amabilis.* Mortuus est cum opinione plus quàm ordinariæ innocentiae, ac virtutis.

XVIII. DIE NOVEMBRIS.

P. IACOBVS

DE LEDESMA.

18 Noueb. Hispanus Romæ. 1575. ætat. 55. Soc. 25.

IN Hispania, Gallia, Flandria ingemium disciplinis solidis expoliuit. Romam ad Societatem contendenti fertur Augustæ Christus conspicendum se dedisse, & bono eum animo esse iussisse, promississeque futurum, vt castè, ac perseueranter in obsequio

Dei in Societate persisteret. Brixia: Deipara sole pulchrior illi conspecta (vt credit) eadem adpromisit, & se illi morienti adfuturam adiecit. Adfuere etiam cum illa sanctæ Maria Magdalena, Catharina Virgo Martyr, atque Catharina Senensis, quæ in recessu cantabant cælesti voce donum, & præmia castitatis; cum dicerent, *quantum est donum castitatis quod confert Deus pietatis! Divina res est castitas,*
Divina

Divina sunt & premia, que continent dat
Dens. Romæ postea magno virtutis,
ac doctrinæ exemplo studiis præfuit,
ut est latius in eius vita ad annum
1575.

EDVARDVS TROGMORTONVS NOVIT.

Anglus Ro-
me. 18. Nou.
1582. Soc. 11.

Euchar.

B.V.

S. Odo.

Mors.

Crucifixus.

Hic in extremo vitæ impetratâ So-
cietate Nouitiorum vota nun-
cupauit. Nobili domo natus post pue-
ritiam Angelico more exactam, Ro-
thomagum, & inde pedes Romam
contendit, in Anglicano Collegio mag-
nâ virtutis selectissimâ laude versatus.
A sacra Synaxi perceptâ duas, eoque
aliquando amplius horas dabat gratiis
hospiti tanto reddendis, lachrymis-
que fundendis. Solebat vesperi bene-
dictionem à B.V. petere, ut in Anglia
boni filij solent à suis parentibus. In
morbo extremo cum de genibus id fa-
cere haud posset, iunctis manibus aie-
bat: O gloriosa, Mater, benedicta,
digneris pro tua benignitate respicere
me miserum, & recipere in filium tuum,
tuamque mihi benedictionem imper-
tiri. S. Odo illi pro Nouembri mense
retularis datus. Hic Eduardum suum
ægrum inuist, ut illi videbatur, mul-
ta ei locutus: & eius die mortem op-
petiit felix cliens. Societatem hacten-
us expetitam, tunc demum cum æ-
ger esset impetravit, votis quoque re-
ligiosè conceptis; ad quæ religiosa
vota retractanda spectris nocturnis
virgebatur, sed vicit, & mox Iesum è
Cruce pendentem vidisse dicitur spe-
ctris eo spectaculo vltro illicò dilap-
sis. Decimo post eius excessum die
ibidem eius amicorum quispiam no-
ctu à quopiam excitari sibi visus, mox
Eduardi meminit, & cubiculum illu-
stri luce splendidum, ac splendidam
in alto stellam aspexit.

P. DIDACVS DE OROSCO.

Illustri orru, Marchionis Mortaræ
Inepos, cum puer adhuc esset, aiebat
se Societati daturum nomen; in In-
diam transmissurum; ibique caden-
dum in odium fidei Christianæ. Apud
Tepeguanos passus licet durissima,
tamen corpus tenerum flagris ac cili-
ciis atterebat, seruando virginitatis
thesauro; quem & seruauit. Extremo
die, prædixit Christianis; eo die sibi
moriendum esse: id quod factum. E-
tenim cum Sanctissimum Eucharistiæ
Sacramentum portaret, visi sunt illud
impij barbari adorare. Aiebat ille; præ-
sentem istic esse Deum, qui bonis pre-
mia, malis verò supplicia esset reddi-
turus. At illi, mentiri eum dicebant;
Deum enim Christianorum non lo-
qui. Irruitur in sacram pyxidem (quam
custodiam & ciborium vocant) spar-
gantur sacræ particule: imago Bea-
tissimæ Virginis (quam nobilis vir po-
nè gestabat) discerpitur; Christiani
caduntur. P. Didacum barbari octo
corripiunt, & eo in altum sublato cla-
mant id quod ab eo in sacro sæpè au-
dierant: *Dominus vobiscum.* Respon-
dent alij: *Et cum Spiritu tuo.* Interea
vnus quispiam dorsum illi, ac pectus
iaculo eminus, transuerberat. Humi
prostrato in crucis modum explicant
brachia, illo dicente: *Agerent sibi mo-
ri pro Deo certum esse.* Tum securi sæ-
uiens in eum quispiam, illum à tergo
à vertice ad imum vsque diuinit. In fe-
more inuentum cilicium quod pro-
fundè in carnem penetrarat.

Hispanus
apud Tepe-
guanos. 18.
Nou. 1616.

Mors præ-
dicta.

Eucharist.

Fides.

B.V.

Mors.

Cilicium.

NN

P. BER-

P. BERNARDVS
DE CISNEROS.

Hispanus
ibid. 18.
Nou. 1516.
ætat. 34.
Societ. 17.

Eidem.

ANNO 1605. in nouam Hispaniam nauigauit: ubi labores, verbera, vulnera plura perpessus est, ob idolum euersum. Indus quidam illum tribus plagis pectori infictis prostrauit: sed Bernardus curatus est; nec autorem prodidit. Postea lanceâ confixus, extremum in capite vulnus accepit, & obiit.

P. LUDOVICVS
DE ALABES.

Indus ibid.
18. Noueb.
1610. ætat.
17. Soc. 9.

Innocent.

Oculis.

Oratio.

Calum.

Idem.

CLARO in noua Hispania genere orti Ludouici nomen cum in album baptizatorum referret Parochus è S. Dominici familia religiosus, quadam præclaræ illius mortis vaticinatione, solius illius nomen, præter morem, grandi & rubro charactere in librum retulit. Putatur baptismalis, quam vocamus, gratiæ iacturam fecisse nunquam per aliquam grauem noxam. Perspicax conscientie suæ custos, in illa, velut in radio, etiam atomos peruidebat. Modestus illi vultus, & oculi sæpenumero in cælum sublatis, cum eas preces vibraret vocis vel suspirio, quas iaculatorias appellamus. Ad mortem cruciatam se multâ sui afflictatione parabat, frequenter tres quatuorû horis orasse animaduersus, & Beatissimæ Christi Martis omni studio colendæ perstudiosus: à qua etiam certior factus est, fore ut in odium fidei cederetur die quoque nominatim præstituro quo id futurum esset. Aiunt illam ter ei locutam. Et verò coram B. V. imagine orantem vidit quispiam, vocemque humanâ longè augustiorem audiuit quæ illi

mortem illam gloriosam promittebat; Ludouico gratias impensè agente, ac annuente. In sacro auditus est dicere: Itane, Domine, tali morte cademus? Et omnes? Fiat voluntas tua. Vnde & F. Sebastiano Montano Ord. Præd. disertè prædixit fore ut vterque in fidei odium trucidetur. id quod euenit.

Mort.

Sacrum.

P. IOANNES
DE VALLE.

INDOS industriâ continuatâ mirum in modum iuuabat, excolebat. Ipse quoque arabat, ut illos arare doceret; ipse illis coquus, Pater, frater, minister, omnia. Multa probra (etiam à Christianis Europæis diuitibus) perpessus est, & falsas calumnias. A sacrificio reuertentem, sacrificiali adhuc apparatu indurum colapho percussit barbarus: & causam rogatus; causam esse dixit ipsum sacrificium quod celebrasset. At hæc illi valde crebra & visitata fuere. Ipse ut seipsum ad sanguinem usque cederet, foras in agrum secedebat. Pacificatoriis verbis, & aribus mirè præstabat. Vnde illi P. Ioannes à Pare nomen adhæsit. In cubiculo in quo eum esse constabat quæsitus ad necem à barbaro, videri non potuit, licet barbaro compertum esset Ioannem istuc esse. Gloriosæ cæli Reginae supra quàm explicari satis possit fuit addictus. Audito Mariæ nomine erubescerebat, oculis colliquecebat, atdebatur. Voto quotidie instaurato promittebat, se nil negaturum quod illius nomine peteretur, si suæ conditioni esset consentaneum id præstare. Chirographum suo sanguine conscripsit, quo se illi in mancipium dedicauit. Rosarium ei erat loco catenæ mancipij, quod ille flexis genibus quotidie recitabat. Clientelæ pretium, celsæ.

Hispanus in
vico S. Ig.
natij. 18.
Nou. 1616.
ætat. 40.
Societ. 15.
Charit.

Fidei.

Mentis.

B. V.

Mancipium

Festa.
B V.

Litania.

Sabbat.

cessera, tributum erat, quicquid cogitare, loqueretur, aut ageret, Virgini Beatissimæ dedicare. A festis B. Virginis per octo dies Litanias illius septies quotidie recitabat. Familiare illi erat, Sabbato & B. V. festis, atque vigiliis illud rosarii genus, quo ei centies & quinquagies, loco salutationis Angelicæ, gratulabatur de tantâ gloriâ maternitatis cum virginitate coniunctæ. Celebrem quandam Deiparæ augustæ imaginem interdiu quotidie, ac noctu sæpius, visitabat; quæ postea, eodem tempore quo ille trucidatus est, telis confixa est. Nihil aggrediebatur vnquam nisi prius consilio & auxilio Deiparæ implorato. Trimestri ante mortem scripsit; se ante trimestre in fidei odium occidendum à Tepe-

guanis. Aliqui in inclytæ illius mortis omen vertere, quod in caput P. Ioannis Missæ sacrificium celebrantis palma è S. Agnetis statuæ manibus sit delapsa. Virginem semper vixisse, ac eodem Deiparæ charissimum fuisse, compertum est. In eius collo pendens ipsanoticea reperta est cum particula S. Crucis, & chirographo quo se Beatissimæ Virgini in mancipium dedicarat. Perierat ab illo Guadianæ Gubernator particulam Crucis Christi. Respondit Ioannes; habiturum, sed alibi. Respondit promisso euentus. Etenim inuenta de eius collo pendens illa Crucis particula eidem Gubernatori cessit, memori promissi à Ioanne seruati.

B V.
Mancipium.

XIX. DIE NOVEMBRIS.

P. IOANNES
FONTE.19 Nouēb.
Hispanus
apud Tepe
guanos.
1616 ætat.
41. Soc. 23.

Charitas.

Zelus.

Mortific.

Vir vndeque impiger ad labores magnis etiam ac multis arumnis graues, cum sitis illum non raro ad lacunas ipsas bibendas compelleret. Ipse laterculos Indis conficiebat, vt domos extruerent; ipse aratra fabricabat, agrosque colebat; ipse infirmis coquus, medicus, modicarius, cibum in os inferebat: omnes blandè, se verò longè seuerissimè, habebat. Linguas feliciter memoriæ commendauit; Tepeguanam arti etiam illigauit vt disceretur. Multos Christo lucratus, idcirco in carcerem aliquando ad mortem fame istic ob-eundam coniectus est. Bius cadauer inuentum eiunctum cilicio. Terrio post mense tam huius quam PP. Ioannis de Valle, Ludouici de Alabos, & Hie-

ronymi de Moranta, corpora humi nuda, planeque recentia reperta sunt, duobus canibus illa custodientibus. Integer item manipulus concionum, nil corruptus inter tot imbres, ac nubes.

P. HIERONYMVS
MORANTA.

Fuit socius P. Ioannis in vita, & morte. Deprehensus est aliquando in loco ab arbitris remoto, Cruci affixi Christi effigiem renens manu alterâ, alterâ se flagellans, & plorans vberim, oransque pro salute Indorum, ac pro efficacitate concionum, vt ea in corda profundissimè penetrarent. Inde concione quadam vnicâ facillè quingentos conuertit. Hispani illum Sancti nomine appellabant ab excelsâ existimatione virtutis. Columba circa

Hispanus
ibid. ætat.
41.
Mortif.
Crucifixus.

Oratio.

Sacrific.

NNn 2

illum

Mortific.

illum sacrificantem volare visa est non semel, sanguinis fundendi index. Cædendum in fidei odium prædixit Alphonsus Rodriguez; id quod hoc demum die patratum est. In huius quoque cadauere cilicium est repertum.

P. BERNARDVS

CRESCENTIVS.

Italus Drepani. 19.
Nouemb.
1617. ætat.
56. Soc. 40.

Drepanitanis peste afflictis, magna assiduitate seruiuit; vir libera-

XX. DIE NOVEMBRIS.

P. DIDACVS

BORRASA.

20 Noueb.
Hispanus
Valenciæ vel
Gadiæ. 1581.

ed.

Roma, Dilingæ, Parisijs tanto nomine ac frequentia docuit, ut nescio ubi *Philosophi* cognomen tum tulerit, à quingentis auditus. Simplicitate ac obedientia excelebat. Hirundinem in arbore sedentem accipere iussus, cæco obsequio paruit, iuit; & Deo eius obedientiam ita honorante aniculam facile cepit, atque ad Superiorem tulit; ijs qui spectabant ad obedientia documentum, & rei admirabilitatem attollitis.

P. PETRVS

PRADVS.

Hispanus
Cæsaraugustæ. 10. Nou.
1596.

Concioner.
Mortific.

Mort.

Cæsaraugustanum Collegium prægebat cum illum mors rapuit è vita multis præclaris dotibus inclyrâ, sed maxime dicendi efficacia insigni. Ut in se ardorem cælestem excitaret, antequam pulpitem conscenderet, in se flagris acriter animaduertebat. Alicui visus est in cælo mirabili

lis ad omnia charitatis. Per ipsos 35 annos molesto & occulto ac diro quopiam morbi genere laborauit, nil sibi parcens interea, nil corpori etiam ita ut erat semineceto indulgens, vel cibi, vel otij, magno fructu, magna opinione probitatis singularis.

Charita.

gloria illustris posteaquam per horas aliquot in flammis Purgatorii penas eorum dedisset quæ in vita necdum penitus expiârat.

P. FERDINANDVS

DE SANTAREN.

Per annos 23, in missionibus Indiae versatus, virginitate, ac sanctimonie laude illustris asperissima multa perpessus est. Supra 40. noua templa istic erexit; & ut minimum quinquaginta millia capitum suâ manu baptizauit. Aliquando à duobus Indis petiit arbori alligari, & dorso toto flagris concidi. Magna in illo eminuit custodia oculorum, suavis placido in ore verborum vis ac robur, & dulcissima in tot periculis ac rebus asperimis è cælo voluptates. Aiebat; quod velle ærumnis carere sit idem ac velle Christo tergum obuertere, atque illum solum sub Cruce relinquere. Finem ærumnarum reperit in morte, quam illi Tepeguani odio fidei, quæ latius se porrigebat, accensum intulere. Cum caderetur humi abiectus, rogabat; ecur

Hispanus in
Tenerap.
10. Nou.
1616.

Fides.

Mortific.

Oculi.

Patientia.

Fides.

cur occideretur. Respondere barbari : Satis superque esse causa ad eadem quod Sacerdos Christianus esset. Ita illi clauam contractum caput, cerebrumque dispersum est.

P. I O A N N E S
DE LA BRETESCHE.

Gallus Pa-
ris 20.
Nouembris
1614. etat.
51. Soc. 32.
B. V.
Vocatio.

Hic animi anxius, & deliberabundus quem religiosum ordinem complecti deberet, visus sibi est de manu Beatissimæ Virginis vestes omnes, quibus Societas vitur accipere, atque ijs esse indutus. Hoc viso animum hastenus ancipitem ad Societatem adiecit; in qua, miti, & forti ad

patendum indole, in se verò aspero semper fuit ingenio. Somnum illi, ac noctes interrompebant oratio, & flagella, quibus corpus pessimè accipiebat. Cilicium illi tam frequens, tam asperum, ut caro illi callum ab illo induxerit. Duabus antè alios, horis ad orandum abrumpebat somnum: & postquam bis Nouitios gubernaret, petiit mitti ad paruulos in infima classe docendos. Nouitium vehementi cogitatione de reperendo seculo agitatum, & iam tertio id explicantem, charo amplexu strinxit, & post fusas vberim lachrymas quieto animo esse iussit, ac eo facto penitus tranquillauit.

Mortific.

Oratio.

Tentatio.

XXI DIE NOVEMBRIS.

P. FRANCISCVS
TURRIANVS.

21. Nouéb.
Hispanus
Romæ 1584.
Societ. 17.

Gracorum, reconditorumque authorum, & omnis antiquitatis peritus, magnâ doctrinæ opinione, atque autoritate interfuit Concilio Tridentino, à summo Pontifice istuc missus. Societatem amplexus est ætate iam grauis, at senectâ utili adhuc, & viridi, magno planè humilitatis documento inter tyrones versatus. Illud autem nobilissimæ in Bibliothecis peruolutandis positæ operæ pretium tulit eruditus hic senex, quod cum Pius V. Pont. Max. festum Præsentationis B. V. è Breuiario, cui minis verus, expungi passus fuisset; Turrianus omnem eruditionis suæ neruum atque industriam præclaro labore impenderit honori Virginis, & è verustissimis autoritatibus ostenderit, eius festi celebritatem antiquiorem

esse, quàm ut ea propter omitti deberet. Perfecitque, ut Beatissima Virgo in templo præsentata 21. Nouembris ab Ecclesia diuino etiam officio restituta celebraretur; cuius tam solidæ, tam latè in futura tempora porrectæ pietatis præmium fuisse videri potuit mors, quâ hoc ipso Præsentatæ Deiparæ die Franciscus in templo gloriæ, ut speramus, à defensa tunc Deiparæ est præsentatus.

N I C O L A V S

MARTIVS SCHOL.

Morum innocentia, & magno Indiarum Zelo, sed morte potissimum ex charitate profectâ fuit illustris. Terrium Philosophiæ annum agens, cum pestem latè grassari videret, velletque Indicam suam professionem (quàm necdum impetrabat) nobili quoque, heroicoque facinore

Germanus
Ingolstadt.
21. Nouéb.
1634. etat.
21. Soc. 5.

Zelus.

NN n 3

com-

Charitas.
Mortis.

compenſare; vitam ipſe ſuam (ita de illo literæ) Superiore annuente, Deo ſolemnibus verbis pro ſalute ſociorum deuotit; & biduo poſt ſuffocatus catarrho, Deo puriſſimam animam reddidit.

P. G A S P A R
DE AZEVEDO.

Hiſpanus
Burgis. 1565
menſe, ad
d e incerto.
Mortific.

DIu præſuit, & ſemper gratus cum neruo diſciplinæ. Manè quatuor, veſperi duas horas dabat orationi. Cilicino ſacro, eoque horrido totus in-

ductus, & ferreâ catenâ circumdatus. Breuiſſimum ſomnum, eumque non niſi ſuper aſſerem, capiebat. Quotidie diu ſe atque inclementer verberabat. Feriis verò ſextis, factâ ad noſtros exhortatione domesticâ præcedebat illos ad templum, vbi omnes per 7. Pſalmorum Pœnitentialium, & Litaniarum Sanctorum omnium ſpatium ſe cædebant. Iſdem feriis ieiunio ſe macerabat, pane & aquâ contentus. Nam vinum ad potum nunquam admittit. Burgis obiit in obſequio peſte tactorum.

Oratio.

Mortis.

XXII. DIE NOVE MBRIS.

P. A R N O L D V S
PROCVRERIVS.

ipſo pituitæ ſætidæ fluxum in momento ſtitit.

P. P E T R V S
BERNAL.

21. Noueb.
Belga Traiecti 1595.
ætat. 74.

Cæſtitas.

B. V.

CUM ante initam Societatem Sanctimonialibus quibuſdam præſeſſet, ac cœnobij præſecta quorſdam hoſpitio accipere deſtinarer, quos Arnoldus minime probabat; aſſermatè dixit, ſe nocte illâ ſtationem deſerturum, ſi illa id faceret. Vnde illa prudens abſtitit, ne virum tam probatæ virtutis amitteret. Erga Societatem fuit beneficus; & in illam admiſſus, pauperes conſtitentes, libentiùs, quàm diuites audiebat. Orationi, & quieti addictus illud crebrò uſurpabat: *Latetur cor meum, ut timeat nomen tuum.* Deiparæ Virginis fuit perſtudioſus. Subnatum ei fuerat (inquit Seratius, qui illum nouit) in nari- bus os & poſt varia fruſtra adhibita remedia vocati grant Medici, qui illud tentarent extrahere: qui dum expectantur P. Arnoldus Sacroſanctæ Deiparæ ope imploratâ, ipſe illud nullo ſuo dolore extraxit; atque eo

CORPUS ſuum hoſtiliter habuit. Vario cruciatu ſpontè ſibi inſlicto, aſperis etiam crebro aculeo laminis carni adſtrictis: idque pro erratis tam ſuis, quàm eorum quibus præerat magno planè omnium exemplo, ac ſtimulo ad virtutem in Superiore perſanctè lucentem, ſeu Collegiis, ſeu Prouinciæ eſſet Præpoſitus. Supplebat Magiſtrorum vices in ſcholis inſimis, ægrorum curam ſuſcipiebat, dicebat ad populum flagrantia mirabili; & quicquid ab aliis erraretur, à ſua illâ animi æquabilitate nihil penitus diſcedebat. Noctis partem magnam orando ducebat: vnde illi præclara lumina illuxère. Contra iurandi conſuetudinem tantâ efficacitate dicebat ut etiam paruuli dictitarent; ſe iurare nolle, ne P. Bernal habeat cur indig-

Hiſpanus
Guadixij.
21. Noueb.
1601. ætat.
72. Soc. 49.
Mortific.

Superior.

Oratio.

betur.

netur. De agro viro illuſtri (de quo obnunciantes Medici iam vitæ ſpem abiecerant) prædixit, fore, vt ex eo morbo minimè abiret è vita. Mox ad facrum pro illo celebrandum profectus, inde ad ſacrarium redux nunciũ accepit quòd æger ille ad priſtinam ſanitatẽ redierit. Ægri Matri, & auix gratias agentibus reſpondit; gratias deberi ſanctiſſimo Sacramento, à quo id beneficij accepiſſent. Eadem paruulum alium filium perdiderant, & dolenter querebantur; at Pater illum eã nocte domi dormiturum ex verò prædixit: & vbi reuertiffet ſemoneri iuſſit. Ipſe domi orationes ad vnã & dimidiam vſque horam produxit: & paruulus domum redux Matri dixit, ſe cum erraſſet, ab homine ignoto reductum domum vſque. Apud Xerẽſes Euangelium ſuper virum illuſtrem febri aſtuantem recitauit: nec priùs finiit quàm febris abſceſſerit, magnà Eccleſiæ rituum efficaçitate tum hoc tum aliis exemplis conſtatã, vt quando P. Antonij de Cardenas doloribus afflicti, atque id petentis capiti manus impoſuit, ac dixit: *Super agros manus imponent, & benè habebunt*: & omnis dolor conſeſtim abſterſus eſt. Vxori medici, atque aliis, ſanitatẽ in morbo periculis pleno prædixit; & euentus prædictioni reſpondit. Sub extremum, omnibus pro morte ritè peractis, voce iam ſeſã dixit: In reliquo reſpoſita eſt mihi corona iuſtitix.

P. FERDINANDVS
DE ALAMO.

Hiſpanus in Monte frigidò, 22. Nouembriſ 1607. ætat. 58. Soc. 48.

Gonzalum germanum ſuum ad Societatem ſecutus, mirabili ſemper animi corporiſq; innocentia emicuit, adeo vt demon aliquando dice-
re ſit audias; Alamelum (ita eum

contempnim appellabat) Feſſe vnum ex ijs quos haberet maximè inimicos. A Deo miris modis adiutus eſt ad animas quaſdam ab exitio liberandas. In ſacris expeditionibus Apoſtolico ſpiritu verſatus, feliciffimã ſacundia omnia concurſabat. Et verò in ea occupatione inter acerrimos laterum dolores viuendi finem fecit magnis omnium laudibus commẽdatus. Corpus Granatam tranſlatum eſt. Accenſus verò eſt ad miſſiones maiore ardore, quòd aliquando ad eas à Pro-
uinciæ Præpoſito inuitatus, obtentu valetudinis ac dolorum detreſtaſſet. At poſtea inter aſceticas commentationes apertum Chriſti latuſ intuituſ, atque illac in Chriſti viſcera corde penetrans, ſe peruicit, & Miſſionem cum lachrymis impetrauit.

IOANNES
SCHELLÆVS COAD.

Supra ætatem, & ferè ſupra vires Sin miniſteriis domeſticis aſſiduè ardens fuit, labore inſigni, licet nobili Domo natus, & Philoſophia benè inſtructus. Eius Pater vir nobiliſ inter primos in odium fidei Catholice expulſus ex Anglia diem finiit in exilio glorioſo. Ioannes ante initam Societatem è matrimonio liberos ſuſceperat, & perſanctè educarat. Vnde omnes ſacris initiati ſunt, & ex iis duo etiam Societatem amplexi; duæ verò filix Sanctimonialium cœnobium ingreſſæ ac Deo dicatæ. Elizabethâ Reginâ ſu-
rentè paſſus eſt iacturam non medio-
crem fortunarum: ne omnia perderet per trẽs annos hæreticis conciliabulis interfuit. Sed conſcientia illum perpetuò flagellante, cum nec precibus, nec ſui afflictatione poſſet illam compeſcere tandem reſpuit repentè ſulphureo odore in loco quodam longè a-
monitimo

Anglus
Leodij 12.
Nouembriſ.
1622 ætat.
70. Soc. 6.
Humilis.
Fidelis.

Humil.

Exempla.

incauto circumfusus, & illum odorem inferni prodromum esse interpetratus. Ergo suis distractis, in Galliam concessit. In Societatem admitti petenti cum aliqui suaderent, ut sacris ordinibus prius initiaretur, constanter abnuir, felicem se fore affirmans, si infima quæque obiret. Iani-
toris munus gessit diligenter; libenter reprehendebatur, perebatque infra omnes haberi. Audita Alphonsi Rodriguez vitâ, in domus angulum secessit, & plures istic horas duxit plorans, quod ab illa virtute tanto intervallo abesset. Etiam filios suos in Societate, quod Sacerdotes essent, incredibili cum reverentia alloquebatur, tamquam illorum, & Patrum omnium servus, & si quâ pluribus sacrificiis serviendi se daret occasio plenus lætitiæ, ac pietatis illam arripiebat.

P. NICOLAUS

NYGENTIVS.

Hibernus
Porti. 22.
Nov. 1656.
ætat. 71.

Pia
Colloquia.

Hic tum adhuc paruulus cum germanum suum natu maiorem de execrabili peccati lethali fœditate loquentem audisset, adeo profundè omnia demisit in pectus, ut per omnem vitam nullâ graviore noxâ ut fama est, conscientiam maculârit; primâ illâ tam terribili depicti tunc a fratre peccati mortalis imagine semper ei hor-

rorem incuriente; ne quid contra Deum auderet. In Hibernia magnus Ecclesiastes cum esset, licet sub aliâ veste lateret, agnitus est pro eo qui erat; ac in ergastulum detrusus Angli Præsidis iussu, quatuor annorum æumnas istic exhaust; & pios quosdam ac passim postea cantatos hymnos ibi perfecte composuit; nec paucis Catholicis eò adjuvantibus profuit; ac fortis persistit cum contra foeminam, à qua eius pudicitia tentabatur, tum postea contra Prorogem, eiusque coniugem, quæ illius specie delectata eum ad hæresim prolecebatur. Inde liber, in campis passim pro pulpito arboribus utebatur, aure avidâ semper auditus. Ita per annos facile 40. multa istic tulit fecitque; donec iugo Britannico subiectâ Hiberniâ in exilium ire iussus, Lufitaniam reperit; ibi quoque operarius per insignis. Sociis adeo inuitus præfuit, ut postea, posito magistratu, nunquam sine lachrymis fecerit mentionem obitæ rectionis.

Fidel.

Humil.

Ut verò divini sacrificij, & rituum Ecclesiæ quibus apud agros uti consuevit, cum piè adhibentur, vim aduertas, Portuensis Consul Senatorque testantur, se à deploratâ valetudine consanuisse P. Nicolai benedictione ac Evangelio recitato. Ciuium etiam quispiam ibidem sacrificium ab eo ad aram pro ægra sua coniuge impetrauit, & domum redux incolumem reperit quam ægram reliquerat.

Oratio.

XXIII. DIE NOVEMBRIS.

P. MARCVS

ANTONIUS SOLDANVS.

23. Nouëb.
Italus Prae.
gæ. 1613.
ætat. 60.
Societ. 21.

Huius vitam in heroibus charitatis prosequitur Alegambe, aitque

illum agrorum obsequiis peste immoruum. Pragæ Italarum nosocomia instituit, magno pauperum patri nomine appellatas. Paucis ante obitum diebus, incundissimâ Sociorum cælo coronâ septus S. P. Ignatius, & Xaverius

Charitas.
Calum.

S. P. Ignat.
& Xaverius
Mori.

Xaverius illi sese dedere spectandos
ut dicitur, & nuncianere, hinc breui
ad superos migraturum: id quod hoc
ipso die adeptus est.

dientiâ præstans, & æger, & sanus nil
vnquam aggrediebatur, nisi habito
superioris ita volentis nutu, qui nutus
etiam sufficiebat ad inchoatum quid-
libet omittendum.

Obedient.

P. HECTOR
LVPATINVS.

Italus Car-
tilionæ. 23.
Nou. 1. 21.
ætat. 38.

Cassitas.

Oculi.

VT primum rationis vsum adeptus
est paruulus, nullum fœminæ vl-
lius ministerium familiaritatemue
admisit. Patauij Philosophiæ studen-
tis Hectoris in lectulo fœminam col-
locârant impudentes quidam: quod
ille vbi domum redux vidit, confe-
ssim fugâse de illa domo eripuit; nec
in illam deinceps pedem vnquam in-
tulit. In Societate cum fœminas con-
fidentes audiret, aures illi tantum da-
bat, non item oculos; quos velut à
facie colubri auerbeat; easque castis-
simus auditor expediebat breuiter at-
que feliciter. Charitate, patientiâ, obe-

P. ÆGIDIUS
DE ABREV.

IN India Orientis, cum in Iapo-
niâ proficisceretur, ab hæreticis
Batauis tentus, biennio in carcere sa-
lutariter instruxit Catholicos ibidem
vinctos, & expiauit, atque in fide fir-
mauit; ne illam sub hæretico ingo spe
aut metu inducti desererent. Eapro-
pter ab hæreticis contumeliis, inediâ,
& vario crudelitatis inhumanæ inge-
nio cruciatus, cognomentum apud
illos habebat ferè *diaboli*, & *Papiste*.
Demum plagis quoque adiectis con-
fectus, victor animam edidit.

Lustratus
lacatæ in-
certo men-
se. 1612.

Fides.

XXIV. DIE NOVEMBRIS.

P. FRANCISCUS
RIBRA.

14. Nouëb.
Hispanus
Salmaticæ.
1591. ætat.
34. Soc. 21.

Optimû Deo.

Obed.

Regula

Pietate, Doctrinâ, sacrarum lin-
guarum peritiâ, lectione Patrum
præstans, diuinarum literarum in-
terpres, & Ecclesiastes Societati se
addixit, cum à P. Martino Guttierrez
audisset consecrandum esse Deo id quod
in nobis est optimum, voluntatem. Ma-
gistrum tyro habuit magnum illum
P. Balthassarem Aluarez. Regulas to-
to studio aded curatè amplexus est, ut
nullo studiorum, nullo vllius negotij
pondere percelli se sit passus ad vllam
legem, vel minimâ ex parte laxan-
dam; hinc nulla sitis illum adegir, ut

vel semel biberet, nisi approbante su-
periore. Nulla hebdomas illi transi-
bat, quâ non bis cubiculum perpur-
gasset. S. Theresia illum ad populum
dicentem vidit ingenti circum splen-
dore micare, & Christum eius hume-
ris vultu sereno insidentem, & eum
amplexu fouentem, dicentemque. Hic
est, ô Anima, qui sensu germano scri-
pturas meas, eâ veritate, quam ego
ipsi infundo, explicat. Nouit ipsum
pretium earum expendere, quas ego
mortalibus mei sanguinis effusione
comparavi. Gratulare tibi, quod eum
habeas à confessionibus; obtempera
dictis ipsius: ita meæ voluntati fece-
ris satis. Tertio post mortem die pro-
pè Dei solium in cælo visus est glo-
riosus

Concio.

ooo

riosus

Recta inten-
tio.

rius pectore lucis radium accipiens à Dei pectore prodeuntem, à quo pulchritudine mirabili, & gaudio perfunde-
batur quod fuit rectæ intentionis premium, id est non vanitatis, verum Diuinæ gloriæ quæsitæ in omnibus, quæ agebat, & docebat.

P. BARTHOLOMÆVS.

PEREZ.

Hispanus
Villagartia.
24. Nou.
1611. ætat.
Societ. 14.
alij ponunt
29 Noueb.

Examen.
partic.

Etiam ante initam Societatem fuit Bartholomæus vir verè timens Deum : vnde opinio est, illum nunquam vllius lethalis peccati reum fuisse. Ingenio, in disciplinis Theologiæ humanioribusque licet præstaret; dissimulanter tamen ceu ignarus persæpè interrogabat quædam. In libello particularis examinis adscripsit latine hæc verba: *Materia examinis particula-
ris; præuenire singula opera oratione, &*

*probatione diuinæ voluntatis bonæ, bene-
placens, & perfectæ, cum intentione puris-
simæ eam cognoscendi, & exequendi Ho-
ras, canonicas non aliter, quàm flexis
genibus recitabat. Iam morti proxi-
mus, & fessus, interrogabat, possetne
bonâ conscientia omittere consueta
puncta in examine adnotandi exerci-
tationem, ob lapsa brachia & fractas
vires? Assueuerat, vt nihil ageret, res-
ponderet, nisi breui oratione præ-
missâ nec ferè de conclaui suo exi-
bat, quia Sanctissimum Sacramentum
piè inuiseret. Sub mortem totus ibat
in lachrymas quod existimaret, se
tempus in Societate non secundum
Societatis genium optimè collocasse.
Regulas semper secum habebat in si-
nu, memor vbique ne in vllam im-
pingeret; ac earum iussu in id vbique
intentus, vt quæreret continuam sui
mortificationem.*

Oratio.

Tempus.

Regula.

Mortific.

XXV. DIE NOVEMBRIS.

P. LVDOVICVS

ALVAREZ.

24. Noueb.
Lusitanus
Aulij 1590.

Concioner.

Mortif.

Concionator tantus fuit, vt sum-
mus Pontifex. Præposito Gene-
rali dixerit; se auditione acce-
pisse, esse in Lusitania Ecclesiæ cu-
iusdâ de Societate facundiam tam
sanctam, nomenque tam inclytum, vt
Paulus audiat à dicendi vi singulâ.
Penetrabat aures, & corda: idque vt
faceret, arte illâ utebatur, vt ad con-
cionem dicturus se acerrimè verbera-
ret, ac fieret coram Deo, oraretque
flagranter. Etiam in ætate provec-
ta pedes obibat missiones trans Tagum,
libros ipse baiulans & cibi aliquid; vt
mobiliu conuiuia cuitaret. Si nihil

secum attulisset, precario victitabat,
Xenodochio diuersorij vice vsus.
Mundum muliebrem infectatus est
Apostolico spiritu plenus, citra hu-
manas spes aut merum: & prædixit;
breui fore, vt vanum petulantemque
illum splendorem barbaris darent fœ-
minæ, ad maritos è vinculis redimen-
dos; id quod post Africanam Seba-
stiani, Regis amabilis, cladem factum.
Societatem tanti faciebat, vt diceret;
se à porta nostra non recessurum, et-
iam si è Sociorum numero pelleretur.
In Christi Cruci affixi cogitatione
mentem ita defigebat, cum aliàs, tum
verò quando enata illi nescio vbi caro
ter à chirurgo secabatur; vt nihil do-
loris perfererit, cerè fortissimè dissi-
mulâr. A quodam, qui prauos suos
mores.

Concionator.

Vanitas sa-
minarum.

Vocatio.

Crucifixus.
Patientia.

mores ab eo corripere aegre ferebat, venenum illi in missione porrectum haud vana opinio est. Vbi virus in venas grassari aduertit, in Xenodochium (non autem ad nobiles inuitantes) deferri voluit, gratias Deo agens, quod in loco pauperum moretur. Corpus Eboram illatum est, pompâ omnium ordinum raro ibi spectatâ.

P. PETRVS

FOVCARDVS.

Gallus Burgundiae. 25. Nou. 1620. ætat. 46. Societ. 30.

Aiebat, meminisse se quod primo Arationis radio illucescente Deo sua omnia dedicasset: puerosque do-

cebat persæpè, ut se Deo totos darent, atque Angelos suos amicos, & custodes vnice amarent. Virginitatis suæ gloriam dirâ in corpus seueritate, ceu custodiâ sanciebat, ieiunans, & cilicio etiam die vacationis cinctus, ac sæpè noctes quoque duris in asseribus ducens duro in somno, & breui, quin aliquando totas noctes pernoctans in oratione Dei. Tyronibus præfuit exemplo verbis suis haud minor, Cœna illi brevis, & sæpè nulla. Prandio quoque pauperibus dato, cum ipse pane secundario esset contentus. Ad animarum lucra plures expeditiones pedes suscepit, peregit feliciter stupente Vazatenfi Antistite, ab homine vno tantos labores posse exantlari.

Amor Dei.

Mortific.

Charitas.

XXVI. DIE NOVEMBRIS.

P. IOANNES

BAPTISTA SANCHEZ.

18 Nouëb. Hispanus Romæ 1572.

Huius vita latè perscripta est ad annum 1572. in qua laudatur ab admirabilitate diuina suadendi, & granditate non minoris exempli, quam concionalis facundia. Sed ut erat exempli optimi, ita erat opinionis non bonæ in eo quod quædam errata Sociorum quorundam ad ipsam Societatem transferret, putaretque labi Societatem in deterius. Verum postea Romam accitus, & obedienter venit, licet à morbo fractus, & melius de Societate sentire didicit; & non ignotum sibi diem extremum felix oppetiit, nescio quo splendore ab ore mortui emicante. Diuinus amor in illo tantus ardebat, ut P. Balthasari Aluarez aliquando dixerit, sibi ad mortem præ dolore oppetendum, satis fore si sciret, se vno adhuc integro

die victurum, id est Deo suo adhuc tamdiu cariturum; sed in Breuiario diem sui obitus, horamque diu ante mortem seu scripsit ipse, seu scriptam inuenit in hæc verba: *Tali die, & tali horâ morieris; vide quomodo viuas.*

P. IOANNES

ARGENTVS.

IN Transyluania, in Polonia, in Austria, in Italia, præclarum constantis, religiosi, & in Deo fixi ingenij documentum dedit in rebus turbidis, & pacatis. Certè à Comitibus generalibus extincto Claudio, licet abesset, 29. tamen suffragia illum Generalem Præpositum optabant. Regularum normam in se ostendit melius exemplo vrgeri, ac exigi à subditis; qui eas commendare verbo audiunt quidem, sed Superioris exemplo magis obediunt. Extrema in illo pau-

Italus Martin. 26. Nou. 1629. ætat. Soc.

Superior.

O O O 2 pertas;

Mors, colloquia spiritus.

Amor Dei.

Mortific.

pertas; nullus elegantiae vilius fucus; pro lectulo vrsina pellis; non nisi vna quotidie refectio; magna honoris omnis contemptio; paterna erga omnes facilitas; pietas erga Deiparam eximia. Creditum est, illi Pragæ Bea-

tissimam Virginem, & Sanctum Patrem Ignatium spectabiles adfuisse. *B. V.* Pro quodam, qui in religiosa vocatione nutabat flagris se non semel dire accepit, ac ei plagas ostendit quibus illius causâ se conciderat. *S. P. Ignat. Charita.*

XXVII. DIE NOVEMBRIS.

P. IACOBVS

HERRERA.

27. Noueb.
Hispanus
Mexici. 1595

Humilitate, pietate, animarum studio assiduo magnum operæ sanctæ pretium ad eximiæ probitatis usque famam tulit Iacobus, totus ad orandum Deum se abdens, cum illi aliquid otij à templo, & proximorum salute supererat. Ad confessiones audiendas magni erat exempli, quod assiduus, quod in modo agendi castissimus, cautissimus, adedque sanctâ de Diuinis agendi suauitate, ac efficacitate præstans fuerit, ut præter cætera, trecentæ Virgines, illius institutione, ad celestem in variis cœnobiis vitam degendam abierint.

Confessar.

P. PETRVS

FONTANVS.

Hispanus
Hispani. 27.
Nou. 1611.
ætat. 35.
Societ. 19.

Ateneris Diuinæ Eucharistiæ, & Beatissimæ Virginis cultui fuit apprimè addictus. Hinc illi mirus erga pudicitiam & Societatem amor, unde nobilissimum, & à lautâ dote magnoperè suatum coniugium Societati posthabuit; in qua modestiæ, charitatis, & omnibus quotquot boni Ministri, Confessarii que munus commendant virtutibus excelluit. Ingenti moriendi desiderio tenebatur. Ea propter ad mortem à Deo certius obtinen-

dam nouendiale Beat. Virginis sacrum peregit, & cum se necdum id obtinere crederet, adedque Diuinæ voluntati se dederet, morbo mox deductus est ad mortem à Deo Deiparæ auxilio impetratam.

*Mors.
B. V.*MATTHIAS DE LA
SAVLX COAD.

Magnâ ægrorum curandorum peritiâ, nec minore charitate præstabat, alacritate simul insigni. Verum à veteratore propè ad exitium adductus est; quippe qui sacris initiari cum temerè præoptaret, neque id in Societate vllis precibus impetraret quantumvis ad id sibi maximè idoneus videretur, præpostero illo desiderio ad extremum deductus postridie iam erat è Societate dimittendus; ne Coadiutores alij exemplo tetto in errorem & ipsi prolaberentur. Verum eâ nocte S. P. Ignatius secundum quietem ad pedes lectuli factus Mathiæ spectabilis, manu illi exitium comminatus est, ni perseveranter in Societate persisteret. Tum ille lachrymarum plenus manè ad Superiorem aduolauit, & in Societate manendi potestatem flagitauit, suo illo desiderio millies, milliesque damnato, ceu stimulo arcanae superbix, manifestiq; erroris; impetrauit, & ita perstitit, ut omnibus charus esset; mortem postea gloriosam consecutus in obsequio insectorem.

Belga Dda.
ci 27. Nou.
1617. ætat.
35. Societ. 14.

*Tentatio.**S. P. Ignat.**Vocatio.*

XXVIII. DIE

XXVIII. DIE NOVEMBRIS.

P. ANTONIVS
FRANCISCVS
CRITANA.

18. Nouēb.
Hispanus
in Iaponia,
1614. ætat.
64. Soc. 43.

Fidus.

Anno 1584. in Indiam, inde in Iaponiam penetrauit, zelo, & religione erga SSS. Trinitatem ac Deiparam Virginem prorsus conspicuā. Post felices ærumnas, & Euangelium totis viribus propagatum, proscripto, & in exilium nauiganti, mors grauissimis ærumnis accelerata vitæ finem attulit.

P. OLIVERIVS
MANARÆVS.

Belga Tor-
naci. 28.
Nou. 1614.
æt. 91.
Societ. 64.

S. P. Ignat.
B.V.

5. panes.

Vocatio.
Oratio.

Ab ipso S. P. Ignatio hausit primicias spiritus Societatis. Romanum Collegium primum, deinde Lauretanum rexit, ubi lectā in cubiculo lemurius perturbato S. P. Ignatij epistolā Lemures exegit. Beatissimæ Virginis opem ibidem quā in esculentis, quā in pecunia admirabilem, & manifestam expertus est, id quod ad annum 1557. latè habet Societatis historia, & annuæ 1614. ubi cum non nisi quinque panes perexigui domi essent, sexaginta quinque Socij singuli in menta panes singulos reperere, quos nullus mortalium ad mensam intulerat. Addit hic Iacobus Stratius; illum ab Euerardo Mercuriano in exercitiis per 30. dies Parisiis eruditum, cum de vitæ statu deliberaret, & supplex opem Dei deposceret, hanc vocem sepius noctu illi allapsam: *Hic bene es: hic mane ubi es.* Inde illi absterfa om-

nis dubitatio, quin à Deo ad Societatem accerferetur. In Societate gessit summa quoque munia magnā felicitate Collegiorum, & Prouinciarum; neque tamen vllum vnquam etiam Nouitium passus est, aperto capite diutius coram se esse; ne quid haud religiosæ autoritatis oleret ille honor tam parum decens Socios humilis l. xv. Vide Societatis historiam.

Superior.

LEONARDVS
KIMVRA COAD.

Maiores habuit quorum vnus ab ipso S. Francisco Xauerio fuerat baptizatus. Licet Nangasachi nobilis esset, ac literis perbenè operam nauasset, tamen maluit Coadiutorum albo adscribi, insigni exemplo. Aliis Iaponia extorribus, ipse, Superiorum iussu, latuit Nangasachi; ubi in carcerem coniectus, in eo vnā cum aliis vixit velut in religiosā domo. Manè horæ duæ comprecationi datæ, altera ei quæ mente, altera ei quæ voce sit. Inde recitatae Sanctorum omnium Litaniæ. Reliquum orium pijs libellis lectitandis impensum vsque ad prandium. Post meridiem vnā iterum horā oratum. Inde horæ quatuor legendi, scribendoque transmissæ, iterumque secuta per horam oratio. Feria quarta, sexta, & Sabbatum ieiunio, ac flagellationi dedicabantur. Feria vi. in honorem quinque vulnerum Crucifixi, per quinque horas oratum. Vno anno, cum sine Socijs haberet in carcere perangusto, nihil de consueta animi hilaritate dimisit, inediā se & quotidianā verberatione afflicans.

Iapon. Nā-
gasachi. 28.
Nou. 1619.
æt. 44.
Societ. 171

Humilit.

Ordo diei.

Oratio.

Mortific.

O O o 3

Octua-

Fides.

Lata patiē-
tia.Mort.
Oratio.

Rosa.

Octuaginta sex capita ibidem Christo addixit, & abluit. An Iesuita esset rogatus; affirmavit: cur in Iaponia perstitisset contra decretum; respondit: *ut Christi Evangelium predicarem*. Tum Iudex bis repetitâ voce dixit: *Idcirco igne absumendum esse*. Mox actis gratis Leonardus testes voluit adhiberi; se Evangelij causâ damnari. Stipiti alligatus, igne iam in flammâ gliscente ac erumpente, nullam doloris significationem dedit; aiebatque sibi nihil dolere: suave esse dulce illud incendium. Ambustis vinculis, liberâ utraque manu prunas collegit, & illis caput, veluti rosâ, coronans, cecinit: *Laudate Dominum, omnes gentes*; Christianis interea IESUM & MARTAM clamantibus.

P. PETRVS

BERNARDVS.

Gallus Corisopici. 28.
Nov. 1654.
ætat. 71.
Societ. 51.

DE hoc sic literæ Corisopitenses. Probavit industriam suam in ob-

eundis regionibus Campesribus Armoricorum, & in addiscenda eorum linguâ perdifficili circa annum ætatis 55. quam assecutus, rusticanorum ingentes myriades cum altero Patre erudiuit, ad pœnitentiam per annos 14. non parcens operæ, nec ætati usque ad obitum. Hoc etiam de illo constans fama vulgavit. Anno 1639. periculosa pestis Corisopitenses depopulata est; pro qua amolienda Pater orans in conclavi vocem hanc audire sibi visus est: *Vaite, & excita cines ad votum solemne concipiendum sancto Correntino*. Quam vocem à Deo profectam fuisse probavit euentus. Statim enim, ac votum conceptum est in æde Principe ab vrbis primoribus; cessavit pestis, & cultus S. Correntini crevit in populis, qui ante penè obsoleuerat.

Zelu.

Oratio.

S. Correntinus.

XXIX. DIE NOVEMBRIS.

P. ANTONIVS

DE PADILLA.

29. Nouēb.
Hispanus
Vallisoleti.
1611. Soc.
39.

Vocatio.

Magnis procerum titulis se exuit ut Christum pauper indueret. Cum se à multis in turbando negotio vocationis virgeri peruideret; coram illis omnibus genua humifixit, & voto religionis palam concepto, promissit Deo, se quicquid posset virium & operæ adhibiturum ad Societatem ineundam. Obmutuere ad inexpectatum spectaculum omnes qui aderant: & ipse tandem vicit, licet haud vnicus illustrissimæ Domus hæ-

res vnicus, ac magna spes. P. Balthasar Aluarez, eius Magister in tyrocinio, illum repente aliquando à mensa ad portam mittebat; ut ibi cum pauperibus mendicis cibum caperet. Diebus Sabbati exibat cum emptore; & emptas pro die Dominico carnes humeris domum deportabat. Humilitas illi pro primo spiritualis vitæ lacte erat. Vnde sagax futuri, cum ei Burgenfis Archiepiscopatus offerretur, sapienter dixit: *Sibi pro morte lectulum vnicum, eumque rudentem, ac vetustum sufficere*. Ingenium illi erat excelsum, & felix calamus ad nodos enucleatè soluendos. Pro pulpito audiebatur secundissi-

Mortific.

Humil.

Mort.

cundissimis auribus, dicente Philippo II. Rege; *Satis esse ad permouendam con-
tionem, videre in pulpito P. Antonium
tantâ mundi desipientiâ gloriosum.* Cum
regeret, disciplinam adstringebat ex-
empli efficacitate. Moriens, Christum
testatus est, se nil fecisse in tota rectio-
ne in quo maiorem Dei gloriam non
quæsiuisset. Timor extremi iudicii
mox illi in dulcem fiduciam est con-
uersus accepto viatico. *Quid, aiebat,
timere debeo, Domine mi, cum mihi dixe-
ris quod me clausum in tuo corde gesses?
Cum ita sit; eamus quod vis: non est quod
perimescam.* Et obiit eo ipso tempore
quo prædixerat, animam suam ituram
ad celum ad matutinum ibi cantan-
dum Deo.

P. AYMARVS

GVERINVS.

Gallus Lug-
duni. 29.
Nou. 1618.
ætat. 26.
Societ. 8.

Fidus.

IN faucibus Æthiopie proditus, &
Icaptus quod obtentu aliorum Tur-
cas ad Christianam fidem velle addu-
cere diceretur per 40. dies in expe-
ctatione mortis hæsit, quam illi mi-
nabantur Turcæ odio religionis Chri-
stianæ inflammati: tandem post æ-
rumnas peregrinationis fusiùs narrari
dignas, mortem Lugduni quietam
inuenit.

P. PETRVS

XIMENEZ.

Hispanus
Millistadij.
29 Nouëb.
1633. ætat.
81. Soc. 59.

Notum Græcij, Viennæ, per Au-
striam, & Boëmiam, ac in histo-
ria P. Ioannis Argenti heroicum hoc

nomen. Græcij primus Academiae
Cancellarius fuit contra hæreticos vi-
disputandi magnâ, & vtili. Græcium
certè totum deinde Catholicum læ-
tus vidit. Olomucij cum esset Re-
ctor, magnâ ingentis animi fortitu-
dine se gessit contra hæreticos, à qui-
bus Societas pellebatur. Verecundia
in illo modestissima elucebat, in castis
illis canis, & oculis, nec in scena, nec
alibi quicquam ferentibus quod pu-
ritati quoquo modo posset officere.
Viennæ quosdam qui cum fœminis
nutibus colloquebantur prehensa
manu è templo eduxit, dicens; locum
illum Deo, non his sordibus sacrum
esse. Optabat, & laborabat apprimè,
ne quid è sancti Ignatii spiritu in So-
cietate desideraretur. Hinc agebat de
Diuinis, exhortabatur, colloquebatur
efficacitate accensâ. Oratio illi pro-
lixa, & suauissimis lachrymis irrigata,
quæ illum aliquando à sensuum officio
abstrahebat. Certè in sacro debuit ali-
quando moram aliquam admittere,
cum pergere præ Diuinæ suauitatis
torrente se illi infundente non posset.
Fundatrix Nouodomensis semel diui-
nis operantem ubi vidit, sanctum cum
virum quisquis esset, dixit. Post sa-
crum celebratum duobus aliis aderat,
vt gratias redderet charo suo hospiti
bono Iesu, quem in sanctissimo Sa-
cramento persæpè visebat. Miram
quamdam Sanctimoniam illius perspi-
cientiam habebat, quam à nobis exi-
git forma nostra, & leges iuxta men-
tem sanctissimi Fundatoris; ad quam
se, suosque accuratissime omni forma-
bat.

Verecundia

Zelus

Templum

Oratio

Sacerdos

Enthusa

XXX. DIE

XXX. DIE NOVEMBRIS.

P. MILAN (Æmilianus)

P. ANTONIVS

GARCIA.

MORALEZ.

30. Nouēb
Hispanus
Compluti.
1597. ætat.
37. Soc. 34.

B V.
Vocatio.

Templum

Ne differ.

Concionator.

Pentecoste.

Mori.

DE vitæ statu deliberans, præter preces, & afflictationes varias in honorem Beatissimæ Virginis, diebus Sabbati herbis, vel pane tantum, & aquâ contentus ieiunabat; ut illâ Consultrice poneret bona consilia in anima sua. Ita post semestrem illi lux oborta est, quâ destinavit Societatem amplecti. Firmavit decretum illud imago illi per somnum oblata. Somniabat contra se prægrandem canem venire rictu aperto, & audio. Hunc ut effugeret, ad varia cœnobîa fugiebat. Sed cum portæ ubique essent clausæ, visus est sibi Templum Collegij nostri videre apertum, ad quod ubi (ceu ad asylum) confugit, canis illum insequi tum demum desinit. Ad Societatem admissus, cum amici suasu moras neciteret, vidit Christum per quietem, qui ei, si adhuc morari pergeret, hastam minaciter intentabat. In Societate dicendi autoritate, ac neruo emicuit, visus inter dicendum non semel facie totâ splendere; alias in festis Pentecostes columbam habere capiti imminentem. Missionum exemplar sanctum fuit, mirâ in se ipsum seueritate, oratione, exemplo, domi, & foris præbito: solidis sensibus ad dicendum delectis, non vanis. Vnde & moriens rogauit impensè Patres, ut prædicarent Christum. Plura de illo in vita.

Cæcus fuit per annos 18. grandi, & sancto patientiæ constantis exemplo. Quotidie se cædebat usque ad sanguinem: atque ut ne audiretur, flagellum habebat ex ære confectum. Cœna illi ieiunanti similior, quàm cœnanti. In Bacchanalibus, ut se filiis seculi huius opponeret, non nisi pane (idque tantum sub vesperam) vesceretur. Confessiones tum domi, tum in templo audiebat assidue. Optabaturque à catello, ut cæci solent, duci ad pagos, ubi rusticam plebem institueret Christianæ Doctrinæ rudimentis. Tres noctu, tres interdum horas orationi vacabat, sensibus planè absorptis, ac lachrymarum plenus. Mortem obiit eâ die, ac horâ, quam ipse ante prædixerat, & magnum sui post se desiderium reliquit.

Lusitanus
Conimbri.
æq. 30. Nou.
1616. ætat.
38. 50. 41.

Cæcus.
Mortificatus.

Oratio.

Mori.

P. IOANNES

TEINTZERS.

Multos ad Catholicam Religionem, & ad religiosam vitam non paucos adduxit suâ illâ de diuinis dicendi facultate, quâ apprimè pollebat. Osnaburgensis Domicilij Procurator ac aliquando Superior fuit; quo tempore, ut è difficilibus quibusdam angustis inter hæreticos istic nostri emergerent, author fuit ut post meridiem horâ ferè 12. à Sociis Lauretanæ Beatissimæ Virginis Litaniam dicerentur qui mos etiam deinde perstitit præsentissimâ ope Deiparæ manifestè Socios

Germanus
Osnaburgi.
30. Nou.
1630. ætat.
Soc.

B V.

Socios adiuuantis. A Calvinistis captiuus Padebornæ, exporrecto semper vultu hostium iram blandè molliuit, & imminentes iugulis nostrorum mucrones, laqueosque auerit.

auduit, incredibili voluptate accepit, & exosculatus pectori imposuit, vbi iam ante habebat Crucifixi, & Sancti P. Ignatii effigiem.

FRANCISCVS

BIANCHETTUS SCHOL.

Italus Placentia. 30. Nou. 1631. aetat. 19. Societ. 3.

Mortuus.

Mortuus.

Sanctus.

Comitis Caroli Bianchetti primogenitus, longo licet morbo tabesceret, in eo tamen totus fuit, vt à communi disciplina ordine obtentu valetudinis se minimè subduceret. neque temporis punctum vllum amitteret. Ad cælum tenerrimè aspirabat, cum decretoriam medici sententiam de sua morte lætus audisset. Quotidie orabat pro iis, à quibus in morbo aliquid obsequij accipiebat, idque recipiebat se facturum in cælo. Cubiculum suum, & lectuli partes sanctis suis particularim assignauit, qui sibi adessent in illo articulo. Accepto Sanctissimo viatico gratias egit, & pro itineribus æternitatis parentes petiit, id quod indulgenter eius pietati vt concederet P. Minister, parentes consueta formulâ, paucis pro re præsentē mutatis, scripsit: quas ille postquam legi

P. ADAMVS

CIECIERSKI.

Ad pietatem, & lachrymas fuit apprimè promptus, ac tener. Damon in illum concitatus est aliquando, quod à thoro quodam tenebriorem nescio quem abegisset: sed facillè reiectus infelix genius abiit, carbone post se relicto. Triennio ante mortem paralyssis illum extremis admouisse est visa: sed B. Iosaphat Martyr Archiepiscopus olim Polocensis, vt referunt illi se spectandum exhibuit, solatus est, & prædixit non nisi triennio post migraturum è vita. Ergo ille se ad mortem sic prædictam quàm studiosissimè comparauit; & exeunte anno tertio, ingrauescente morbo ad extrema deductus, manantes piis lachrymis oculos persæpè in eam lectuli partē conuertit, vbi B. Martyrem triennio ante conspexerat; & præparatum ad migrandum spiritum feliciter exhalauit.

Polonus Polocæ. 30. Nou. 1650. aetat. 65. Societ. 42.

Castitas.

Sanctus.

Mortuus.

P P P

MENSIS

MENSIS DECEMBER.

PRIMO DIE.

P. IGNATIVS

DE FONSECA.

1. Decemb.
Hispanus
obiit Hispa-
li. anno ini-
tz 502. 19.



Mortific.

Oratio.

Sacrum.

Ranciscum Toletum (postea Cardinalem) Septimancę audiebat noctu se flagellantem cui & ipse, tum necdum nostrā veste indutus in prima probatione, strenuē se ipsum cādens respondit. Sic certamen, Toletō vicissim respondente, iterum ac tertio integratum. Futura quædam ex vero prædixit; de quibus in eius vita. Plures fassi sunt; se illius precibus mirē adiutos. P. Garzia Rodericius, pro quo sacrificabat Ignatius, aiebat se plus semper conualescere quō in sacro magis pergebat Ignatius; adeōque sub illo sacrificio planē consanuit.

P. EDMUNDVS

CAMPIANVS.

Anglus I. d.
dini. 1. De-
cemb 1581.
ætat. 41
Societ. 8.

Fidel.

Romā Brunam ad tyrocinium missus, in Bohemia postea Rhetoricam, Dialecticam, Physicam docuit. Romam redire iussus, missu Pontificis in Angliam profectus est pedes cum P. Roberto Personio anno 1580. Audiebatur cum lachrymis à Catholicis, etiam quando *Missificantes*, ut ipsi Sacerdotes vocant, decreto proscripti sunt. Tunc decem rationes pro religione Catholica scripsit solide, & la-

tinē, quas nemo sapiens legit qui non laudauerit. Multis ille libellus ad orthodoxam veritatem lux fuit, & firmamentum. Iudas Eliottus proditor infamis Edmundum tandem comprehensum 17. Iulij tradidit tribunali, adeō hilarem, ut in eo innocens illa lætitia, & facundia suauitas vel ipsis hostibus lachrymas excusserit. Disputationes acres, & clarā Campiani vincentis gloriā peractæ. Auditā capitis sententiā, *Te Deum laudamus* pronunciauit, & populo palam ostendit quanta sibi à Senatu & aliis promissa essent præmia, si à Catholica religione defisceret. Vimineis cratibus ad patibulum raptatus, de plaustrō ad populum, spectaculum facti sumus, inquit, mundo, Angelis, & hominibus. Appensus furcæ, & mox in quatuor partes sectus est, more Angliæ iam recepto. Fuit Campianus vir magnis ingenij, magnis virtutis, magnis tam gloriolæ mortis laudibus celebratus. Aiunt, Alephi iudicis ijs audiendis quæ contra Campianum dicebantur intenti chirothecam vltro copioso sanguine manasse; nullo in manu vulnere, dolore nullo, sanguinariij signum iudicij. Tamesis Londinum interfluens, tempore quo enecabatur Campianus, torpentibus vndis, præter morem immotus stetit. Græcij anno 1606. pro salute vxoris in partu laborantis, Campianum, suum olim magistrum, implorauit vir nobilis; & coniux mox paruulum salua enixa est ac nato Campiani nomen datum. Baronius in notis Martyrologij Romani

ni 29. Decemb. de Anglicanis fidei heroibus præclare loquitur, & particularim de illis, quos, inquit, nuper Sancta Societas Iesu velut agnos innocuos, in sacris septis, sanctis eruditionibus, acceptissimat Deo hostias saginauit. Videri potest laudatus locus.

P. ALEXANDER

IOANNES BRIANTVS.

Anglus eodem die ib.

Vocatio.

B. V.

Angelici oris, & eloquentiæ, Apostolici spiritus vir, post biennium Londini sacris laboribus impensum, anno 1581. 28. Aprilis in carcerem datus est, ibique fame incredibili, siti, equuleo deinde sæpius ac dire vexatus. Scripsit in carcere epistolam, in qua dicit se ante biennium de Societate ineundâ cogitasse, nunc verò Sacramento spopondisse id se facturum. Ante tormenta, recitato Beatissimæ Virginis rosario, se deliciis cælestibus mirificè perfundi persensit: id quod ipse testatus est: & adiecit, in tortura vltima se quietum. solarij plenum, doloris expertem fuisse. Admitti ad Societatem petiit, & est admissus, votis quoque mox editis. Hæc ille scribens, adiunxit: Testis dies iste, testis

& hoc Chirographum manus meæ in die iudicii. Cum crucem gestans ad tribunal prodiret, insus est illam abicere. Sed ille; Nolo, inquebat, nolo vique ad mortem vexillum meum, Crucifixi miles, deferere. Ibo vt moriar pro illo qui pro me mortuus est prior. Ita post Campianum pari morte damnatus est, & interfectus. Remundus, & alij quidam, aiunt eum de furca deiectum in pedes constitisse.

P. RICHARDVS

COMBÆVS.

Magnus Hibernicæ iuuentutis educandæ in Hispania Pater fuit, animo ad labores & ad ardua peruincenda constanti. ac pio. Ne negotiis obrueretur spiritus, vnum diem illi peculiari studio singulis mensibus assignabat. Larrones in via deprehensum arbori alligabant. Sed B. V. & Angelo custode in opem vocatis, vincula illicè soluta illum liberum reliquere. Morienti Christus apparuit vt fertur & amœna Beatorum loca ostendens, illum ad audienda cæli arcana induxit, mox postea vitâ functum.

Hibernus
Hispani. 2.
Dec. 1626.
ætat. 53.
Societ. 34.

B. V.
Angelus.

Christus

Mort.

II. DIE DECEMBRIS.

S. FRANCISCVS

XAVERIVS.

2 Decemb.
Hispanus
in Sancia-
no. 1552.
ætat. 55.
Societ. 18.

Hunc Regio Nauarræ sanguine natum scribunt nonnulli qui antiquiores nobilissimæ illius Domus origines altius repetunt. Natus est anno 1497. quo eodem anno Petrus de Couillam Ord. SSS. Trinitatis, cum in fidei odium ab Indis sagittarum im-

bre perimeretur, prædixit, vnum de primævis Patribus Ordinis Clericorum Iesv, in remotissimas Orientis Indias penetraturum, vt habet eius Ordinis Chronicon à Ioane Figueroa conscriptum. Licet autem alacri, ad lætiora propenso, & viuido esset ingenio, tamen à puero ita est educatus, vt Virginitatem seruauerit illibatam vique ad mortem. Parisiis operam literis dantem ne domum reuocaret pater.

Castit.

P p 2

pater.

pater, Sanctimonialis, Francisci soror, intercessit, scribens illum Orientis ac gentium fore Apostolum. Admirabili Ignatii consuetudine Parisiis peruietus, generosam mentem transtulit ad diuina, & se illi socium inter primos fundanda Societatis Iesu lapides adiunxit. Postea Vicentiæ ægrum Xauerium S. Hieronymus, ei se spectandum præbens, inuisit; valiturum, & Bononiæ laboraturum aliaque plura prædixit, ac monuit ut ad magnam crucem humeros præpararet. Romæ deinde ab Ignatio ut in Orientis Indias penetraret delectus, à Paulo III. Pont. Max. Legati Apostolici auctoritate ornatus est. Transiit zonam torridam; in Iaponiam, & usque ad Sinarum aditum appulsus est. Morientem foeminam in partu baptismo lustrauit: & illa confestim foetum in columis enixa est. Inito eorum quos lustrauit numero, quæ quidem licuit, aiunt eius manu baptizatorum numerum decies centenorum millium; adiectis ducentis adhuc millibus, id est vniuersæ duodecim myriades, excessisse. Punicali adolescentem mortuum manu prehensum in Christi nomine iussu surgere, à mortuis suscitauit. Deinde puerum ac puellam vitæ restituit. Viginti quinque mortuos ad vitam ab eo reuocatos aiunt iurati testes. Quadraginta vel etiam 50. vniuersæ à mortuis resurrexerunt Deo per Xauerium eos ad vitam reuocante affirmant litteræ antiquæ ac nouæ: & inter hos dicunt fuisse quinque quos ille per pueros ad cadauera illa missos vitæ reddiderit. Familiare illi fuit rosario suo per pueros misso, vel aliàs per nuncium, daemones morbosque fugare. In ora Piscaria illiquefactis cordi celesti deliciarum æternarum torrentibus perfusus gestiebat; maximè cum cogitaret plus quàm mille infantes à se aquâ salutari per Sacramentum lu-

stratos è vita ad superos abiisse. Sæpius tabem ex vlcerebus manantem ore auido suxit, quæ sui odio, quæ proximi charitate, certè Dei amore. Pro quodam in sylua se inclementer adeo cecidit, ut ille strepitu excitatus accurrerit, eumque vndique cruentum viderit, illachrymatus, animo ad morem illi gerendum vndeque iam facillimo. Alibi sæpius interdum se cecidisse deprehensus est; idque vi tantâ, ut elanguescentibus viribus planè deficeret. Lapidibus non semel; calumniis & linguarum dicacium petulantia sæpius, aliquando, & sagittis, appetitus, pro stulto à Bonziis habitus; semel, iterum ac tertio naufragus, eò semper magis ardebat amore diuino & animarum, quo plura tolerabat. Ad S. Thomæ sepulchrum peregrinatus, septem dierum inedia se maccrauit; aliàs quoque non raro per tres, 4. aut 5. dies ieiunus. Nocte intempestâ orans in templo coram ara Deiparæ, daemorum cantu variè obstrepentium turbamentis nil motus, aliàs ibidem ab illis etiam dire verberatus, Diuinæ Matris opem implorans eos vicit: & orandi consuetudinem non intermisit, vbi à plagis illis conualuit. Malacæ noctu somno duas horas, reliquas precibus transcribebat. Orantis in sylua Xauerij vultus aliquando radiis illustris conspectus est. Cum sacro fonte permultos ablueret, instar gigantis excelsi corpore eminere, cum diuinam Eucharistiam flexis genibus populo distribueret, sublimis in aère circumferri est visus. Fertur se aliquando in flumen misisse ut aestuantis à Deo pectoris calorem quoquomodo temperaret. Eius literas, quibus sua pericula & ærumnas & sinu cæli delicias quibus recreabatur describebat, legens Ignatius, lachrymas tenere non poterat. Aliquando sub dio totis oculis in cælum intentus, & æstuans

S. Hieronym.

Baptismus.

Mortui suscit.

Mortui.

Rosarium.

Mortific.

Sancti.

B.V.

Oratio.

Eucharist.

Amor Dei.

arstians deductâ hinc atque inde veste à pectore intus conflagrante, auditus est amanter queri, ac dicere: *satis est, Domine, satis est!* Aliâs Romæ in Xenodochio quiescens noctu vidit se in amplexu crucis, ac etiam cruces ex alto affluenter exundare alias ex aliis, post alias varias, ac plurimas; symbola earum, quæ illum adhuc exantlandæ manebant ærumnarum; & cælesti siti accensus erupit in illas voces: *Amplius, Domine, amplius, amplius!* Absentia & futura ex vero vates dixit, idque variis, miris, manifestis modis. In duobus procul ab invicem distitis locis, eodem tempore conspectus est à testibus pluribus ac luculentis. Ad animas conuertendas vsus est plurimâ virginis sui corporis afflictatione, ingenio, miraculis, minis, & impigritate mirabili, adeo ut dicatur facile centum millia leucarum ideò consecisse. Ter naufragus, aliquando tabulæ vni adhaesit per tres dies ac noctes in mari. Evertit plusquam quadraginta millia Idolorum, pueris etiam Idola certatim diruentibus. In Iaponia *magister mirabilium* dicebatur. Visus est vel illustis, vel in aëre sublimis, vel à mentis ac sensuum vsu in divinis absorptus facile centies; aliâs inter sacrificandum stans, lucidus, & elevatus, aliâs in horto Goano stans item & sublimis, atque cum Deo loquens conspectus est. Hospitio amanter acceptus est à quodam paupere: & illi fortunæ creuere, Deo hospitalitatem coronante liberalitate maiori.

Petrus Vellius vir locuples, Xaverio non parvâ auri vi in vsu quempiam repentinum indigenti, clauem arcæ suæ dederat, ut inde tantum auri caperet, quantum vellet. Acceptis ex arcâ trecentis scutis aureis Xaverius clauem restituit; & Petrus arcâ postea inspectâ questus est Xaverio, se ab illo delusum; nihil enim au-

ri omnino decerptum ex arcâ: se vero è 30. millibus aureorum illi quindécim millia destinasse, idque animo verè syncreo. Placuit Xaverio animus adeò generosus; & post modicum silentium, sublati in cælum oculis; Et ego, inquit, Petre Velli, pro pramio huius tuæ tam liberalis & promptæ voluntatis, tibi Dei nomine promitto, tuam arcam tibi semper tantum subministraturam, fauente tibi bono Deo, quanto egebis: & tum requiesces in pace, mortis tuæ, quando ventura sit, non inconscius, ut illa te melius paratum reperiatur. Ita exitus prædictionem approbavit. Nam Petro, licet multis variè iactaretur, tamen subdium nunquam defuit, idque luculentum pro domo vniuersa. Et ubi mortis suæ tempus imminere aduertit amicis valedixit, valens tunc adhuc ac integer: die verò ipso quo discessurus erat è vita, se in feretro in templo componi iussit, ac tegi tapete iussit, ut mortui solent. Cantarum inde mortuale Sacrum: & reducto tapete, Petrus in feretro mortuus est repertus.

Parisijs Ignatius illum ad cælestia pertraxit cum alijs, tum verò sæpè inculcato, & in cor altè illi defixo illo Christi axioma: *Quid prodest homini, si mundum vniuersum lucretur, anima verò suâ detrimentum patiatur?* Ea res adeò illi cordi fuit semper, ut in Indiis quoque postea, pluribus, & Iohanni etiam Lusitanæ Regi, per literas, persæpè suggereret, ut quotidie aliquid temporis pro illa sententia meditatè regustanda seponerent, ac à Deo perspicacem eius penetrandæ intelligentiam flagranter nullo non die postularent. Olysippone P. Simonem Rodericum quartanâ pertinaci afflictum, amplexu persanauit. Equitem aliquando nudipes secutus est, ut itineris ducem ne amitteret, pedibus ad spinas, vel alio offendiculo cruentatis.

P P P 3

Cum

Conf quot.

Sacrum.

Examen.

Oratio.

Paupertas.

Crucifixus.

Cum in domiciliis nostris esset, omnes accendebat exemplo, instar flammæ spirantis. Incredibili accuratione ad leges omnes erat perquisitè attentus, ne quam omitteret. Nullo die mittebat conscientiam expiare pœnitentiæ Sacramento, ut ad altare Dei mundior accederet. Certe ad primum Sacrificium Vicentiæ celebrandum, se per 40. ipsos dies asperrimo vitæ genere ac summo in silentio præparavit. Conscientiæ arcana bis introspeciebat quotidie examine diligenti. Ut se ad horas Canonicas flagrantius recitandas accenderet, hymnum *Veni creator Spiritus* inflammato animi sensu recitabat: & sæpè interdiu, itemque noctu ardētissimis suspiriis breues preces vibrabat in cælum, nunc IESVM nunc MARIAM appellans, aut selectas quasdam è diuinis litteris scintillas depromens, & vultu instar Seraphini ardente amabilis atque admirabilis. Fœminas non nisi aliis præsensibus audiebat, etiam confitentes. Domi cum inter socios versaretur, ea quibus egebat, mendicato sibi præberi volebat, ceu eleemosynam pauperi erogaram.

De Ignatio non aliter loquebatur quàm de Sancto: addebatque illi semper Sancti Patris nomen. A diuersis Nationibus intellectus est in concione, quam vnico idiomate faciebat. Aiunt aliqui, eum facillè 30. linguis diuersis loqui auditum. Maris aquam terigit, & dulcem reddidit, tempestate quoque sedatâ modo mirabili, ac repente. Aiunt etiam tigrides mortalibus infestas è Sanciano Insula abiuisse, cum eò appulisset Xauerus.

Christi cruci affixi simulachrum, quod secum gestabat semper, in mare aliquando delapsum cancer marinus; chelis prehensum illi è mari velut manu porrexit, id quod Xauerus fuis ante ad DEVM precibus impetrarat.

Xauerio in India grauius quidpiam tolerante, Crucifixus in natali Xauerij Domo in Hispania sudabat: & anno 1552. (quo Xauerus 2. Decembris feriâ vi. decessit è vita) singulis hebdomadis feriâ sextâ visus est idem Crucifixus sanguineo sudore perfundi, Corpus illius etiam in calce incorruptum ac odore fragrans, erecta eius nomine templa, vetera & noua quotannis prodigia passim increbrescentia dabit fortasse alius annorum serie distincta.

Iacobus Bosius in signis Ecclesiæ Dei; Vniuersi, inquit, hæretici ab Ecclesiæ Christianæ constitutione per tot secula, per annos mille quingentos, & amplius, haud traduxere ad hæreses suas tot gentes, aut idololatrias, aut alioquin à Christi cultu alienas, quot vnus Xauerus ad cultum Christi annis vndecim. Vnus Xauerus plures gentes, plures homines annis vndecim Christo adiunxit, quàm innumera hæreticorum millia ex omni gente & natione è toto orbe terrarum, per annos mille quingentos. Ita ille. At hæc vetera. Nouum istud quod in India nuper accidisse scribit Oliuerius Bonartius, id quod plures testes iurando affirmarunt. Navis Malacâ Goam tendens, inter syrtes & noctem imminentem hærens, ope S. Xauerij voto lampadis argenteæ ad eius tumulum appendendæ implorari emerfit: cum Sol qui ad occasum vergebat, & aditus ita latebat ut conspici non posset, subito effulsit, & eodem loco stetit quinque & amplius horas, quanto tempore egebant ut ex angustissimo & longissimo freto enauigare possent. Ita Bonartius.

Vincentius Carrafa Præp. Generalis Societatis Iesu in ea quam ad Societatem scripsit epistola, ait S. Xauerio fuisse solemne perpetuumque consilium quod suis dabat: *Vince te ipsum* &

Sign. 10.

Lib 6.

In c. 46. Ecclesiastici.

& eius toties iterati causam rogatum respondisse id ferè quod olim in alio argumento B. Ioannes : *Quia hoc tantum didici ex optimo parente nostro Ignatio.* Cultus S. Xaverij ob stupenda, & noua Neapoli, Potamij, Græcij, Leobij, Posonij, in Belgio, alibique miracula est magnus. Colit illum enixè Viennæ aula Cæsarea. Multi hebdomadam Xauerianam celebrant : multi nouendiali cultu eum honorant. Etiam templa illius increbescunt. Dum ista scribo, Georgius Lippai Archiepiscopus Strigoniensis Trencinij in Hungaria, Collegio suo, & Domui probationis quam fundauit, templum erexit S. Xaverij nomine perinsigne. Vidi eiusdem ac S. P. Ignatij templum Viennæ in Austria. In Italia eiusdem templa visuntur Neapoli, Genua, Arimini, Brugis in Belgio, Tridenti in Tyroli, in Spital in Carinthia, Chiquali in Salsettis Indiæ orientalis. Nec dubito his plura esse : quæ, vt dixi, alius fortasse daturus est.

Multa hîc de illo passim leges in variis erga quos cælestem suam beneficentiam exhibuit Xauerius. Non pauca Vrbes illum Patronum habent vt Neapolis, ac aliæ. Non pauca Congregationes sub eius auspiciis erectæ. Sunt & qui assumpto Xaverij nomine se incitent ad Apostolicam virtutem : quos inter fuit is qui post annum 1650. die incertum quo, cæsus à Tartaris est in Sinarum Regno P. Andreas Xauerius, olim Koffler, Austriacus. Is interrogatus à barbaro quid doceret,

respondit, se legem diuinam docere cuius breuissimum compendium esset signum Crucis : quod exhibere iussus, fronti, ori, pectori impressit : mox ductâ à fronte ad pectus, & inde ad sinistram ac deinde ad dextrum humerum manu (vt fieri mos est) idem exprimens addidit idiomate Sinico hæc verba : *Per signum Crucis de inimicis nostris libera nos, Deus noster.* Ita P. Onuphrius, Borges ex Metropoli Tonquienfis Regni anno 1659. 20. Octob. ad P. Gouinum Nickel Præpositum Generalem. Hisce auditis Tartarus stricto acinace *P. Xauerium* medium in Crucis formam concidit ducto profundo vulnere à capite ad pectus, & ad dextrum humerum à sinistro. Matrem Imperatoris, eius operâ conuersam, & alia plura de illo particularim scribenda expectamus.

P E T R V S

OCHOA NOVITIUS.

VT ad Societatem penetraret, arduas difficultates peruenit. Moriturus, impetrauit vt tria Societatis vota conciperet. Mox cum damone colluctari visus, eo certamine superato, Christum cum Cruce in humeris, & S. P. Ignatium cum ijs de Societate qui in fidei odium cæsi mortem gloriosam oppetiuerè videre sibi est visus, eosque habuit in extremo agone præclarissimos adiutores. Vide Annuas 1604. pag. 245.

Hispanus
Lima. 2.
Dec. 1604.

Christus.

S. P. Ignatius.

Morta.

III. DIE

III. DIE DECEMBRIS.

ANTONIUS

ROMERVS COAD.

Decemb.
Hispanus
Calari. 1626.
ætat. 67.
Societ. 14.
Ang. Custos.
Hamil.

Oratio.
Mortific.

Noctiu.

Crucifixus.

Mane.

Euchar.

Amor propr.

Mortific.
sensus.

B.V.

E Milite, Christi vexillo adscriptus, putatur à Custode Angelo secundâ post mediam noctem horâ fuisse excitatus ad orationem; ad quam se componebat ut rens in angulo cubiculi collo in funem inserto, & manibus vclut iunctis. Ita orabat, & flebat, veniam à Deo petens magnâ cordi suborta fiduciâ. Sæpius auditâ Dei voce accensus est ad virtutem. Optabat videre magnum quempiam sanctæ, ac scuerioris vitæ virum. Respondum illi dicitur è Cælo; *illum debere alijs tali exemplo esse, atque spectaculo, quâle ipse in illo, quem desiderabat viro perciperet.* Secundâ post mediam noctem horâ pro more surgere cunctantem vox quædam in hæc verba corripuit: *Christus nudus flagellis laceratus, sub dio, frigido insidens lapidi; tu verò in lecto? Illicò surrexit: neque vnquam deinceps tergiuersatus est in surgendo.* Alias SS. Eucharistiam sumpturo occurrit cogitatio; eecur non videret bona thesaurosque illos, quos species illa panis occuleret? Mox audit: non aspicias nisi lacerato amoris tui velo. Cogitanti, quòd non sentiret ea quæ istic alios sensisse audisset; responsum: *Nec senties, nisi sensus colligeris.* Paruit: & per 7 annos inter communicandû diuinâ quadam voluptate perfusus est. Sollicitum num fuisset Sacramento confirmationis instructus, quiescere iussit Superior: adhuc anxio adfuit, ut fertur, B. Virgo cum paruulo, qui Antonij fronti crucem impressit. Alias IESVM & MARIAM quasi in nauî as-

pexisse dicitur; ad quos ipse linte contendebat monebaturque à Christo ut se sisteret Beatissimæ Virgini Matri: tunc didicit per hanc esse quærendam gratiam apud Christum. P. Balthazar Saquellus Nouitiorum Magister è Purgatorio in Cælum tendens illi apparuisse fertur, & promississe pro adiumento libertatis se gratiam redditurum. Reliqua de illo in vita.

P. IOANNES

DEL CARPIO.

IN Philippinis (à Philippo II. Rege Catholico sic dictis Oceani insulis) magnoperè laborauit, iuxta votum illud quo se conceptis Sacramenti verbis Deo in animarum salutem deuouerat. Apud Pictos Indos, qui eantem punctim pingunt, perquam strenuè in aliorum salutem incubuit; sed ita ut suæ quoque intentus, nullam omninò è legibus instituto nostro præscriptis laxarit. Mindanai Insulæ Regulus æger Mahomero vouerat, se, si conualesceret, omnium quos nancisci posset Christum prædicantium Patrum capita illi sacrificaturum. Comprehen- sus Ioannes cæsus est acinace altè in caput impresso, cum se Deo victimam, positus humi genibus, dedica- ret.

P. GEORGIVS

IVSTINIANVS.

HVius imago, documenta, exequiæ, in charta explicata, & libro, æri incisæ, ac typis vulgatæ sunt Bononiæ

Græcus Bo-
noniæ. 3.
Decembris
1649 ætat.
71. Soc. 61.

Bononiæ: ubi in elogio dicitur quoddam quartum decimum ætatis agens annum, admirandâ vocatione percussus Societati nomen dederit, Byzantij rem christianum adiunxit, Asculani Collegij primordia inchoavit, Bononiæ per annos 40. Congregationes varias & varia pietatis opera condiderit. Exequialis moles (dicta Castrum doloris aliquibus) excelsa P. Georgio erecta à Bononiensibus, simulacrum illius habebat in fastigio, omnis ea pompa æri deinde incisa est. In oratione typis vulgata dicitur, illum in Græcia Constantinopoli cum suis Christianis obsessum à barbaris, cum ignis domui subiectus extrema omnia minaretur, inserto in pectus pane angelico se per funem ex alto demisisse, ac fune fortè abrupto, fufus ad Deum precibus deorsum incolumem pervenisse. Deinde, Georgium Bononiensium fuisse Apostolum.

Enchar.

IV. DIE DECEMBRIS.

P E T R V S

DE SALAZAR.

4. Decemb.
Hispanus
Lime. 1613.
ætat. 80.
Calum.

Oratio.
Angel.

Salazarij ad orandum studium, & Serga sanctos Angelos ac S. Barbaram pietatem commendat eximie illud, quoddam ei flagranter precanti & de cæli voluptatibus dulcissime cogitanti Angeli fidibus musicis præclare ludentes, ut illi videbatur cælestem gloriam aliqua ex parte delibandam præbuerint quos, inquit Limeses literæ, augustâ specie securæ Virgines, quæ rogabant, numquid vellent? *Estne*

P. FRANCISCVS
DE BENAVIDES.

Filius Comitis S. Stephani. Deiparræ, ac S. P. Ignatio fuit vnicè ad dictus. Plures horas coram eius imagine ducebat orando, eidemque multa obsequia offerebat cum aliquid vellet à Deo impetrare. Quantis foris opibus affluebat tanto paupertatis amore tenebatur in Societate, atque in hoc præ multis aliis excellit, ut ferè solentij qui Societatem magis diuites ac nobiles iniere. Amabiles, ac variæ in illo se demittendi artes elucebant, etiam cum præsser, eoque regebat melius, & magis amabatur. Corpus morbis aliis fractum, voluntariis cruciatibus adeo atterebat, ut P. Hieronymus de Florentia diceret, se neque corpus peius, nec meliorem animam novisse unquam quam sit corpus & anima Patris Benauides. Roma Toletanæ Provinciæ Præpositus, cum à Congregatione rediret, Senis obiit.

Hispanus
Senis initio
Dec. 1608.
Societ. 19.
S. T. Ignat.
Paupertas.

Superior.

Mors.

cordi (inquit Barbara quàm de facie, ac nomine illicd' novit) in celum proficisci, ubi placidissima quies, & vita viget sempiterna. Est sanè cordi, respondit Petrus & nihil magis, tantis scilicet huius ærumnosæ vitæ defungi periculis. Addunt literæ, illum paulò post in morbum incidisse; diu agrotasse, ac die S. Barbaræ Virgini sacro (ut ipsa Virgo sancta fore promiserat) feliciter occubuisse.

S. Barbara.

Mors.

Calum.

QQ

P. HIE.

P. HIERONYMVS DE

ANGELIS, ET SIMON
YEMPO IAPON NOV.Italus Iendi
in Iapon. 4.
Dec. 1623.
ætat. 56.
Societ. 38.

IN tyrocinio fræno eguit, ne fortè
inediâ corpus conficeret. Cum P.
Carolo Spinola in Indiam soluit; ab
Anglis postea captus, & acerba multa
perpeffus. Illud mirum; quòd è naui
in mare prolapsus, nullius ope adiu-
tus, sub naui, à puppi ad proram dela-
tus emerferit, naui plenis velis velo-
ciffimè volante. Anno 1602. in Iapo-
niam appulfus, iftic etiam Sociis præ-
fuit: in plures Prouincias intulit fi-
dem primus. Aliis in exilium abactis,
ipfe diu latuit. In Regno Cami cum
vix mille Christianos reperiffet, ipfe
breui decem millia capitum captiza-
uit. Labores, ærumnasque tantas fu-
stinuit, vt macie torridus vix iam ag-
nofci poffet, efferque planè alius à fe-
ipfo. In carcere ipfo captiuos alios
quadraginta captiuos ad Christum
conuertit. Damnatu capitis, cum ad
fupplicium vnà cum aliis duceretur,
caufa mortis illius defcripta, & pa-
lâm affixa eft in hæc verba: *Homines
ifti tam grandi fupplicio mactantur, quia
Christiani funt.* Ita exultus eft, post
pulcherrimam ad populum allocutio-
nem, humi flectens. *Simon Yempo* è
Bonziij cuiusdam difcipulo factus eius
Socius, & laborum comes, optabat in
Societatem admitti, & in odium fidei
Christianæ occidi: vtumque eft con-
fecutus.

P. GONZALVS

MARINVS.

Hispanus
Madriti. 4.
Dec. 1626.
ætat. 64.
Societ. 43.

MAdriti totos 31. annos Gramma-
ticæ paruulique docendis de-
dit, humilitatis laude vſque ad Sancti

appellationem domi forisq; porre-
ctâ. Ad Indos proficifci cum veller,
nec poffet; ea, quæ illuc profectis vti-
lia eſſe poſſe videbat exempla virtu-
tum describebat & ſubmittebat: vt in
ore illorum Indos eruderet ad fidem
& virtutem. Aliquot menſibus ante
mortem adſuiſſe illi fertur è cælo ſpe-
ctabilis S. Xauerius, & monuiſſe vt
modico eo vitæ tempore, quod illi
adhuc ſupereſſet, ſe arctius cum Deo
coniungeret. Rogauit Gonzalus; nunc
æternam ſalutem conſecuturus eſſet?
Reſpondit Xauerius: inſtaret labori
vti fecerat vſque ad illum diem; & Deo
fideret. Itâ ad mortem è cælo moni-
tus ſe optimè comparauit.

Humilit.

Charita.
Zelus.

S. Xauerius

Mort.

Labor.

P E T R V S

HACCE COAD.

DE hoc in Annuiſ Flandrobelgicæ
ita ſcripſi: Mortem in peſte con-
tactorum obſequiis non ſemel quaſi-
tam felix obiit Paulus Hacce; qui con-
ſularis ſuæ familiæ ſalutariter oblitus,
in Societate ſutoriam artem condidi-
cit. Noſtros quatuordecim glorioſo
apud peſtiferos charitatis obſequio
immortuos partim ſuis ipſe humeris
ad tumulum deportauit, partim ſuis
manibus condidit. Domi, templum,
ianua, culina, triclinium religioſè ac-
curatum Pauli operam cumulatè pro-
bauère: ſed expertus id eſt poriffimùm
noſter ille Scholaſticus, cui à ſenſibus
alieno, maternâ & fraternâ indulgen-
tiâ, diligentia, patientiaque per annos
omnino quindecim, ad omnem virtu-
tis tædio nunquam feſſæ amuſſim ſer-
uauit. A vino, & cæna, non in quadra-
geſima tantum, ſed & in ſacris Aduen-
tus feriis abſtinebat; ſemper hilariſ,
& imperturbatâ ſeptem annorum forti-
tudine inter acutiſſimos animi dolo-
res non parum mirabilis.

Belga / No-
tuerp. 4.
Dec. 1633.

Humil.

Charita.

Mortific.

Patientia

V. DIE

V. DIE DECEMBRIS.

P. ANDREAS
GVALDANES.5. Decemb.
Lustitanus
Mazux.
1596.

HVnc hoc die collocat Iacobus Stratus in suo menologio. Fuit P. Andreae Ouiedo Patriarchæ superstes, olim socius, vir sine dolo, ac in Abyssinorum salutem totâ contentione intentus. Vnde intra quinque mensium intervallum, eorum linguam perdidicit, & institutiones ac documenta fidei Christianæ Abyssinorum idiomate scitè descripsit, ad Schismaticorum reductionem. In Mazua deinde Arabici sinus insula, cum Christianum, & quidem Sacerdotem, eum esse agnoscerent barbari; à Turcis Christiani nominis odio incitatis tentus, & hastis transfixus est.

S I M O N
COVROYBLE COAD.Belga Bru-
gis. 5. Dec.
1616. ætat.
46. Soc. 13.

Castitas.

Obedient.

PEleutherij Pontani sororis filius, à paupertate, assiduitate ac pietate apprimè laudatus. Cum Patris cuiuspiam confessionem foris audientis esset socius, impudens fœmina clauso repente ostio ausa est à Simone impuritates nescio quas postulare: sed, Bernardi exemplo, castissimo clamore in ruborem, ac fugam data est. Ad æs campanum domesticum in ipso sonantis horologii articulo confestim pulsandum, erat apprimè attentus; ut & domi disciplinæ ordo servaretur ad punctum, & foris apud externos ad signa nostra perattentos bonum Collegij exemplum perseveraret. Magnâ & suavi industria iuvabat eos, qui fi-

dei Christianæ rudimenta variis locis tradebant, & parvuli ad illum patrem confertim præ aliis affuebant, cuius socius erat Simon. Eius colloquia cum exterius intra sui status conditionem erant sancta, & idonea cordibus molliendis. Cum in Burgensi Collegio habitaret, duo Coadiutores erant (ut alios alibi plures taceam) qui, secundum Deum, illi referebant acceptam vocationem suam. Nomen verò illius apud ætatem teneram, ac alios tam erat gratum ac celebre, ut Coadiutores nostros passim *Simones* dicerent, ac si Coadiutor quispiam adesset, Simonem adesse nunciarent.

Pia collo-
quiaP. OCTAVIUS
BONINVS.

Siquid ambiguum incideret, expensis utriusque partis momentis introspiciebat, ecquid è maiore Dei gloria videretur, ac illud constantiâ & reuerentiâ mirabili amplectebatur; semper in ea quæ Dei sunt magis accuratè agenda intentus. Nouitiis cum præesset, magnam noctis partem orando ducebat, & concepta istic bona desideria & proposita sæpius interdum regustabat, in sacro potissimum ac in diuino officio recitando. Sæpè illi in ore illud Christi: *Quid prodest homini si mundum uniuersum lucretur, anima vero sua detrimentum patiat? Hoc, & his similia æternitatis apophthegmata vesperti relegebat, & cum vestes deponeret cubitum concessurus, identidem repetebat, ad æterna principia & aptè deducendas ex iis practicas conclusiones continenter attentus.*

Italus Ro-
mæ. 5. Dec.
1651.

Oratio.

QQ q 2

Quicq

Sacrum.

B.V.

Hamilit.

Oculi.

Quicquid agendum erat, circumspiciat omnia quæ rem illam circumstant, & quicquid ad meriti maioris accessionem spectat industria, adhibebat; ne quid boni lucris omitteret. Cum in mensa lectione anagnosces legisset quanti momenti, meriti que sit diuino sacrificio interesse, nitebatur plura sacra audire. Indulgentias nullas, quas quidem sciret, negligebat. Paruulam e collo corollam sub veste gestabat, cuius granis adnumerabat actus virtutum quos ipse sibi præfixerat: & corollam illam *panem suum quotidianum* vocabat. Etiam scripto rogauit Superiores, ut quicquid in illo aduerterent, admonerent. Nullum vilius obsequium circa cubiculi curam admisit. Ad ignem nullo frigore percelli potuit ut manus, licet perfrigidâ hyeme tumidas, calefaceret. Cum alia excusaret, si quid tamen contra Superiores dici audiebat, coarguebat. Oculos habuit planè in potestate, maxime ubi cum foeminis erat agendum. Cum nobili quadam foemina per annos plures persæpe locutus, illam in facie nunquam vidit, solâ voce illam nosse contentus. Aliam quâpiam cuius ille conscientiam virtutemque singularem pernôtat, rogauit ut ei lumen à Deo impetraret. Paruit illa: & P. Octauio scripsit, illum à Deo ad Societatem non tantum communi omnibus aliis sine vocatum esse, verum etiam ut animas, & particulatim eorum qui sunt de Societate, rectis itineribus ad Deum dirigeret. Atque hoc in eo elucebat seu Nouitios, seu tertia Probationis Patres, seu Collegia regeret. Vnde nobili Rectoris exemplo alij etiam facile ducebantur, nullo cuiusvis auctoritatis obtentu. Exhortationes quas ad Socios domi dicere parabat, P. Spirituali suo primum ostendebat, rogabatque ut calamo quoque admoto expungeret ex iis quicquid vellet: id

quod ubi factum videbat, tum verò eas eò libentius pronuntiabat, tanquam diuino iam calculo approbatas. Cui-dam e sociis adolescenti scrupulis agitato, & ad dies aliquot abituro, idque agere ferenti quod à Patre Spirituali abesse deberet, ac viuere anxius in suis illis curis & spinis, eam pectoris partem qua cor est cruce signauit, & bono animo ire iussit: nec enim quicquam à consuetis illis suis tricis molestia habiturum. Abiit alter; & per eos dies tranquillus vixit. Eidem à tot conscientie terribulis postea libero dixit P. Octauius; magni faceret illas molestias à Deo sibi datas, quod ipse quoque opem ferre possit aliis illum in illo genere consulturis: id quod etiam euenit. Nobilem virum in secreto conclauis adiit, & depromptâ e sinu Crucifixi Christi effigie, supplex proiecitus in genua, ea illi dixit, ut eum licenter hactenus viuente ad frugem reduceret. Quadam in vire cum foemina se ipse seu impudenter nudarent in pectore, varios diuersæ conditionis homines clam, & dextrè interrogauit an obsceno illo spectaculo ad impudicas cogitationes &c. se magnopere commoueri sentirent; cumque omnes ita se commoueri responderent, egregiâ Patrum eius Collegij conspiratione illo adnitente, factum est ut illud scandalum tolleretur; maxime cum Confessarij in id vnanimitate sanctâ conspirassent ut parum pudicè nudatas id genus foeminas (tanquam grauiâ & perpetua scandalagolorum) à peccatis nemo absolueret. Et industria felix euentus ex voto respondit. In Romano Collegio Præfetti Spiritus munus obibat Octauius, cum sanus tum adhuc, & valens rogauit quendam, ut in cubiculo suo libros componeret: atque subridens; volo me, inquit, preparare ad mortem: & meo successorij composita omnia.

Scrupulis

Zelus animi

Mortis

dia relinquere. Breui post æger ad valetudinarium abiit, vbi morti iam vicinus à socio illo rogatus num tunc de sua morte aliquid sciuisset, cum de componendo cubiculo suo loqueretur respondit: Aliquid se sciuisset. 5. Decembris extremis iam mysteriis procuratus cum minorem scholarum campanam audiret, Patri qui ei aderat, adhuc, inquit, mihi superest media hora in vita. Et verò mediâ horâ post pacatè migravit à vita, nullius vnquam grauioris peccati reus; vt firma opinio est.

P. STEPHANVS

STAROSCIRISKI.

Fuit P. Stephanus cum inter mortales ageret Ecclesiastes, ac excursor ad animarum quæstum percellens. Hic post mortem peste obitam, secundum quietem cuidam Patri in Suecici carceris squalore iacenti apparuit, vt fama est; monuitque vt æternam vitam per patientiæ lucra cõtenderet adipisci. Aded ille ne post mortem quidem desit diserti Ecclesiastæ fungi officio.

Polonus
Choyneij.
5. Decemb.
1656. ætat.
50. Soc. 19.

Disce à
mortuo.
Patientiæ

VI. DIE DECEMBRIS.

P. IOANNES

METELLA.

& P. LVDOVICVS
MATTHÆVS POLINGOTTVS.

6. Decemb.
Lustratus
Metella.
mæ. 1616.
ætat. 32. Soc.
18.
Alter tralus
ætat. 38. Soc.
15.

Cum in Matteigammenfi Ceilani Regni oppido laborarent fideles hi Euangelij satores, Gandiani milites amore suæ sectæ ac suorum sacrificulorum (quibus horum præsentia officiebat quàm plurimum) odioque fidei, & illorum qui eam fidem prædicabant accensi, eos lanceis confringere, ac recisa eorum capita palam hastilibus affixa proposuerunt spectanda: cadauera verò ad Crucis pedem abiecte.

P. FRANCISCVS
COSTERVS.

Belga Bru-
xellæ. 6.
Dec. 16. 9.
ætat. 38. Soc.
67.

A Matre in ipso partu Deiparæ dedicatus, illius honorem, & amorem libris, concionibus, Congregatio-

nibus, cultu priuato & publico propagauit. Rogatus quis cultus Dei matri esset gratissimus, respondit: *Constant, quantumvis exiguus.* Ipse per illum à Deo in Societate constantiam petebat rosario quotidie recitato. Ille primus in Prouinciis, quas gubernaui B. V. sodalitates erexit; & Colossi prophani loco Antuerpiæ Deiparæ statuam in curia poni curauit. Vbi, vbi eius videbat imaginem, aperto capite *Aue Maria* dicebat: id quod fecit, & moriens eius miracula libentissimè narrabat, & audiebat. S. P. Ignatio Romæ charus, ab illo *humilitatem, obedientiam, & perpetuam quandam letitiam*, sibi commendatam fuisse aiebat: & verò seruabat. Per 67. annos in Societate ultra communem præscriptam omnibus surgendi horam somnum protraxit nunquam. Æger nunquam fuit, nisi extremo in morbo. Virginitatem perpetuam perpetuâ corpusculi afflictatione seruabat cautus, & seuerus in se; licet fassus aliquando sit, se nullâ fœdâ cogitatione vnquam tentatum.

B. V.

Vocatio.

Mand.

Castitas.

QQq 5

Itinera.

Mortific.

Pia collo-
quia.

Itinera pedes conficiebat; armatus ci-
licio dicebat ad populum, & confes-
siones audiebat. S. P. Ignatium tener-
rimè amabat & de illo non sine la-
chrymis loquebatur. Desertores So-
cietatis volebat abesse à confortione
nostrorum. Colloquiis celestibus de-
lectabatur: si alia infererentur, obdor-
dormiscebat. Animus illi ad orandum
tener atque assiduus, eoque ardentior
quò purior, quippe quotidianâ pœni-
tentia exhomologesi perpuratus.
Carolus Grobendonque anno 1617.
vlt. Septembris Mechliniam ad tyro-
cinium comitatus, per iter in curru illi
dixit, sibi ea quæ à S. P. Ignatio com-
mendata erant, à B. Virgine petenti,
ac sollicito quomodo letus esse posset,
si podagrâ aliisque doloribus premere-
tur, illam hafuisse, ac diserte dixisse.
Francisce, promittas mihi quòd sem-
per sis futurus obediens, & humilis; &
ego vicissim tibi promitto quòd nun-
quam sis æger futurus, & retinere
semper possis lætitiā quam Pater
tuus tibi commendauit. Promisit ille.
& seruauit, atque vicissim ope Virgi-
nis sanus fuit semper. Et adiecit ad
iuuenem: si quis tibi dixerit, P. Co-
sterum ægrotare, scias fore menda-
cium iniuriosum B. Virgini, quæ in
suis promissis fidelis est: adeoque idem
erit Costerum ægrotare, ac mori. Ita
factum. Cum ad mortem extremis
Sacramentis munireturaiebat identi-
dem: *ô quanta consolatio!* quopiam

psalmum *qui habitat* recitante, ad sin-
gulos propè versus aiebat id se iam à
Deo accepisse: nunc verò illud vlti-
mum expectare: *Ostendam illi salutare
meum. ô quantum erit gaudium cum Do-
mino esse*, inquebat. Num lubens mo-
reretur ininterrogatus, dixit illud S. Am-
brosij: Ita vixi, vt me vixisse non pu-
deat: mori autem non timeo quia bo-
num Dominum habeo.

P. HIERONYMVS

DE MONTESINOS.

Facundi oris, & animi candidi, at-
que ad omnium domi virtutes at-
tenti fuit cum studeret: quo tempore
quicquid in Collegio virtutis selectio-
ris videbat in quopiam, in commenta-
riolum referebat pro enchiridio imi-
tationis. Concionabatur admirabili
spiritu, ac dote facundia: corrigi op-
tabat; & libentissimè præbebat aures
monentibus. Ex honoratiore loco ad
obscuriorem lubens descendebat, per-
cepto quocumque Superiorum natu.
Nec in prædio aut foris extra Colle-
gio degens sibi parcebat quin quoti-
die acriter in se animaduertere fla-
gris sibi inflictis; dicens non debere
corpus suo demenso etiam ibi frau-
dari, debere hoc illi tributum pendi.
Hinc illi puritas etiam in lubrico pe-
riculo intemerata.

Hispanus
Lima. 6.
Dec. 1619.
ætat. 63.
Soc. 44.

Imitatio.

Mortific.

Corpus.

VII. DIE DECEMBRIS.

P. PETRVS
CODACIVS.7. Decemb.
Italus Ro-
mæ. 1549.
Societ. 10.

E Pontificia familia Sacerdos ho-
noratus & locuples, primus ex
Italici nomen Societati dedit: cui

suâ eximiâ humilitate, ac paupertate,
magno exemplo; & domesticis in re-
bus tanto fuit subsidio, vt à multis
Societas, *Codacij Societas* diceretur. Illo
extincto cum repentina quædam auxi-
lia nostris affulsissent, obsonatori no-
stro

Sacrum.

Mort.

Humil.

Vocatio.

stro ab homine ignoto aureis ferè cētum vltro oblatis, & repertā recentissimā præter omnem spem à P. Polanco pecuniā in loco, vbi antea nihil omnino repererat, Archintus Urbis Vicarius aiebat non dubitandum hæc nobis in Cælo à Codacio subsidia procurari. Illius cura domum, templumque Romæ primum accepit Societas illius alumna industriæ. Vltimo vitæ die inusitatā cum pietate sacris fuerat operatus, quadam velut mortis præfagitione; & ecce tibi eo ipso die dum ad S. P. Ignatium adiret, in ipso ferè limine cubiculi concidit; & mox animam egit. S. P. Ignatium amabat suavissimè etiam acrius ab illo reprehensus: quo tempore, dulci quodam gaudio aiebat: *O suauem Patrem!* Societatis verò adeo fuit amans, vt ne verberibus quidem illum pelli è Societate posse diceret S. Ignatius. Qui Codacij beneficiorum memor, fundatorum honores illi decreuit, id est vnam quotannis candelam dum vixit; Sacrificia; & ad hæc primum in confessu ante profectos locum; mortuo autem, præter consueta fundatoribus suffragia, lapidem, ac ephigraphen poni iussit, studio gratiam referendi: quippe quem Cyprianus meritò vtilem, ac fructuosam Petram vocat quam Deus ad fundamenta pararit Ignatio.

IGNATIVUS DE RASSINGHEM COAD.

Belga Tornaci. 7. Dec.
1621. ætat. 19.
58. Soc. 19.

Licet ex Illustrissima Isengheniorum Comitum familia natus, & latinæ linguæ non ignarus (vt est de illo pag. 204. in pretiosis occupationibus morientium in Societate) elegit abiectus esse in Domo Dei ad omnia semper infima munia obedienter, ac libenter abiectus: à quibus æger rimè

auellebatur, etiam cum à Tornacensium Antistite, germano suo, aliisque primæ notæ viris, viseretur. Sed obedientia illi omnium instar erat. Nam, & per omnem vitam nihil, quod maius momentum haberet aggrediebatur, nisi à Superiore abrentā (quàm positis humi genibus petebat, & accipiebat) benedictione; & moriturus paucis ante supremam horis, eandem pro felici exitu benedictionem, atque vt sic dicam, obedienter moriendi facultatem supplex petiuit, eaque obrentā obedientem animam dedit.

Obedient.

Mort.

P. ANTONIVS BARISONVS.

Patauij loco nobili natus. Romæ è Collegio Germanico ad Societatem cum fratre suo eodem die profectus est, cum hætenus alter de altero ad illum vsque diem eius consilij esset planè inconscijs. Prudentiā, & charitate vigente ad extrema deuenit, cum suam vitam Deo, pro salute religiosarum, & grauissimè afflictarum Virginum deuouisset. Do verba literarum Senensis Collegij, cui Rector præfuit vsque ad extremum diem. Morbi, inquiunt illæ, mortisque ea causa fuit. Volaterras accitus ab Episcopo, vt nobile Parthenopæum à demone turbatum inuiferet, quatuor obsessas offendit, duas molestissimè vexatas; alias quibus iam ex multo tempore fœdissimus castitatis hostis sub amasij larvâ turpiter abutebatur. Cæteris ritè expiatis, vbi ad obsessas ventum est; Dæmon eas deterrere, vocem intercipere, interque confitendum longius interdum à Sacerdote proicere. Cum de more adiurationibus vrgeretur, abdita Sanctorum Lipsana in thecis designabar, sed nomina proferte exhorrebat. B. Aloysij, & S. Xaverij

Italus Senis.
7. Dec. 1623.
ætat. 63.
Societ. 48.

Charitas.

Charitas.

Mort.

S. Xaverij.
B. Aloysij.

Charitas.

Xaverij recordatione maximè tor-
quebatur; & illum quidem puerum
vocitabat; hunc verò tanquam à lon-
gino, & remotissimo, gestu nota-
bat. Iussus aliquando dicere (*Deus
charitas est*) vix tandem adigi potuit:
& se peculiarem deinde charitatis ho-
stem confessus est; quam ut elimina-
rer ab eo Gynecæo, se illam familiam
inuasisse. Vox ea vehementer omnes
monit, & ad retinendam gratiam hu-
per reconciliatam mirè inflammavit.
Tandem ab actis inuasoribus rediit
Parthenopeo tranquillitas. Acta sunt
hæc per caniculares dies: tenebatq;
quotidie labor octonas horas. Ergo
Senas reuersus P. Antonius, exequente
Augusto malignâ correptus febris, no-
no post die sublatus est. Sciscitanti
sapius Sacerdoti, qui decumbenti as-
sidebat, num se pro salute illarum Vir-
ginum deuouisset; aliquid profectò
huiusmodi se fecisse modestè respōdit.

P. CAROLVS

GARNIER.

Callus apud
Hiroquæos.
7. Dec. 1649.
Ætat. 44.
Societ. 25.

Confessio.
quotid.

Oratio.

Aiebat se à B. Virgine collocatum
in Societate. Anno 1636. in no-
uam Franciam vela fecit: atque ut lex
Domini immaculata, illius ore feli-
cius seminaretur, pœnitentiæ Sacra-
mento se quotidie perleuebat, tenerâ
claritate. Oratio illi felix fuit citra vl-
lâ turbamenta interpellantium cogi-
tationum. Non nisi *Supernaturalibus*
(ut loquimur) *principiis*, ac *maximis* ni-
tebatur, nullâ curâ respectum huma-
norum. Nullum istic ærumnarum,
aut expeditionum genus fuit in quo

Carolus non fuerit apprimè versatus.
Eorum quos morti proximos iuuabat
Angelis custodibus omne illud nego-
tium impensius commendabat, & vi-
sus illi adesse aliquando fuit Angelus,
cùm ægro ipse adesset, id quod æger
de illo narrans: *Vidi, aiebat, iuuenem
pellucentem, lateris P. Caroli stipatorem:
hic mihi hortator fuit, ut P. Caroli moni-
tis parerem promptus; atque illius ductu
proficere impensè contenderem.* Somnium
breuem carpebat, nec aliter quàm cin-
ctu ferreo, & stellulis aspero ad lum-
bos accinctus: quo eodem cingulo ad
cruentam sui verberationem utebatur.
Hoc die cùm Hurones Christianos ab
Ethnicis Hiroqueis vexatos in tumul-
tu, alios pœnitentiâ expiaret, alios ig-
ni iam iniectos baptismo ablueret,
duobus tribulæ globis traiectus est.
Iacebat ille iam propinquè morti vi-
cinus, cùm conspecto Hurone Chri-
stiano (qui decem ferè pedum inter-
uallo ab illo distans animam agebat)
ad eum reptauit, & eum expiauit;
mox penes illum triumphalem ani-
mam edidit, cùm tunc illic eius ca-
put iratus Hiroquæus barbarus secu-
ri gemino ictu impressâ ita confregit,
ut cerebrum quoque illi eliserit.

P. Natalis Chabanel, eius socius, bre-
ui post illum, in certum quâ morte,
interiit. Dedi de illo plura in morti-
bus illustribus. Aliqui ab apostata
quodam fuisse trucidatum haud ex
vano produnt. Argumentari licet è
spoliis, & occasione planè idoneâ; de-
nique è minis illis quæ ex eius ore au-
ditæ sunt dicentis; breui quæpiam è
Sacerdotibus Christianis manu suâ
cædendum.

Charitas.

Angelus.

Morbus.

Mortificat.

Charitas.

VIII. DIE

VIII. DIE DECEMBRIS.

ALPHONSVS

DE PRATO COAD.

8. Decemb.
Hispanus
Salmanticæ.
1559.

Humil.

Post cenam.

B V.

Mort.

TRiginta iam, & amplius annos natus tamen Salmanticæ in literis ingenio felici operam haud mediocrem posuisset, tamen auditâ B. Borgiæ Sanctimonîæ, ac particulatim humilitatis famâ, in Societate Coadiutoris statum amplexus est, sacrorum ordinum ne mentione quidem admittâ, qui tamen illi offerebantur, quippe cui parum deerat ad scientiam quâ vel inter profectos censeretur. Solebant vesperi post cenam Coadiutores in choro visitare sanctissimum Sacramentum: & tum demum inde digressi de diuinis inter se conferre. Alphonsus Deiparæ Virgini Matri apprime addictus, Immaculatæ illius Conceptionis festum exquisitis modis celebrabat: & post cenam ad Coadiutores de illo mysterio aliquid in medium afferebat. Anno 1559. 8. Decemb. expectabatur ex choro idem facturus: cum præter morem ibi hæsit diutius, ac tandem ad fratres prodiiit vultu alacri, & inflammato. Iam confederat, ut dicere ordiretur, cum repente inclinato ad vicinum qui affidebat capite felicem animam edidit.

P. PETRVS

SPIGA.

Sardus Calari. 8. Dec.
1594 ætat.
74. Soc. 43.

PAuperum, & paupertatis amantissimus, afflictatione sui, sensuum custodiâ, humilitate, orandi studio propè mirabilis. Pro Apostolo Sardinia habebatur, cum sibi nihil parceret aliorum exquisitis industriis adiuuandorum causâ. Zelus ille animarum, quo mirificè flagrabat, nihil de domesticâ disciplinæ reuerentia, diligentiaque in illo decerpit: in qua quia quosdam laxiores videbat; & Societate amandandos verè prædixit: & particulatim de vno pronunciauit, nono post anno è Sociorum albo delendum; id quod ita euenit. Corpore fuit adeò pusillus, ut de illo ad Societatem admittendo S. P. Ignatius sit consultus, missâ quoque ad illum longitudinis eius mensurâ. sed annuit Sanctus Pater: & P. Petrus primus è Sardis ad Societatem admissus, factus est Societatis in Sardinia inter primores lapides fundamentum. Orandi studio mirabilis fuit, impetratione opportunâ, & mirâ. Thoracem vnum lineum per ipsos 24. annos gestauit, mortem suam vno antequàm illam obiret mensæ prædixit: & mortuus insertum manibus calicem æquè ac si viueret arctè strinxit. Reliqua de illo in vita.

ret aliorum exquisitis industriis adiuuandorum causâ. Zelus ille animarum, quo mirificè flagrabat, nihil de domesticâ disciplinæ reuerentia, diligentiaque in illo decerpit: in qua quia quosdam laxiores videbat; & Societate amandandos verè prædixit: & particulatim de vno pronunciauit, nono post anno è Sociorum albo delendum; id quod ita euenit. Corpore fuit adeò pusillus, ut de illo ad Societatem admittendo S. P. Ignatius sit consultus, missâ quoque ad illum longitudinis eius mensurâ. sed annuit Sanctus Pater: & P. Petrus primus è Sardis ad Societatem admissus, factus est Societatis in Sardinia inter primores lapides fundamentum. Orandi studio mirabilis fuit, impetratione opportunâ, & mirâ. Thoracem vnum lineum per ipsos 24. annos gestauit, mortem suam vno antequàm illam obiret mensæ prædixit: & mortuus insertum manibus calicem æquè ac si viueret arctè strinxit. Reliqua de illo in vita.

P. BERNARDINVS

STEPHONIVS.

ANno 1560. die immaculatæ Conceptionis B. V. natus, è Romano Seminario ad Societatem aduenit anno 1581, die Purificationis eiusdem B. Virginis Matris: & eodem die anno 1601. 4. vota professus est: denique anno 1620. 8. Decemb. id est anniuersario sui natalis die viuere desiit, vitâ omni velut per stationes nobiliores festis Marianis distinctâ, & circumscriptâ. Memoriâ fuit ad capiendum celerè, ad retinendum ita firmâ, ut quicquid

RRr

Mort.

Regula.

Prædictio.

Oratio.

Paupertas.

Mort.

Italus Mutinæ. 8. Dec.
1620 ætat.
60. Soc. 59.

B V.

Humil.

Humil.

Mortific.

Oratio.

Mors.

quid legerat meminisset; ingenio autem ad eloquentiam, & virtutem nato, ac supra quam dici potest sui demissione mirabili, quicquid illi plausuum daret Roma, Principes, & summa ingenia. Enixè petiit igne aboleri quæ scripserat, ne aliam lucem viderent; licet pietate, styloque sint laudatissima. Scripto publicè in triclinio ad legendum pro priuato nostro more dato dicit sui animi statum, instar Iob, esse calamitosissimam illuuiem, maciem, tabem, sterquilinum, inquinatissimum, & cœnosam perenitatem in conflictu seditiosissimo. suâ se confessione damnatissimum esse, atque contaminatissimum luculentissimis ærumnis, panegyrim malorum omnium & reum longanimitatis Dei: nudum, cæcum, surdum, mutum, ac luculentam suam in amaraco, ac rosa, in sanctissimorum hominum religiosissimo conuictu. Hæc ipsius calamo, & his plura in illius elogio probris eius Romæ editis præfixo latè recenset Valentinus Mangionius Italiæ Assistent. quo eodem teste paupertatem vnicè coluit, quotidie se flagris piè seuerus cædebat: præscriptas diuinarum contemplationi rerum horas in medio conclauis transigebat citra fulcrum vni dilecto Deo acclinis & innixus. Supremum æger dixit; sperare se, fore vt proximo Beatissimæ Virginis die de vita decederet, cuius festa fœlicia fuisset expertus nascens, Societatis tyro, ac demum professis adscriptus.

P. BENEDICTVS FERNANDVS.

Inconfusibilis operarij eruditi, atque assidui magistri, integerrimi religiosi nomen tulit. Beatissimæ Virginis perstudiosus scripta sua in Genesim Marianis laudibus vnde quaque distinxit, singulas lectiones illius nomine condiens eruditè, ac piè: eaque illi vni omnia dedicauit, luculentâ ad illam datâ, & vtrique tomoprefixâ dedicatione. Alterum tomum scribebat, cum graui morbo prostratus orauit Virginem, & valetudinem illicò inpetrauit.

Lusitanus
Vlyssiponz.
8. Dec. 1630.
ætatis 64.
B V.

P. IVLIVS CÆSAR MARGICVS.

Pertorius Caputus (vir ille sanctimonie laude vsque ad admirabilitatem celebratus) illi in Philosophia literarum simul & eximie virtutis magister fuit. Optabat Societatem, vt Indias & martyrij gloriam istic adipisceretur; cum tam fœcundas earum palmarum Indias effeliteræ nunciarent. In India, post alia, Siamensium saluti nauauit operam. ibi ab interprete suo perfido per calumniam accusatus, & occulto veneno fructibus illito peremptus est. Eius corpus ignoti & Angelico vultu ac maiestate conspicui adolescentes circumstare conspecti sunt.

italus in
Siam inces-
to mensc.
1630. ætat.
44, 50. & 16.

Angeli

IX. DIE

I X. DIE DECEMBRIS.

P. FRANCISCVS
ORLANDINVS.9 Decemb.
Italus Re-
cincti. 1586.Humilit.
Mort.

Hic alios non paucos multis virtutibus, & ipsas suas virtutes maximâ sui despicientiâ supergressus, in magna virtutis excelsâ laude fuit, adeo vt extrarij quidam gloriam migrantis in Cælum eius animæ se vidisse putent, atque affirmant.

P. IOANNES
IGNATIVS.Hispanus
9 Dec 1587.S. V.
Regula.

Seruantissimus legum: sed excellēbat singulari planē cultu augustissimæ Dei Matris; cuius præcipuē in honorem se Societari dedicauit. quod ipsum illi aureum calcar fuit ad accuratissimam legum amussim ubique integrē obseruandam. Vbi legis cuiuspiam laxandæ sese offerebat occasio, mox illi conscientia, velut vigil in corde monitor Theologus dicebat: *Istud contra legem est; abstinē.* Et illicd abstinēbat; hac etiam arte suam erga Dei Matrem obseruantiam contestatus, vt cuius amore Societatem capessuerat, eiusdem ope illius institutum perdiligēter seruaret.

P. FRANCISCVS
CALDERON.Hispanus
Manilæ 9.
Dec. 1688.
ætat. 71.
Societ. 48.

In Iaponia per annos 30. strenuo sudore profuit reipublicæ Christianæ inde eiectus, in Philippinis per annos 4. domi, & foris exemplo magno præluxit, etiam Visitator fa-

ctus. Episcopus Iaponiæ dicebat; in illo verē primitias spiritus relucere. Maximoperē laborabat ne vllā omnino in re quicquam accuratissimo disciplinæ communis ordini deesset. à missionibus redeuntium pedes abluebat ipse, suauissimè illud ingeminans: quàm speciosi pedes euangelizantium pacem? Cupientibus dabat omnia, quæ habebat. Vnde alieno etiam Brëuiario utebatur, gratias Deo agens pro ea paupertate. Sanctorum per menses singulos acceptorum, & eorum, quorum memoria quotidie agitur, memor, quotidie illos colere, particulatim colebat. Examen particulare ad mortem vsque constanter fecit: vnde illius rationes notatæ sub eius cervicali repertæ sunt ab eius morte. Quinque annis ante mortem singula conscripsit quomodo vellet se morti accingere. Sanctus pro mense illi afferebatur. Tum ille schedâ necdum acceptâ, ergo S. Leucadiam habebat, inquit, adiutricem: & illius die extinctus est morte dulcissimis verbis optatâ, vocatâ. Franciscus Colin Prouincialis, in historia Philippinarum lib. 4. cap. 26. à num. 271. de Calderone multa narrat. Ait cum inter agendum persæpè in ore habuisse hæc verba: *Ad laudem, & gloriam Dei:* fuisse à confessionibus cuidam de Sodalitio, cuius animam postea multâ luce illustrem in cælum ferri aspexit. Id verò quod nos de S. Leucadia retulimus, ait de S. Barbara contigisse, ac illum 4. Decembris diem obiisse. Si quis morientem interpellabat, petebat relinqui suæ quieti. Putantne, aiebat, parui momenti occupationem esse, in extremo agone versari? V-

Humilit.

Charitas.

Sancti.

Exam. part.

Mort.

S. Mensur.

Intent.

Sodali.

S. Barb.

Mort.

R R r 2

num

num è maximis negotiis est, se ad mortem disponere. Irent porro illi ad sua quivis munia. Se enim ab Angelis Dei circumdari.

P. I V L I V S

VRSINVS.

Italus Flo-
rentiæ, 9
Dec. 1610.
ætat. 46.
Societ. 26.

Oratio.

B. V.

Roma ex iaclyto Comitum Perilianorum sanguine natus, Angelicâ in Societate modestiâ suique contemptione, ac orandi assiduitate spectabilis fuit: adeo ut non desint fidem omnem committere testes, qui affirmant se illum vidisse inter orandum aliquot cubitis à terra sublimem. Ante mortem Patri Spirituali affirmatè dixit, sibi adolescenti Beatissimam Virginem visam dixisse voce manifestâ; quod ipsa illius puritatis

curam suscepit. Cum Florentiæ Rector esset, illam Collegio suo præfecit ut Matrem, Dominam, Educatricem, Magistram, omnia; eoque quicquid erat ardui negotij tenerimâ quadam fiducia securitatè in manibus B. Virginis deponebat; ut ab ea dirigerentur, & curarentur, ac ex animi planè sententia res illæ omnes felicem exitum sortiebantur. Plurium virtutis magnæ opinione illustrium testimonio dicitur, illum in cælo paulò post mortem conspectum esse in magna gloriæ Majestate. Cuidam pro illo ægra oranti apparuisse dicitur manus lilium quoddam decerpens: unde intellexit vitæ spem omnem præcisam esse. Eidem illo iam mortuo scire consideranti, quâ in virtute potissimum eminauisset Vrsinus, vox manifesta dixit; illum vixisse mortuum.

Cassit.

B. V.

Mort.

Lilium.

Mortif.

X. DIE DECEMBRIS.

P E T R V S

SCHMIDT COAD.

10. Decemb:
Germanus
monasterij
V Vestphal-
lic. 1655.
ætat. 63.

Ang. cassit.

Anna domesticæ illum vocant Coadiutorem fidelem, prudentem, sedulum, modestum, præstantem œconomum, laboris, & charitatis, artibus dilectum omnibus, & nunquam turbari visum, etiam cum quàm maximè occupatus importunè vrgeretur. De acris vel herniæ, vel capitis, quos patiebatur doloribus queri auditus est nunquam. Orandi & laborandi studium ita vsu assiduo coniunxerat, ut laborantem iuaret oratio, non turbaret orantem labor. Nunquam domo prodiisse Petrum aduertere externi, quia sub pallio coronam Deiparæ gestaret in manu. Noctu, iteratâ sui Custodis Angeli

(ut arbitrabatur, & quem ille impensè colebat) voce, eâque altiore atque urgente, nominatim ad vinariam cellâ ire iussus, paruit; & vini vas ruptis aliquot vineulis seu circulis propè dissolutum, vinumque omne iam effusio- ni proximum inuenit. SS. Sacramenti, & Matris Virginis cultui ex asse additus fuit.

P. A N D R E A S

ASENSIVS.

Hunc Ludouicus Valdiuia scribit Heminuisse in erudiendis ijs qui ad ascerica S. P. Ignatij secedebant. Mira in clero, ac nobilitate his artibus fecit, ad magnum exemplorum insignium documentum. Circa po- nitentia Sacramentum cum esset non minus

Hispanus
Palentia
incerto an-
no mensis
ac die.

Confessio.

minus peritus rerum quam assiduus, illud ei rarum certè contigit. Quendam vindictæ grauis immodicè retinentem, absoluerè detrectârat, & in expiatum dimiserat cùm necdum benè subactus esset, paratusque ad accipiendam veniam, corde furenter accenso. Hunc sub noctis ferè mediæ tempus adiit P. Assensij formâ personatus dæmon pater mendacij; & pulsata turbidè portâ cùm se P. Assensium esse mentiretur, admissus, viro illi dixit se religione perpulsum adesse: non citra iniuriam se illi negasse absolutionem, quo circa se illi nunc eam impertiri; ageret, ac diuinæ mensæ tutus accumberet. Tu enim, aiebat dæmon, tu es qui ab hoste illo tuo es læsus: habes cur vindictam de illo expectas. Ita petita, quod ad eò seuerè cum illo egisset, veniâ, discessit. Sed alter ille sagacior id quod erat suspicatus, benè manè ad P. Assensium adiit, & veteratoris insidias ei exposuit; ac ritè peccata confessus, id egit quod verus P. Assensus suadebat, non verò quod eum præcipitare moliebatur dæmon Assensij vultu ac nomine personatus, cui charitas nostra odio est, & odia sunt amor.

Dæmon. insidia.

P. MARTINVS

XAVERIVS.

Hinc in manu scripta à P. Nicolao del Techo Paraquariæ historia (parte 1. cap. 23.) reperio. Ait ille, Nicolaum se post mortem præbuisse spectandum quasi Indos catechesi erudiret; Iosepho Cataldino visum adesse amouisseque periculum quo à barbaris cingebatur; alteri socio, ob solitudinem, & cætera Apostolicæ vitæ incommoda mæsto, in veste splendida apparuisse, monuisseque vt animo erecto esset, eos qui constanter laborarent, talem qualem oculis conspiceret gloriam adepturos. Fuit Martinus clarissimæ in Nauarra, & S. Xaverium sanguine attingentis familiæ hæres vnicus. Inuitâ Matre Societatem amplexus, annum trium millium aureorum censum dimisit: & Paraquariam impetrauit. Ibi Guairanis operam & fidelem, & laboriosam præstitit insigni linguæ peritiâ, magnis ac arduis itineribus exantlatis. Peste infectis ministrantem oppressit morbus, & mors, cùm se incruentâ morte mori doleret. Aiebat moriens; nihil se vnquam, nisi ex obedientiæ sanctæ nutu fecisse. Aiunt etiam ab omni grauiore noxâ semper fuisse immunem.

*Hispanus in Paraquaria tempore incerto.**Charitas.**Charitas.**Obed.*

XI. DIE DECEMBRIS.

L V D O V I C V S

VICECOMES.

vi. Decemb.
Italus Mediolani.
161; 2tat.
30. Soc. 4.

Nobilissimâ domo natus, notatus nonnunquam est, tum adhuc paruulus, clam se verberare flagello. Postea diuino instinctu ad So-

cietatem vocari se sensit, sed cùm differret, sensim elanguit; vsque dum anno 1607. nocte vigiliæ natiuitatis Christi, se minaciter argui sensit quod ingratus esset; inferni quoque tormentis menti viuudum quendam in modum ita obiectis, vt expergefactus à somno, pudore ac tremore plenus è

Vocatio.

R R r 3.

lectulo.

lectulo exilierit, veniam surditatis suae petierit, morem Deo vocanti gerere constituerit, ac nullâ morâ interpositâ generalem de vita vniuersa exomologesim peregerit. Moram illi tamen iniecit caro & sanguis; quam ipsam sapienter atque constanter superauit, & anno 1608. 16. Aprilis Societatem tandem impetrauit, & inuit, desiderio tanto accensus, vt ad eius qui religio-
Humilis. sas vestes ei afferrebat se pedes abiecerit, vt illos exosculatus gratias ei ageret pro *vestimentis salutis*. Illud vero longè molestissimum & admirabile visum est Ludouico quòd cum feto-
Castitas. to spiritu exultare gauderet, tamen nocte illâ quam felix induendæ sacræ vestis dies sequebatur, coniuratus in optimi adolescentis salutem cum carne dæmon erubescendis ignibus illum accenderit quasi totum eius sanguinè immundus genius immunda suggerens occupasset. At ille quâ erat & erga Deum, & erga Magistrum suum fiduciâ, se de lectulo proripuit, & ad Magistri Nouitiorû cubiculum adiit, atque consueto signo edito admitti petiit & impetrauit. Vbi posteaquam id quod erat verecundè simul candidè-
Humilis. que narrauit, paucis verbis plurimum seuamenti accepit, voto etiam castitatis, eius permissu, concepto, perpetuone an verò ad tempus tantum, incertum. Illud certum est, affirmasse Ludouicum, se admirabili suauissimæ castissimæque voluptatis rore tunc fuisse perfusum, restinctis etiam vltimis quibusque turpis illius flammæ scintillis. Ita postridie veste Societatis amictus, pane Angelorum refectus, & in sacrum tyronum ephebiûm relatus est. In quo lingua illi eucharis, & cauta semper ne quid vllâ suæ laudis parte aspersum efferreret. In asce-
Humilis. tico anni 1609. secessu flagrantissimo desiderio accensus est vt pererer Coadiutorum officiis numeroque adscribi,

arque in Marthæ sorte vitam degere in Societate. id quod licet non impetrârit, persèpè tamen cum singulari gaudij significatione infima quæque munia obibat, etiam tyrocinio iam peracto. Con sanguineis nunquam volebat scribere, nisi ter prius consulisset Deum, & Superiores semel. Præter pias chartas, coronam, & officium B. V. nihil habere volebat. Vespere post examen benedictionem Dei Matris implorabat supplex quotidie coram illius imagine: seque illi in lectulo commendabat consuetâ illâ formulâ: *O Domina mea, S. Maria, me in te iam benedictam fidem &c.* Sabbato gratias Deo per illam agebat pro beneficiis per illam, illâ hebdomadâ, & per omnem vitam, acceptis; & conceptam prolixam se illi dedicandi formulam bis, quotannis 25. Martij, & 15. Augusti instaurabat; petebatque singularem erga illam tenerumque amorem pro se, ac pro Societate vniuersa. Ad cælestem mensam se præparabat oratione, ieiunio, disciplinâ. Humilitatem amabat vnicè. Aiebat ita se Deo valdè gratum fore: & B. Aloysium rogabat, vt ipse apud humillimam cæli Reginam pro illo hac virtute instruendo satageret. Valdè se incitari aiebat ad illam illis Bullæ verbis: *Requirat hoc institutum homines verè humiles in Christo.* Optabat habere catalogum eorum qui in odium fidei cæsi sunt è Societate: ac illorum dies insigni ardore colebat, vitis quoque illorum lectis, & adiectâ quot hebdomadis aliquâ corporis afflictatione.

Magno flagrabat desiderio Deo excellenti quadam ratione ita seruiendi, prout ille id agendum conceperat. Vnde cum id per morbum quosensim atterebatur, minus posset, more languere. Cumque à suo in Philosophia Magistro causam doloris explicare iuberetur, in tenerrimas lachrymas

Paupertas.

B. V.

Eucharistia.

Humilis.

chrymas vberim erupit, ac dixit: Quia per adeo afflictas corporis vires Deo seruire non possum ita vt desidero, atque vti ei seruiendum esse mente concipio!

In morbo extremo pietas tenerior, patientia solidior, & quicquid in infirmis desiderari potest in Ludouico emicuit. Votorum formulam suam manu descriptam ritè pronunciauit prius quam extremo viatico muniretur, & illam lectulo appendi iussit. Cum ægrius oleo vngeretur, Crucifixum complexus eam quā vnebatur corporis partem osculabatur in Christo, id est, oculos, aures, os, manus, pedes, latus; idque tanto animi æstu, ac si verè animam in illa vulnera immigrantem expiraret.

Anniuersariâ post Ludouici mortem nocte Posnaniæ in Polonia (quò missus erat Pater Ludouici in Philosophia Professor) eidem per quietem apparuit cultu splendido, & vultu sereno, eumque lucido quodam & ad diuinâ expectato gaudio plenum reliquit.

P. CONSALVVS GOMIVS.

Hispanus
Carauacæ
incerto die.
anno 1581.
Societ 19.

Mortific.

Hebdomada.

Charitas.

Cum Caruacensi Collegio præcesset, ægro licet morbis corporeculo non parcebat. Partitè hebdomadam distribuerat, ita vt quotidie suum corpori afflictatione aliquâ demensum daret, plura facturus nisi valetudo prostrata vetuisset. Duos dies præstitutos habebat quibus se verberaret; duos quibus cilicio indueretur; duas noctes, quibus vestitus cubaret in scamno; duas quibus non nisi cilicio lectulo vteretur. Suâ inedia pauperibus opitulabatur. Vnde alij quoque Rectoris exemplo atque permissu egentibus dabant quibus suum ge-

nium ipsi fraudarant Iaculatoriis precibus adeo assueuerat, vt consilij aliquid daturus petenti cuiquam non prius responderet, quàm mente in cælum sublatâ decies SS. IESV & MARIA nomina implorasset, id quod faciebat etiam cum se ad officium canonicum persoluendum accingeret. Præter orationem quæ voce depromitur, orabat mente per horas omnino quatuor: & concepta istic lumina, simulque omnes conscientie suæ rationes accuratè notabat. Pro morte quam ea anno se oppetiturum à fœmina pietate illustri audierat, omnem apparitionem conscripserat quid sibi legi veller. Plura de illo Societatis historia.

Oratio.
Iesus Maria.

Iaculatio.

Mors.

BARTHOLOMÆVS WAGNER COAD.

In hoc eas virtutes laudat Gracensis Collegium quæ Coadiutorem Societatis commendare solent; candorem, simplicitatem religiosam, pietatem in sartoris officio istic rotos 37. annos administrato: charitatem quæ ille omnes, & omnes illū complectebantur. Cum velocem præuideret sui tabernaculi depositionem, præclaro diuinæ Eucharistiæ cultu se ad mortem parabat quotidie. nullum enim diem prætermittebat quin præstitutâ horâ coram SS. Sacramento supplex de genibus diutius precaretur, constanti pietate quotidiano more firmatâ vsque ad mortem ob eximiam religiosi exempli pietatem charus erat vnicè ipsi etiam Serenissimæ Mariæ Archiducum: idcirco pro mortuo suo Bartholomæo illa ad Alzare, quod priuilegiatum vocant, 30. sacrificia suare curauit.

Germanus
Gracij 11.
Dec. 1607.
ætat 69.
Societ 40.

Euchar.

Mors.

Præparatio
ad mortem.

P. IACO.

I A C O B V S

DE PAISTRE NOVIT.

Belga Mechliniæ. 11.
Decembris
1620. ætat.
50. Soci.

Bellioli præclarè Curati partes egit, Eximio planè studio animarum. Aiunt illum peditem nocte intempe-
stâ ad aliquot passuum millia excur-
rissè, ut illos quæreret, inuaretque, qui
erant de peste suspecti item è suâ Pa-
rochia finibus familias hereticas pluf-

quàm 70. exegissè; ut nè grex reli-
quus scædam scabiem traheret ab hæ-
retica illa peste. Idcirco illo vehemen-
ter adnitere Societati istuc aditus est
apertus, & Collegium à magistratu
fundatum. Societatem vix erat am-
plexus cum sexto tyrocinij mense in-
ter excelsa planè humilitatis, & soli-
dæ, ac teneræ in B.V. & cælestes pie-
tatis documenta felicem animam æ-
ternitati transcripsit.

Charita.
Fides.

XII DIE DECEMBRIS.

P. FRANCISCVS

FABRICIVS.

12. Decemb.
Belga Sul-
dæ. 1597.
æt. 46.
Charita.

Gloriosæ apud peste laborantes
spartæ immortuus est post labo-
res longe pulcherrimos. Ibat
quacunque diei vel noctis horâ vo-
cabatur promptus & expeditus. Illud
heroicæ charitatis fuit facinus, quòd
etiam inter dirâ tæbe corruptorum
eadauera medius, ægrotum, & mo-
rientium peccata exceperit charitatis
vileniente horrendi spectaculi dirita-
tem.

ter laboravit, Apostoli nomine hono-
ratus, ac vnicè amatus ab omnibus
Salsetanis.

P. EMMANVEL

MARTINEZ.

12. Decemb.
Belga Sul-
dæ. 1597.
æt. 46.
Charita.

Tantâ religiosæ, atque ad minima
quæque attentæ conscientia ac-
curatione, tantâ sui demissione cum
Hispanis ac Indis in Philippinis insu-
lis versabatur, ut communi apud om-
nes elogio Sanctitatis nomine cele-
braretur. Mira in illo vitæ innocen-
tia, & suauissimæ de cælo inter oran-
dum delicia; quas inter illud cælestis
favoris pernobile documentum fuisse
perhibetur, quòd (ut de illo testes sunt
annuæ Philippinæ) Christi humanita-
tem clarè viderit aliquando. Nempe
virgineos illius oculos hoc præmio
voluit Deus etiam in hac vita hono-
rare.

Hispanus
in Philippi-
nis. 12. Dec.
1626. ætat.
67.

Christus.

P. THOMAS

STEPH. BYBSTEN.

Anglus Goe-
incento die
ac mense.
1619. ætat.
70. Soc. 44.

Romæ post Philosophiæ curricu-
lum studèdo confectum per quietem
domicilium quoddam vidit, ad
procuracionem illius inuitatus. Indias
impetratas ut adiit; conspecto Socie-
tatis domicilio Salsetano, agnouit il-
lud ipsum esse quod olim sibi dor-
mienti oblatum fuisse meminerat, il-
lud ipse postea rexit quinquennio, &
in illa vinea per ipsos 40. annos navi-

Diuini officij preces animo mirum
in modum attento exequabatur. Ai-
unt qui rem cum admiratione videre,
Breviarium eius, seu librum Ecclesia-
sticarum precum, aliquando in mare
delapsum fuisse, id quod cum Emma-
nueli

Oratio.

Somnium.
Fides.

nueli nunciaturum esset, instanter Deum precatus est, vt prouideret ac repente breuiarium innatans conspectum fuisse, quod Emmanuel vbi conspexit, iussit illud à pueris ad se afferri: qui id cum facerent, aduertere librum ab aqua nihil omnino passum fuisse, adeò vt sicus vndeque sit reperi-

Extremum quod de illo addo (reliquis quæ afferri possent, sed ei cum aliis multis communia sunt, omis-
Mari. sit) habet fidem ab eo qui ipse rem narrauit Hispano, viro magnæ virtutis. Aderat is morienti patri Emmanueli, tunc adhuc mundo & iis quæ amat mundus nugis nugarum plus æquo il- ligatus: cumque morientis Emma- nuelis fauctimonia se perurgeri, ac magno ad meliora non tam desiderio accendi sentiret, quàm illud sibi desi- derium impetrari perciperet, rogauit P. Emmanuelem quantâ potuit effi- cacitate, vt æternitatem illam ingres- sus, ne se desereret, verum coram Deo instanter ageret, ac inter mundi tricas hærenti gratiam, id est, magnanimitatem & constantem sui victoriam, ac earum quas malè deperibat vanitatum contemptionem obtineret.

Vix felicem animam egerat P. Emmanuel cum Hispanus ille altissimo peccatorum dolore saucius, & in la- chrymas obertim effusus, generalem de vita vniuersa confessionem insti- tuit, & animum ad sequenda Christi signa conuertit; fassus id sibi à Deo P. Emmanuelis precibus imperatum.

LVDOVICVS

MENDIVS.

Lusitanus
in ora Pis-
cariæ incert-
to mense.
1552.

Missu Xanerii in piscatoriam oram profectus, ibi perquam diligen-

ter operarij boni munus impleuit. Cum autem in pusillum Christiano- rum gregem, innato in eam quam sus- ceperant religionem odio Ethnici cæ- de miserabili grassarentur, ac templo Christiano ignem circumdarent, blan- de illos rogabat Ludouicus, vt ædi sacræ ac innoxii Christianis parcerent. Hæc agentem Maurus in cerui- ce, ac in femore vulnerauit: mox præ- cium illi caput à barbaris asportatū.

ANONYMI DVO

PATRES ET ALII QVATVOR.

IN Salsættis ad Goam duo è Societa-
In Salsættis
te Patres lapidibus obruti sunt ab
incerto mē-
Ethnicis, & internecti: quorum no-
se. 1554.
mina nobis ignota in libro vitæ sunt,
 vt speramus: vti & duorum Condiu-
1555.
rum anonymorum in Brasilia in odiū
 fidei peremptorum. Memorantur et-
 iam Patres Antonius Fernandes, & Ioan-
1556.
nes Beira, incertum quo mense, die, lo-
 co in Christi eiusque fidei odium cæsi.

P. MICHAEL

PONCE.

Præfuit, Palapagensi nostro domi-
Incerto an-
 cilio in Philippinis opere strenuo
no, & mē-
 satagens pro animabus, adactâ in la-
 tus lanceâ postea ab ethnicis interne-
 ctus: habuitque in ea rectione suc-
 cessorem P. Vincentium Damianum
 de quo 11. Nouembris dixi. De Mi-
 chaele plura his hæcenus nancisci
 non potui.

SS f

XIII. DIE

XIII. DIE DE CEMBRIS.

P. ARNOLDVS P. IGNATIVS

CATHIVS.

GARGANVS.

29. Decemb.
Belga Ru-
remunda.
1630. ætat.
34. Soc. 28.

Mors.

S. Scriptura.

Sing. horis.
Oratio.

Cor.

B.V.

Sacram.

Vocatio.

Mortific.

Mortific.

Post nobiles in Hollandia labores annis undecim exantlatos atque officia bene gesta, pepigit cum germano suo, ut qui prior migrasset e vita, breuem hinc à Deo migrationem superstiti (si e salute animæ id esset) impetraret, 18. Octobris ille obierat, cum iste hodie securus esset. Fuit vir felicitis memoriæ, quæ diuinam scripturam ira tenebat, ut quid quouis capite contineretur ediceret. Ad officia charitatis fuit flagrans, & assiduus. Inde pestis ab illo non semel contracta. Nulla illi hora præterfuebat, quæ Christi patientis mysterium aliquod non recoleret adiunctâ Christi salutatione, ac laude. Per Cor Iesu B. Virginis auxilium implorabat; cuius Virginis rosarium quotidie recitatum noctu e brachio suspendebat. Sacerdotum cuiuspiam libens cum poterat quotidie ministrabat singulari tunc e cælo solatio delibutus. In Beatissimæ Virginis & in Societatis laude disertus, bonus utriusque filius esse nitebatur exemplo recto & sancto. Aiebat, opinari se, quod si Angelus in carne viueret, illum hoc vitæ genus initurum. Flagellum illi e carenulis nodo, radio aculeoque confectum, quo in se bis quotidie sæuim in modum animaduvertebat usque ad sanguinem affluenter effusum: nec vnâ semper in partem sauebat, ut aliâ & aliâ quæsitâ in parte dolor esset acutior atque recentior. Atque hæc etiam cum cholicâ, calculo, herniâ torqueretur.

Præfuit tyronibus, Collegiis, Professis, Prouincis, Siculæ ac Neapolitanæ; & interfuit decimæ Congregationi Generali. vir cuius religiosa semperque sui compos prudentia, & constans pietas, in illo cælestem quandam indolem ostendebat: quippe qui nunquam extimescere sit conspectus, nunquam perturbari; nihil agebat iratus, aut inconsultus, nihil non cum charitate coniunctum, quam ille religiosa vitæ iucunditatem esse aiebat. Non defuere qui illum conspectum fuisse radiis coronatum ferant.

Italus Tio-
pæ 13.
Dec. 14.

Oratio.

P. ALEXANDER
LOPEZ.

Hispanus
ætat. 17.
Societ. 14.

P. IOANNES
MONTIEL.

Anno 1645. Cachil Corralatus Mindanai Rex pacem cum Hispanis iuratus pepigerat, præsentem ac teste P. Alexandro Lopez, qui Regnum illud Apostolicis sudoribus rigarat; a Corralato tunc non nisi *Fratri* nomine appellatus. Huius pacis (quam Corralatus variè turbabat) firmandæ ergo P. Alexander, & P. Ioannes Montiel (qui anno 1654. Româ istuc appulerat) ad Corralatum Manilâ ire iussi, omnes itineris comites Sacramento pœnitentiæ expiauerunt; Patre Alexandro se ad asceticum S. P. Ignatii recessum recipiente, ac variis quæ precibus ad

Italus Min-
danai, 13.
Dec. 1655.
ætat. 24.
Societ. 9.

Mortific. 14.
ad

ad Deum fufis, quâ voluntariis corporis afflictationibus in rem illam arduam comparato. Cum verò Alexander, vnâ cum socio, atque comitibus, flumen (quod iam in Corralati Regno erat) ingreffi, iter ad eum intenderent, sed è claro repente obscurus, & in maiorem sensim circulum, vt videbatur, inerefcens, cruentus apparuit: id quos & Indos Patrum comites, & Corralatum exterruit. Appulsi ad Corralatum Patres, dum ille literas aperit & P. Alexandro, suo illi amico *Fratri* etiam nomine honorato, loquitur; Alexander opportunam eam occasionem ratus, blandè sermonem de Christiana religione induxit, eum verbis quàm mollissimis exhortatus, vt rationum momenta pro fide ac baptismo militantia sapienter expenderet, ac in tam veræ, tam necessaria fidei lucem venire, adeoque baptismo expiari, ne cunctaretur; maximè cum ingrauefcens iam ætas curam salutis maturè habendam esse admoneat. Quare ageret, ac datam in articulis pactionis pacis anno 1645. fidem de permittendis, vt in suo statu erigantur, Christianorum templis liberaret, imò ipse quoque fidem illam æternæ vitæ adipiscendæ tam necessariam complecteretur. Exarsit ad hæc sibi tam confidenter dicta Corralatus; & elato vocis accentu ferocior dixit: tantum se à Christiana fide abesse, vt ipse prius Patres & Hispanos ad Maurorum sectam sit traducturus, quàm ab illis ad Christiana sacra conuertendus. Sed cum amanter (vt alias agere cum illo consueueret) pro Christiana religione amplectenda rationes plures adduceret Alexander, & explicaret; furenter à sede profluit Corralatus, minaciter circumspiciens & quærens quidpiam quod in illum posset conicere: simulque signum dedit cuidam, vt illum è vestigio trucidaret.

At ministro illo ecquid Corralatus innueret minimè affecuto, accurrit Regina, quæ aderat, & Regem coniugem amplexu stringens, familiarum, qui illi de cingulo pendebat pugionem, seu aliud quodpiam enchiridion militare, illi adimere nitebatur; affirmante Rege, se in eius gratiam illos illic non trucidasse, qui sibi authores fuissent luscipiendæ fidei Christianæ: Patri simul comminatus, quod si vnquam de simili argumento dicere sibi quicquam deinceps auderet, se tam illum, quàm socium con-trucidaturum, instar animalium im-mundorum. Gloriæ id religiosi & Christianis esse, martyrio potiri, dicente Alexandro; eo ardentius furens Corralatus, respondit; breui vtrique martyrium minimè defuturum: eosque inde abstrusos abegit. Et ne longum faciam; Patres non ita multo post quàm ex aulâ celsère, ad Reginam, seu re vera, seu fraude euocati sunt; & per iter Alexander se in humeris ictum sensit, lanceaque percussus: atque illic vnâ cum locio à frequentissima irruentium Maurorum manu circumdati, eo in loco perempti sunt Alexandro clamante; se libenter vitam ponere in prædicatione baptismi: ac mox expirante in amplexibus & osculo eius, quem de pectore eduxerat Crucifixi. Tamen verò reliqui etiam eorum comites ferè omnes deinde sint cæsi, hos tamen odio fidei esse trucidatos, & ex iis liquet quæ dicta sunt; & ex eo quod ipse Corralatus ad Samboangensem Gubernatorem perscripsit: *Patres illos à Mauris suis Ministris esse morte affectos, quod eos ad fidem Christianam adducere laborassent*; cum eorum maiores minimè fuissent id genus fidei sectatores. Patrum corpora Indus quispiam Christianus terræ mandauit; quæ ab eodem Iudo post mensis integri curricu-

lum exarata, ut in Samboangam mitterentur, sanguine ac vulneribus tam recentibus purpurea sunt reperta, quasi tum primum fuissent occisi. Fama est, P. Alexandrum iam olim dixisse; se ad martyrum properare. Sed & P.

Ioannes Montiel non vni disertè affirmavit; se in Mindanai missione competentem fore martyrij. Etiam P. Mastrillus P. Alexandro prædixisse fertur Crucem ibi paratam esse in loco in quo est interemptus.

XIV. DIE DECEMBRIS.

P. DIDACVS DE SANTIAGO.

14. Decēb.
Hispanus
in Mari Manilano 1600
ætat. 29.
Societ. 15.

ANte Manilanum portum commisso cum Barauis prælio cum omnes propè consistentes audisset, iamque in periculo ipse quoque se in aquas dare vellet ad enatandum, à Centurione quopiam confiteri volente vocatus, consistentem audiuit capitis periculo salutis posthabito. Nam ex eo tempore nusquam comparuit, submersus in præclaræ exercitatione charitatis.

Charitas.
Mors.

P. MARTINVS DE ARANDA VALDIVIA.

Hispanus
apud Elicurano's. 14.
Dec. 1612.
ætat. 51. Soc.
20.

Perillustri ex Hispanis domo in Chile natus, literariæ aliquid, plus militari disciplinæ studij adhibuit adolescens, dux equitum. Anno 1592. dum Prætoris munus pararet capessere, Limæ in tyrocinio sacræ exercitiorum solitudini se tantisper dare constituit: in qua ubi altius fluxam opum gloriam intropexit, Societatem se initurum voti religione firmavit; eamque impetrauit, sed non ita ut optabat, ad Coadiutorum officia obeunda. Studiis utcumque perfunctus, ad Ciuncios abiit: ubi reptabat per asperissima montium & silvarum, ac per aquas non semel. Araucanis deinde

Vocatio.

Humilit.

pestilentia lue tabescentibus obsequia sua nauauit; quibus charitatis officiis multos Christo lucrificavit. Demum ad Elicuræ populos cum P. Horatio Vecchio, & Didaco Montalbano missus, tertio die à barbaris neci est datus. Accusabantur, & odio erant Patres, quod noua legis seminatores essent; & quod uxores à Christianis à medio barbarorum accepta Christiano ritu sint expiata hisce authoribus. Ergo genibus religiosè nixos inuasere licarij, & clauas ligneas ferreis muricibus amectatas, atque refertas, illorum capitibus illisere; humi iacentes hastis confixere; ceruicibus quoque præcisit. Lætissimos, atque fortissimo animo cecidisse affirmat Indus, qui inter cadauera iacebat viuus. Aiunt alia aliorum cadauera ab auibus vorata; trium horum intacta relictæ.

Charita.

Fidu.

P. HORATIVVS VECCHI.

MIti, semper virgine, ac pio erga Dei Matrem ingenio fuit Horatius. Romæ cum inter tyrones exerceretur, optatam futuræ suæ mortis gloriam diuinitus intellexit, diuinâ synaxi perceptâ. Anno 1603. in Americam abiit, Limæ Philosophicis Theologicisque disciplinis probe imbutus. Postea in Chile, Christi legem explicuit; demum apud Elicuranos, non

Italus ibid.

14. Dec.

1612 ætat.

35. Soc. 15.

Euchar.

Ger loquens. non nisi Christiano sanguine molliendos, & subigendos ad fidem. Ibi arbori alligatus, disiecto pectore, corde uulso per quartam horę partem Christum prædicauit; id quod de P. Martino Valdiuia etiam affirmatur. Primi eius percussores ferè post annos 30. conuersi. Antonius Rangelius religiosè planè virtutis Coadiutor, cum hoc die anni eiusdem aquam haurirer è puteo Cordubæ, dixit: eadem horâ alicubi gentium longissimè dissitarum Nostros in odium fidei cædi, sanguinemque profundere. Cæsus cum his.

D I D A C V S

MONTALBVS COAD.

Indus ibid.
14. Dec. 1612.

Oratio.

Natus in noua Hispania, arte sar-
cinator, Sociis Arauci seruiuit.
Inde ad Societatem admitti, ac Elicu-
ram cum Patribus proficisci obtinuit.
Primus cæsus est, cum in genua se de-
mittens gratiam à Deo flagitaret ad
mortem fortiter pro illius gloria op-
tendam.

P. P E T R V S

ANTONIUS

SPINELLVS.

Italus Ro-
mæ 14 Dec.
1615 natus.
60. Soc. 42.
B. P.
Schola.
Anchar.

dictus, præclaro ingenio, & calamo
erudito ad pietatem : Lauretanam do-
mum sepius inuifit, & pedes aliquan-
do, atque mendicus : ac in ea per duas
noctes orauit vigil, vt nescio quid ho-
noris à se auerteret. Interpam veftem
vnam tam sæpè refarciendam curauit
vt ea illi per 18. annos fuffecerit. *Cassitas.*
Virginitatem perpetuâ oculorum etiam
à Confanguineis Fœminis auerforum
custodiâ, quotidianâ fui verberatione
vel cilicio, quaternis hebdomadâ qua-
uis ieiuniis : Paupertate arctiffimâ,
fomno quatuor tantum horarum spa-
tius definito custodiebat, pro lectulo
terrâ vfus, vel affere. Addit in fua Nea-
poli fâcra Dengenius pag. 231. illum
cuipiam apparuiſſe poſt mortem, ci-
que ſolatiij plurimum artuliſſe. Plura
de illo, & imitatione digna in eius
vita.

P. EVANGELISTA

DE GATTIS.

HVnc animi anxium de statu vitæ
hincundo Deipara vt fama est,
inuifit cæleſti lumine ſpectabilis: quo
ille viſo ſtatim animum ad Societate
adiecit: eamque inuit poſtquam domi
pedes famulorum abluit in genua
prouolutus, & lachrymarum plenus.
Admirabilis ad dolores patientiæ, at-
que in charitate ardoris vir fuit. In
diuino Sacramento ſumendo cæleſti
odore ac ſuauitate ſibi nares, & os per-
fundì ſentire, & aliquando interno
quodam lumine impleri, ac nomen
ſuum in Catalogo Beatorum legere
ſibi eſt viſus. Reliqua de illo in vita.

ssf,

P. IOAN-

P. IOANNES

FLAXIVS.

Bohemus
Giziniij. 14.
Dec. 1635.
Ætat. 61.

Errantes ad veritatem ortho-
doxam reducebat insigni ad hoc fa-
cultate felix. Conscientiam Sacramen-
to expiabat ferè quotidie. Cùm (vt in-

quiunt Annua) scemina morienti via-
ticum porrigeret, hæretica infirmæ fi-
lia, & gener catholicus Sanctam Ho-
stiam cruentam videre, Filiâ hostiam
rubro vino intinctam, vt admirabili
tatem rei eluderet, affirmante. At
vbi eadem in P. Ioannis sacrificantis
manu purpuream iterum hostiam vi-
dit, veritatem agnouit, conuersa est.

Euchar.

XV. DIE DECEMBRIS.

P. MARCVS

ANTONIUS MVSTONI.

15. Decemb.
Italus For-
liuij. 1589.

Pietate, silentio, paupertate, at-
que obedientiâ, fuit apprime or-
natus. Mortem obiit planè piam,
iamque ante prædictam. A scemina
ægra, quæ in extremis esse putabatur,
domum redux, dixit socio: illam ex
eo morbo minimè obituram; sibi ve-
rò paucis post diebus esse in Domino
moriendum. Et verò ita euenit. In
morbo suauissimis plenus deliciis can-
tabat, & præsentem velut cælitum cho-
ros inuitabat ad respondendum. Eo
mortuo, sceminam, quam ille ab an-
xiis quibusdam conscientie curis libe-
rauerat spinæ illæ iterum inuasere:
sed illâ ad Patris Marci memoriam &
documenta recurrente omnis illa e-
dax cura iterum in suauem mentis
tranquillitatem conuersa est.

Mori.

Scrupuli.

Confessarius, Superior, Bellezonæ
præerat cùm per iter necessarium, hor-
ridâ hyeme, dùm aliorum istic aliâs
oppressorum pericula narraret, mole-
nium repente cum vno seculari ipse
quoque oppressus est. Erat vir ad ar-
dua quæque penetranda prompto ani-
mo, & felici dexteritate, suique de-
missione insignis.

Mori.

P. ANTONIVS

DE TORRES.

IN Indiis, & postea in Hispania mag-
no zelo plurimos conuertit, in mis-
sionibus potissimum: vbi pluribus in
locis instituit, vt sextâ quavis feriâ
historia seu exemplum aliquod pium
narraretur, & pia flagellatio fieret. Le-
ctus illi scamnum erat, cui indormie-
bat vestitus. Quotidie voluntarium
de se supplicium sumebat flagris sibi
infectis. A concione sudans, cilicium
aliud exuebat, & aliud non minus as-
perum induebat. Licet tardius circa
meridiem a concione rediret, positus
humigenibus examini conscientie ple-
num quadrantem horæ dabat: neque
singulare aliquid admittebat quo se
reficeret. Per quatuor horas orabat
quotidie. Cum aliquando de inferno
ad concionem diceret, multis visus est
Angelico

Hispanus
Palentia in-
certo men-
se ac die an-
no 1594.

Feria vi.

Mortific.

Concinnat.

Examen.

Oratio.

Inferno.

Concinnat.

P. THOMAS

WERNER.

Germanus
in Monte S.
Gothardi.
15 Dec. 1654
Ætat. 50.
Societ. 29.

Admotis tumidæ suæ tibie Lip-
sanis S. Xauerij, & orientalium
Indiarum petendarum voto concepto
tibiâ sanâ è lecto surrexit lætus. Po-
pulo, militi, nostris gratus Ecclesiastes,

Angelico vultu, magno splendore col-
lucens. Palentiae cum esset Rector, ac
extra Urbem agrum pauperem, qui
Urbem ingredi non poterat, reperisset;
illum in humeros sublatum per Urbem

ad Xenodochium deportavit. Ibid.
Sodalitatem Charitatis instituit, at-
que in eam ferè nobiliores adlegit, pro
adiumento pauperum verecundorum.

XVI. DIE DECEMBRIS.

M A R C V S
PVRCHLEVTNERVS COAD.

16. Decemb.
Germanus
Olomucij.
1596. xiat.
Soc.

Vocatio.

Eucharist.

B. V.

Colloquia.

DE hoc Olomucenses multa. In-
ter alia illud, quod cum foris la-
tomus esset, iterum & tertio sibi
visus sit ab homine ignoto capillis tra-
hi ad Societatem, monerique ut eam
susceperet religionem. Addunt com-
pertum esse, in percipiendi SS. Eu-
charistiae Sacramento illum sapius
caelesti viso recreatum esse: illum cer-
tè, qui Sacram Hostiam ei porrige-
bat existimasse se illam caelesti cui-
dam viro porrigere: aded rara, & iu-
cunda pietas illi in facie relucebat. Si
foras prodeundum erat; id faciebat
rosario armatus in manibus, & litera-
rum licet rudis esset, aded tamen pius
erat, & efficax ad loquendum, ut mul-
tos ad peccatorum dolorem & confes-
sionem, non paucos ad orthodoxam
fidem adduxerit.

P. VINCENTIVS

RÉGIS.

Italus Pa-
normi. 16.
Dec. 1614.
xiat. 70.
Societ. 56.
B. V.

TOTUM corpus, totum animum ad
omnem regularum normam com-
ponebat, seu doceret, seu regeret, seu
subesset. Sua opera quæ typis dedit,
B. Virgini dedicavit, illi mirâ quadam
suauitatis efficacitate addictus. S. P.
Ignatium colebat vnicè, maximè re-
gulis ab illo conscriptis accuratè ser-

uatis. Castam oculorum illius mo-
destiam illud quoque laudat, quod
cum depictam Sanctimonialis (illius
Sororis) imaginem illi quispiam ostē-
deret, peteretque num hæc illam satis
referret; candidè responderit, se id
nescire, quippe, qui Sororem suam
nunquam aspexerit. Morienti putant
spectabilem S. P. Ignatium adfuisse.

N I C O L A V S

ROTIFICIS COAD.

EGregiè ad omnes labores, & pie-
tatem propensi, ac impigri Coad-
iutoris partes impleuit, eò ad omnia
magis incitatus, quo magis clarâ Dei
benignitate se vocatum agnouit. Sen-
tiebat ille olim se ad Societatem area-
no quodam instinctu impelli: sed co-
gitabat, neminem admitti nisi litera-
rum gnarum. Quocirca hoc ipsum,
tanquam Dei se in Societate colloca-
re volentis indicium expetiit ut breuè
aliquid literarum posset perdiscere,
quod mirabiliter obtinuit. Ita repentè
velut signo à Deo accepto Societatem
petiit, & impetrauit.

P. FRANCISCVS
SACCHINVS.

VIr modesti planè, ingenij. Per an-
nos plures Secretarij Societatis
munere functus est fideli accurati one,
religioso

Modestia.

Mortific.
affectus erga
consangu.

Mors.

Prutenus
Camenech
16. Dec.
1624. xiat.
56. Soc. 33.

Vocatio.

Italus Ro-
mæ. 16. Dec.
1625. xiat.
55. Societ. 37.

Humil.

Paupertas.

Humil.

religioso exemplo, memor humilium natalium, ac Domus è qua prodierat. Vnde aiunt illum cum à Patre mulierum rustico in Coll. Romano viseretur, nostris illum passim digito indicasse, ac dixisse: En meum Patrem. Inde illi chara paupertas quod in illa natus, & quod in Societate à S. P. Ignatio illam pro Matre acceperit, ut est in legibus ab illo conscriptis. Aiunt, per septem annos non nisi vnis calceis, & duobus calamis usum. Certum est, imitatione B. Borgiæ illum complura in epistolarum segmentis conscripsisse, amore paupertatis: cuius etiam studio nullum ab ullo donum admittebat. Ad exhortandum socios pro more accitus, id fecit sapè feliciter. Semel benè inchoatam exhortationem ingenuè abruptit, petitiā abstinendi veniā, quod memoria falleretur. Mutius Vitellescus Præpositus Generalis laudabat, amabarque in homine illam demissionem, diligentiam, labores Secretarij ac historici muneribus exaggeratos, temporis denique parsimoniam tantam, ut familiari ioco diceret, Sacchinum ne vnciam quidem temporis, aut otij vnquam deperdere. Ipse de se falsus est; se toto religiosæ vitæ suæ tempore nunquam surgendi horam, examina, & quicquid distributis à Societate horis faciendum præscribitur ipso præscripto tempore neglexisse, etiam cum extemporanea propè panegyris illi esset præproperè ad ornanda. A Sacro redux, obuius P. Generalis ad ministro Coadiutori diserte dixit; iret ac P. Generali diceret, se ad valetudinarium ire, breui moriturum. Iuit, & Sacramentis intra triduum instructus quarto ferè die religiosè decessit.

LAVRENTIVS

ORTEGA COAD.

Cum agrorum curam haberet, Cseruiuit etiam Seni cuidam Patri per ipsos quinque annos morbis miserè afflicto. Hic Pater adfuit post mortem, ut audit Laurentio lætā specie, illumque amplexus, illi gratias egit pro tam effusis diuturnæ charitatis officiis in morbo sibi præstitis, hortatus est ut persisteret: illum enim in suo illo officio valde gratum esse Deo, ac insigni præmio honorandum. Dixit & dato illi pacis osculo in fronte, videri desit. Sacerdos secularis illi post mortem conspectus, dixit se 14. sacris egere. Semper occupatus, nunquam ad festa, vel quicquid curiosum est, ibat. Nihil vnquam illi adhæsit ex iuenculis, vel aliis, quæ Superioribus conuiuentibus agrorum curatores è mortuorum rebus accipiunt. Illud mirum, quod iam inde à puero nunquam sitierit (nisi extremo in morbo) adeoque nec biberit, cum videret id stomacho suo multum officere. Domi humilitas, labores, charitas; foris castissima modestia illi perfecti viri opinionem passim fecit.

Hispanos
Placentia.
16. Decem.
1644. ætat.
62. Soc. 45.

Charitas.

Purgator.
Paupertas.

P. HIERONYMVS

DE RIBERA.

Mortis ortu nobili, ac magnis animi dotibus, optimi tam Religiosi quàm Theologi nomen virtute, ingenio, & doctrinā in scholis per diu, aliasque impleuit. Nobilium quorundam religiosæ vitæ axiomatum ductu, euasit ad insignem sui coërcitionem, indolis præferuidæ ardore subacta, vsque ad maximè virtutis opinionem quā insigni exemplo fragrabat.

Hispanos
Tolet. 16.
Dec. 1655.

bat. Oculorum lumen illi hebescent
primū, deinde planē ademptum,
orandi in eo assiduitatem intendit,
adēd ut sine intermissione oraret, vel
de conscientia interrogantibus res-
ponderet; ad rectionem animorum,
& charitate & sapientiā virtuteque
suā, ut peridoneus ira promptus.
Euangelij, ac reliquarū diuinā Scrip-

turā peritia pabulum illi præbebat
mentem cælestibus occupandi. Offi-
cium verò diuinum memoriā tam fi-
deli tenebat ut illud citra libri admi-
niculum recitaret. Denique suis illis
oculorum tenebris religiosē ac sapien-
ter vsus, nulli molestus, omnes in sui
amorem, reuerentiamque adduxit.

Oratio.

XVII. DIE DECEMBRIS.

P. IACOBVS VBERTVS GHETEL
BENEDICTVS. DIACON.

17. Decēb.
Hispanus
Barcinonæ.
1686 Soc. 26.
Amor Dei.
2. V.

Magno Dei amore flagrans, cum
tonaret, ex altiore, ac apertā
domus parte cælum spectabat,
cā diuinæ maiestatis significatione v-
nicē delectatus. Beatiss. Virginis ima-
go semper illi habitabat in sinu: quam
ille cum solus esset, sæpē inde de-
promptam aperto capite, ac positus
gumi genibus, tenerrimē conceptis
verbis salutabat, ab illa in cubiculo
(ut opinio est) aliquando visitatus, e-
iusque allocutione recreatus. Fassi
sunt moribundi, tetros spiritus, à qui-
bus terrebantur, solo illius aduentan-
tis aspectu contritos, & fugatos. Di-
uinum amorem frequenti quadam per
hypotheses, ut vocamus, industriā ex-
ercebat: si opes tantæ mihi essent, sic
illas pauperibus Deo amore impen-
derem &c. Denique fuit vir ab exi-
miæ virtutis laude percelebris: & eius
faciem post mortem splendore illu-
strem nobilissimā ac religiosissimā
cuidam conspectam esse aiunt. Visus
etiam est aliquid dicere illi quæ hæc
videbat.

Moribundus.

Elogia Siciliæ hunc ante initam
Societatem Diaconum fuisse, at-
que hoc die vitā perfunctum aiunt.
Vocant illum annuæ magnum probi-
tatis exemplum; addunt quæ ex-
empli egregij: nempe quod cum ad
leuiticum gradum ascendisset nun-
quam ramen adduci potuerit ut Sa-
cerdos fieret, humilem hilariter vitam
amplexus, & se tanto munere indig-
num prædicans; mundus, simplex, &
innocens.

Belga Pa-
normi 17.
Dec. 1691.
ætat. 75.
Societ. 53.

Humil.

P. PAVLVS
HOFFÆVS.

Inter primos Collegij Germanici a-
lumnos à S. P. Ignatio adscriptus,
deinde ab eodem ad Societatem ad-
missus est. Fuit Rector, Prouincialis,
Visitator, Assistens. Quatuor Congre-
gationibus generalibus interfuit Tri-
duo antequam extremum ægrotare
inciperet, medici nostri vxor nuper
vitā functa, matrona optima, se illi
spectandam dedit similis inuitanti.
Anno 1600. in sacello oranti dæmon
sestu gestiens conspectus est. aiebat

Germanus
Ingolstadt.
17. Decēb.
1608 ætat.
81. Societ. 51.

Mort.

Dæmon.

T T c

sc

Oratio.

Purgat.

Mors.

Mors.

se inexpectatum aliquid moliri. Illud fuit, quod serè post triduum à muro cadente duo de Sociis sint oppressi, & plures grauius sauciati: vnà ante alios horà surgebat; per tres horas in orando persistens. Verborum, ciborumque fuit parcissimus. Animæ defunctorum ad eius portam non rarò ab illo subsidium petière. Videtur, & causas cur paterentur aliquando intellexisse. Nam iuuenes nostros nonnunquam suauiter admonerat, quod citra obedientia veniam indulgenter aliquid sibi nonnunquam permitterent, quæ flammis mortui expiarent & ad se venirent suffragia postulatum. Moriens cohortatus est nostros ad liberaliter seruiendum Deo. Deinde vnà cum P. Claudio Aquatua post mortem Patri Balthasari Agelio per quietem apparuit specie decorà spectabilis.

P. IOANNES

SVAREZ.

Hispanus
Compluti.
17. Decemb.
1625. ætat
79. Soc. 56.
Amor Dei.

Pia collo-
quia.

Modestia.

AD omnem obedientia nutum promptus, & idoneus ad agendum cum esset, eoque variè occupatus, ad eò tamen diuino conspectui semper aderat Deo attentus, ut cuidam familiari suo dixerit; se persèpe ad singulos passus vnum amoris Dei actum elicere. Vnde non nisi de Deo loquebatur: etsi aliqd quid in medium offerretur, dextrè abibat. In cubiculo nihil quod splendori, nihil quod gulæ quocummodo seruiret pariebatur. nec aliud in conchani illius ab eius morte reperiunt est quàm Breuiarium ac B. V. rosarium. Perpetuam illius virginitatem loquebatur pudica illa oculorum, linguæ corporisque totius pax, atque modestia. Attendebat sedulò ut effugeret occasiones foeminarum confessiones audiendi; ne quicquam vbi vnquam biberet; vel ne quicquam

comederet vino imbutum; vt corpus afflictatione perpetuà Deo in hostiam iugem offerret. Nescio quid à superioribus expectabat imperij durioris: à qua cum se abhorrebat sentiret; vt se peruinceret, illicò ad SS. Sacramentum adiit & illic voti religione spondit se quicquid illud esset citra vllam tergiversationem facturum; nec vllò verbo excusaturum. Et præstitit, licet res fuerit ardua, & cum non mediocri eius desipientia coniuncta; sed victoriæ tam insignis nobile pretium tulit. quippe qui per 12. annos postea miris, & magnis à Deo celi diuitiis, ac deliciis fuerit cumulatus. Linguæ adeò semper fuit attentus custos, vt per omnem vitam nunquam vllius mendacij sibi conscius fuerit. Assidua illius occupatio in corde erat gratulari Deo de omni eò quod est. Eucharistica illa formæ, seu hostiæ viginti, & quatuor, quæ per ipsos octo ac viginti annos ante illius mortem in Complutensi collegio integrè persistere; ac etiamnum persistunt, à scelerato illo, qui eas nescio vbi furro sublegerat, huic Patri Ioanni Suarez sunt restituta; ac istic ab illo admirabili pietate cultæ, colunturque ab illo Collegio tanquam perpetuum, & amabile miraculum: pro quo cultæ firmando, & latè propalando Ioannes eximie laborauit.

Fuit ante hunc alius P. Ioannes Suarez in vita B. Borgiæ, ac P. Balthasaris Aluarez vir celebris, cuius annum ac diem mortis non reperio. Salmanticæ quidam de Societate, Patris Ioannis Suarez precibus filius, agro de vitæ spe deposito dixit intra octo dierum spatium conualiturum. Orauit pro infirmo illo rogatus P. Suarez, & octo diebus necdum euolutis æger Dei ope planè conualluit, ac ex voto se Societati adiunxit: Hispalim ab oculis hæreticis variâ industriâ perpurgauit. Repente

Mortific.

Obedient.

Euchar.

Lingua.

Amor Dei.

Eucharist.

Hispanus
Vallisolet
incerto an-
no. ætat 70.
Societ. 52.

Oratio.

Repentē in pulpito cuncionis dicende oblitus, Deo locuturo se dedit pro instrumento; & de fide ita dixit vt duo Canonici (occulti hæretici) dixerint similem illi sermonem Hispali ex quo Hispalis esset Hispalis non esse auditum. Domum redux, ea quæ dixerat in chartam referre voluit: sed nihil occurrebat, memoriâ eorum quæ dixerat planè amissâ Ad Constantinum hæreticum in carcere conuertendum ingressus, hæc tantum dixit quæ illi inter diuinum officium recitandum altius inhaeserant: *Lex Domini immaculata conuertens animas.* & Constantinus falsus est in Lutheri lege maculas multas esse, atque aded illam Dei legem esse non posse. Ita respuit prius quàm à Quæstitoribus plecteretur. Castellæ Prouinciæ primus fuit Præpositus, eamque pedes toro sui officij tempore visitauit. idem fecit cum eodem iterum præesset, Prouinciæ verè Pater exemplo ac verbo. In Gallia captus ab hæreticis in Romano itinere, vidit vt falsus est Deiparam grauis

matronæ specie de componendo P. Martini Gutierrez cadauere loquentem, suamque operam offerentem atque præstantem, vt est in P. Martini vita, eique interroganti ipse respondit. Nec resciscere vlllo studio potuit quæ illa fuisset, negantibus etiam hæreticis vllam sceminam istie visam vlli. Cum Prouinciam viseret; in vrbe quadam templum ingresso dæmon ex energumeno dixit: *Eui in Domo tua: & heri vesperi modicum aliquid lucratus confestim illud perdidit.* Et verò reperit Suarez duos in eo Collegio inter se verbis charitati parum consentaneis fuisse locutos: verum facto examine vespertino petita venia redintegratam fuisse in iis mutuam charitatem. No- uitiis qui post meridiem ad quartam usque horam scribendo laborarat, & capite fatigato cogitabat: Fierine potest, vt sanctus hic senex non aduertat me non esse ex ferro? Ita cogitanti respondit P. Suarez, & dixit: Omni- nò ita est: vnde, quiesce, ac præberi tibi iube quò vires lassas reficias.

XVIII. DIE DECEMBRIS.

P. A D A M V S
GORSKI.

18. Decemb.
Roxolanus
Cracouiæ
1619. ætat.
37. Soc. 24.

Sacrum.

Oratio.

PRO aris tam incitato spiritu & pe-
toris torius conatu faciebat, vt
præsentibus celestè pietatis flam-
mam iniiceret; ipse verò sacrificio di-
uino perfunctus, torus festus languet.
In officij diuini penso positus hu-
mi genibus particularim syllabis pro-
nunciandis immorabatur: & Breuiar-
ium identidem exosculatus, aiebat:
*ô quàm ignorant Sacerdotes. quantas deli-
cias habent in onere isto! Coram SS. Sa-
cramento plures horas duxit saxi pla-*

nè instar immotus. Paupertatis adeo
studiosus, vt singula rimaretur, in qui-
bus eam posset insignitè exercere. Vn-
de nec Breuiarium habebat: sed com-
muni quopiam utebatur. Conditos ci-
bos aceto corrumpebat: & sibi præ-
scripserat, vt corpori suo dolores oc-
cultos, ceu debitum consuetūque ve-
stigal, accerseret: vnde aiebat se pro
regulæ illius reuerentia, quæ conti-
nuam nostri mortificationem in om-
nibus præcipit, præter occultos alios
modos, illud habere, vt suum corpus
nunquam acri aliquo dolore carere
permittat. hinc illi vulneratæ manus,
& exustæ, infusa in plagas ardens ce-
ra,

T T t 2

ra,

Mortific.

ra, vnguium particulæ vnâ cum carne auulsæ, ac similia supra imitationem. Totum corpus in menses distribuerat vt singuli menses aliquam sibi assignatam partem corporis cruciarent. Elenchus Sanctimoniarum illi fuit illud decretum, quo statuit, per omnem vitam ita viuere sicut in tertiarum probationis anno vixit. Inter alia ita scribit: *Iuro, Domine ac testor, quod nihil velim nisi maximam gloriam nomini tuo, & maximam confusionem faciei meæ.* Dæmon piam, & nobilem matronam insederat: ex hac discessit falsus est, P. Adamum esse *inviolabilis & sanctæ vitæ virum.* Cracouiæ Theologiæ decendæ se accingentem morbus, & mors omni apparitione nobilis occupauit.

Humilit.

P. SEBASTIANVS
SCHALLER.

Germanus
Ingolstadij.
18. Decemb.
1648 ætat.
31. Soc. 17.

INCREDIBILI legum ordinis nostri obseruantia fuit planè insignis: animarum autem querendarum desiderio tantus, vt voto concepto promiserit se animam in animarum obsequium, quâ quidem liceret, impensurum. Luc

Ingolstadiensi vrbi atque Collegio minaciter imminente, se ad sanguinem vsque cecidit; & illo ipso sanguine Sacramenti formulam conscripsit, quâ se in victimam pro vrbe atque Collegio deuouebat. quod ille votum per biennium è collo suspensum circumtulit; & visus est impetrasse. nam eodem ipso morbo è vita sublatus est, quem vt ab aliis auerteret se in voluntariam charitatis victimam spontè obtulerat.

Mortific.

Charitas.

P. FRANCISCVS
BVLDRINVS.

ROMÆ natus, in Indiam, deinde in Iaponiam profectus, dum istic pace frui licuit magno ardore incubuit in vtilitates animarum. Intercessit præclaris conatibus Daifusama, cuius imperio extorris Macaum deportatus est. Inde clam redux, toto ingenio in artes incubuit quibus & latere posset cultu vario, & prodesse quamplurimis, idque abundè præstitit vsque ad mortem nobis incerto loco ac tempore obitam; inter sacros illos labores, ærumnas, atque pericula.

Italus in Iaponia incerto mēte.
1631. ætat.
38. Soc. 4.

XIX. DIE DECEMBRIS.

IOANNES DE
S. IACOBO
NOVIT. SCHOL.

19. Decemb.
Hispanus
Hispani. 1609

DVO in hoc adolescente laudant potissimum literæ Hispanenses: alterum, quod velut Crystallino pectore sincerus fuerit Superioribus, & vndeunque apertus, atque perspicuus; alterum, quod in se inedia

flagris, ciliciis aded inclementer sauerit vt se confecturus fuerit nisi frequenter illi regula iniecisset. Egro medicus iusserat cucurbitulas applicari. Ioannes quod plus pateretur, quam enixè potuit rogauit, vt incideretur, & excarnificaretur caro, ac excarnificatæ parti omnes cucurbitulæ apponerentur, ad ciendum dolorem acriorem pro expiantium peccata ignium compendio, vt ipse aiebat.

Mortific.

Merito.

P. IOAN-

P. IOANNES
DE TORRES.Hispanus
Granat.
19. Decemb.
1610. stat.
45. Soc. 19.

Charit. M.

Oratio.

Mortific.

Præclarè ministri, ac Rectoris officiis fungebatur, cælesti semper vitæ intentus. Dulcissimis obsequiis honorabat B. Dei Matrem, S. Agnetem, & selecta quædam è cæli albo nomina ac ad eundem cultum aliis etiam author erat verbo, atque exemplo. Si quod animæ cuiuspiam lucrum speraret, ab eo non illum occupatio vlla, non valetudo corporis auertebat. Statim atque nuncium mortis accepit; Lætatus sum, inquit, in his, quæ dicta sunt mihi in Domum Domini ibimus. Fama est, dæmonem cuidam auctorem fuisse ne cum illo suo inimico (ita Ioannem appellabat) de salute tractaret. Dies toti ab illo expensi pro sacro pœnitentiæ tribunali: neque tamen adeò se foras effundebat, ut sui esset immemor. Etenim diuinis rebus meditatè in corde voluendis, expendisque adeò assueuerat, ut nonnunquam noctes integras consueto somno eriperet, ac peruigilatione Sanctissimâ illas duceret in rerum cælestium cogitatione. Adeò ille dies

animabus, & charitati dabat in terris, noctes autem totas habitabat in Cælis. Morti proximus, lætus dixit: Nunquam existimassem, mori rem adeò dulcem esse. Nec dubito hanc esse vocationis gratiam.

P. PETRVS
D'HOLLANDRE.

A Cerba huius mors magnas de illo conceptas spes interuertit. Quippe ingenio erat ad summa omnia expers, & exquisitè obseruans legum omnium: & ut semper de virtute in virtutem proficeret etiam extremo vitæ suæ die obseruatus est ad horæ campanæque sonum attendere, ut distributorum in horas Crucifixi Mysteriorum meminisset. Eodem die scripsit Præposito Prouinciali, se protestari quòd ex ea quam semper summam coluisset suæ voluntatis cum Superiorum voluntatibus coniunctione tantum per omnem vitam in Societate actam hauserit iucundissimâ, liquidissimâ, solidissimâ voluptatis, quanta omnes mundi delicias longissimè antecedit.

Belga in
Roën Hol-
landiæ. 19.
Dec. 1610.

Mortific.

Passio Christi.

Mortific.

XX. DIE DECEMBRIS.

P. IOANNES NVNNEZ
ÆTHIOPIÆ PATRIARCHA.10. Decemb.
Iustitanus
Got. 1562.
21. Soc.

B. P.

Hic inuicem incundo vitæ Sanctioris statu deliberanti, & promisso in Deiparæ honorem aliquot sacrificiorum numero auxilium Dei Matris flagranti, alterâ Nouembris die visa est spectabilis Beatissima Virgo Mater comite P. Petro Fabro, & P.

Francisco Strada. Et; *vis*, inquit, *seruire Filio meo usque ad defatigationem?* Annuente Ioanne; sequare ergo, ait illa, hos viros. Paruit; & Conimbricæ Fabro conspecto, agnouit hunc esse Magistrum suum, famulum Virginis Matris, & comitem; præcipuè cum Faber Ioanni diceret; *Vis seruire Christo usque ad defatigationem?* Ita Deiparâ Consultrice, ac Fabro Magistro, Societatem amplexus, post præ-

Vocatio

Ardian.

T T 3.

clara.

clara virtutis exhibita documenta datus est Æthiopiæ Patriarcha : quod munus quantâ cum modestiâ, studio animarum, paupertatis amore gesserit latè in eius vita explicat Historia Societatis, Alegambe, ac alij.

P. HIERONYMVS

DOMENECEVS.

Hispanus
10 Decemb.
1491. ætat.
60.

Obed.

Oratio.

Manſuetudo.

Mort.
Vesper.

Roma S. Xaverio confessorio vtebatur. Suauissima simplicitatis, & obedientiæ perstudiosus fuit semper. A signo campanæ dato ad orandum in hortu deprehensus, ibi genibus humi positus, aperto capite, iunctis manibus orans perstitit, dum à S. P. Ignatio conspectus est, & euocatus. Societatem in Sicilia præclare omnino erexit; eique præfuit magnâ laude benigni Patris, accurati Superioris, periti Medici, & amantis, adeo, ut sicula Societatis Angelus diceretur. Orandi studium tanti fecit, ut diceret, sanctum quoque Franciscum à suâ illius Sanctimoniam eminentiâ prolapsurum fuisse, nisi hoc alimento animam sustentasset: sine hoc nullam virtutem esse securam. Dæmones ab illo ex energumenis pulsi clamabant, se illius *mansuetudinem* ferre non posse. Vesperis antequam cubitum concederet sese ita componebat, quasi verè nocte illâ esset migraturus è vita.

FRANCISCVS

HORTVLANVS COAD.

Mater, & Obstetrix affirmant illum statim atque est natus iunctis instar orantis manibus, clarâ voce distinctè dixisse MARIA, MARIA! B. clalle humanitatis ad Societatem impetrauit pro Coadiutore admitti, post factas calumnias semper Virgo vsque ad mortem. Præfente Beatiss. Virgine, ac Sanctis Angelis à Sacerdote ignoto, celestis panis refici sibi visus est aliquando, cum obedientiæ opus vrgeret, nec posset diutius expectare. A dæmonibus quâ terribiliter mentis, quâ minis, quâ plagis multa perpeſsus, ab Angelis defensus est; voce quoque audita, quæ canebar: *Smite illum mihi, quia meus est, & non Vester.* In repentino quodam mortis periculo ab equo iam opprimendus, S. P. Ignatium enixe inuocans, illum vidit; qui apprehenso equi fræno Franciscum in securo collocans benè illum sperare iussit: breuit enim se ab Ecclesia ritè in Sanctorum Catalogum referendum: id, quod Franciscus vehementer desiderabat semper, & postea vidit. Ægro cuidam nostro cum seruiret, Crucifixum apertis ad amplexum brachiis vidisse ferunt, & se ab eo nunquam deferendum audiuisse Plura de illo, & mira, vide in eius vita. Elogia Boetica Prou. hoc die ponunt P. Franc. Gomez. Alij crastino die.

Hispanus
Calat. 10.
Dec. 1621.
ætat. 79.
Societ. 17.

S. P.

Eucharist.
Obedient.

Angeli
fiducia.

S. P. Ignat.

Charitas.
Crucifixum.
Ægri.

XXI. DIE

XXI. DIE DECEMBRIS.

P. FRANCISCVS

GOMEZ.

21. Decemb.
Hispanus
Cordubæ.
1576. ætat.
52. Soc. 17.
alius ponit
10 Dec
Sacrum.

Columba.

Superior.

Belga Tri-
burgi. 21.
Dec 1589.
ætat. 77.
Societ. 55.

Societas.

Hic verè omnes religiosè, ac do-
ctè docendi, & persanctè guber-
nandi artes ingenio, modestiâ,
facilitate, orandi assiduitate coniu-
xit. Dæmonem aliquando in lectulo
suo repertum dicitur humilitate fug-
gasse. Illud illi pium accidit, ac iu-
cundum, quòd cum Cordubensi Col-
legio præset Rector, & ipso Pente-
costes die pro aris diuinum Sacrifi-
cium celebraret, super celebrantis cap-
ut pulcherrimo candore amabilem
Columbam confedissee ferant. Cum-
que illa inde aspelleretur, illam vola-
tu iterum repetito ad caput P. Fran-
cisci rediisse; seque istic, vt prius,
blandè collocasse; iterumque depul-
sam, tertium istuc reuersam ibidem
quieuisse; donec Ioannes de Caizedo
ædituus, illam è Patris capite accep-
tam in Sacratio deposuit. Et verò co-
lumbinæ omninò simplicitatis inge-
nium fuisse Francisco aiunt omnes,
qui eo, vel Magistro vñ sunt, vel Re-
ctore.

P. PETRVS

CANISVS.

Natus est eo anno, & mense quo
S. P. Ignatius vulneratus, à B. V.
visitatus, denique conuersus est. Eius
Matrem monuit, foemina opinione
eximie virtutis vulgo notæ, vt illum
attentè educeret; illum enim referen-
dum in censum religiosæ familiæ pro-
dituræ in Ecclesia Dei; eidemque vi-

lirates maximas allaturæ. Pro re Ca-
tholica, pro bonis moribus, pro So-
cietate præclara gessit apud Principes
sacros, & alios; voce, calamo, ac ex-
emplo. In Italia, Austria, Bohemia,
Bauaria Societatem doctrinâ suâ, &
virtute apprimè ornauit: oblatam si-
bi à Rege Insulam Viennensem non
admisit: ab aquarum periculo per iter
aliquando ab apparente, & mox eua-
nescente Angelo Custode creptus est.
Laurentium Surium adolescentem in-
cautè à Lutheranis seductum ad bonâ
mentem reduxit. Anno 1570, ad B. V.
Beringanam dæmonem è virginis no-
bilis corpore, ope Beatiss. Virginis
mirificè tortum ea quæ contra Dei-
param dixerat recantare, cœgit, &
abegit. Marci Fuggeri Dynastæ vxor
Lutherana dixit; noctu oblatam sibi
Canisij speciem per quietem seque ab
illo monitam, vt animæ suæ consule-
ret. Accersito deinde, visoque Cani-
sio illum eundem fuisse quem som-
nians vidisset agnouit; & ab eo in-
structa conuersaque ad fidem, suæ
animæ benè consuluit. At Canisium
nemo nouerit, nisi vitam illius legat;
vbi præter alia, quæ imitationem,
admirationemq; merentur, obedi-
tiæ vndequeque numeris omnibus ex-
aggeratæ laus reliquas ferè illius lau-
des, multas licet magnasque, super-
gressa resplendet. Morbus illius, &
mors descripta est in pretiosis occu-
pationibus morientium in Societate.

Angelus.

B. V.

Fides.

Obediens.

P. ALE-

P. ALEXANDER
VOIT.

Germanus
Commo-
uij. 21. Dec.
1595.

Gratias ani-
mus erga
benef.

Mort.

Cum valeret, à modestia, & prudentia eoque singulari apud Proceres gratia; cum ægrotaret, ab egregia patientia insignitè laudatus est. Regebat Pragenle Collegium cum Commotouij decessit. De quo (inquiunt Pragenfes literæ in annum 1593.) mirum quiddam Regni Præfectus, idemque Commotouienfis Collegij Conditor nobis retulit. Eadem nocte quâ P. Alexander decessit, per quietem sibi eius speciem oblatam, iubentis eum bono animo esse; se quia parem illi gratiam in hac vita referre non potuerit, certè in Cælo cumulatifsimè relaturum. Aded manet immortaliter viua memoria beneficiorum in Sociis etiam vitâ functis, quæ certè otiosa non est in Cælo.

P. IOANNES
DE PLAZA.

Hispanus
in noua Hi-
spania. 21.
Dec. 1602.
ætat 75.
Societ 49.
Superior.

Concionator.

Arte, seipsum, Collegia, Nouitios ac Prouinciam regendi fuit planè insignis. Dixit aliquando; se per tres annos à Deo petiisse gratiam, & modum alios aptè coarguendi, ac emendandi. Nihil in illo nutus, aut verborum erat quod iocum, quod aculeum, quod minorem de quopiam existimationem præferret. In concionibus potens, ac solidus, aiebat Angelum Custodem cliente vno à Deo assignato esse contentam; quare Concionatori quoque sufficere debere paucos auditores. Conciones illius mirum in modum alebant virtutem, ceu solidum alimentum. Sacrum illius audire, erat incendi tantæ eius modestiæ, reuerentiæ, lachrymis quæ illi

aliquando verba ipsa interrompebant. Morborum, ac dolorum plenus, Tu, aiebat, percutite me tuo flagello, Domine, & ego dicam *Miserere*. Per annos integros nec pedes, nec manus, nec caput poterat commouere, altero etiam oculo captus, & lætus quoddam oculorum peccata sic expiaret. Si quid virium persentisceret in manibus, conabatur flagello sibi ictus infligere, & cum non posset, dicebat: Domine, facio quod possum. Magnus Magister spiritus cum esset, Sanctimonix firmitatem ponebat in obedientia, & oratione, ita vt disciplina domestica sanctè seruetur. Inter multos parum, & nihil nugarum, nihil de vilo non benè dicendum aiebat. Nihil bonæ inspirationis in diem posterum differendum, si hodiè fieri possit, &c.

Mortific.

P. IOANNES
ISENBRANT.

Vir impiger, & promptus ad omnia, licet plurima faceret, se tamen existimabat nil agere. Pridie morbi ultimi ad ægros euocatus, pro more, ibat libenter. Et Socio; Ego; inquit, hac nocte benè vigil tantum lumen in cubiculo meo vidi, vt diem illuxisse arbitrarer. quid hoc lumen portendere voluerit, ignoro. Ego sanè in manu Dei sum. Breui morbo ab agris hausto è vita sublatus, cum in Sarcophago septem iam, vel octo à morte horis iaceret cadauer, & idem eius socius illac fortè transiret, audiri visæ sunt claræ, ac distinctæ tantquam viuents Patris Ioannis voces in hoc verbum tertio repetitæ. *Libenter! libenter! libenter!* quibus ille verbis, velut antiphonâ solemnî singulis Superiorum imperiis respondere solebat; quidquid agere iuberetur, dicens *agensque libenter*. Ita hæc, & ex viui, &c.

Belga An-
uerpiz. 21.
Decembris
1614. ætat
36. Soc. 17.

Obiit.

& ex mortui P. Ioannis ore audiuit idem frater. P. Francisco Bray etiam visus paulò post augustiore quadam formâ, & veste immortaliter splendidâ gloriosus, eundem obeundâ breuî mortis admonuit : cui etiam euentus respondit.

P. IORDANVS

CASCINI.

Italus Pa-
normi. 21.
Decembris
1555. ætat.
70 Soc. 48.

Humilis.

Angelus.

Obediens.

CVM Collegia, & Prouincias gubernaret, regebatur æternis rationibus, non humanis. Humilitate fuit insigni : quâ etiam languidos quosdam ad studium virtutis accendit, ad eorum pedes proiectus, & supplex in genua. Confessiones pauperum excipiebat perlibenter : ac persæpè abluebat illorum pedes, & vestiebat. Aiunt eum, cum præssset, veste sibi detractâ pauperem aliquando induisse, Angelo etiam aliquando illâ se inter pauperes offerente. Angelus tutelarî cuidam autor fuit vt P. Iordanum ducem sequeretur, & eius rectioni consiliisque pareret.

P. IOANNES

BAPT. WENDELINVS.

Belga Audomari. 27.
Decembris
1643. ætat.
73 Soc. 41. 9

Mortific.

Damen.

AB omni recreatione, ac interpi-
ratione alienus, quâ Flandricè,
quâ Gallicè dicebat ad concionem :
cum tamen confessiones benè manè
audire inciperet; ac Sodalitatem Flan-
dricam per ipsos 25. annos gubernaret.
Neminem visitabat, nisi agrum; domi
seuerè ad communis ordinis obser-
uantiam attentus. Nullum diem ab-
ire sinebat, quo flagellis in se non sæ-
uiret. Multi maleficiis, dæmonibus-
que obnoxij, fassi sunt, se illius consi-
liis liberatos. Eapropter dæmon il-
lum pessimè aliquando toto corpore

concussit, nec prius illum, quàm ille
ad Superioris cubiculum (velut ad a-
sylum) conuolasset, deseruit. Pudici-
tiâ fuit circumspiciendâ valdè, licet se ad
sordes illas diuino munere tam non
procliuem fateretur, vt sibi ipsi saxum
ad similia videretur. Persæpè rogârat
Deum, vt stans in laboribus morte
non ignauâ moreretur. Et impetrauit.
Etenim hoc ipso die cum in Parochiali
templo Flandricè ad Populum dice-
ret; lapsus in deliquium, ita vt opta-
uerat in labore ipso requieuit à labori-
bus suis : atque ita vt erat concionali,
vt aiunt superpelliceo stolâque (pro
more) amictus, magnâ Cleri populi-
que frequentîâ, latè personante omni
ære campano, ad Collegium est de-
portatus.

P. IVDOCVS

ANDRIES.

ECclesiastæ munere aded valuit vt
elicet frequentissimè, audiretur,
semper tamen plenum ad non ieiunè
dicendum pectus afferret, atque à ce-
lebrrioribus Urbibus certatim expete-
retur. Cum Gandavi de B. Virginis
doloribus per octo dies illi sacros di-
ceret ad concionem, visa est eius fa-
cies quadam luce circumfusa, & quasi
radios fundens; idque affirmantibus
testibus oculatis & fidem à magna vir-
tute commeritis. Alius eo audito di-
cebat; mirabilem esse illum Iesuitam
qui ad populum dixerit. Vidi enim,
aiebat, quasi stellam fulgentem dicen-
tis verrici insidere. Pios libellos plu-
res conscripsit, qui libenter leguntur.
Sancti nomen vulgo illi datum. Vir-
ginitatem perpetuam fidelis custos
magnâ oculorum modestiâ, omnis
femineæ familiaritatis fugâ, orandi
ac se afflicti assiduitate circumsep-
sit. Paupertas illi arcta, nitida, & ad

VVV minima

Superior.

Castitas.

Mors.

Belga Bru-
xellis. 27.
Decembris.
1658. ætat.
70. Soc. 51.

B.V.

Concionator.

Stella.

Mortif.

minima quæque cauenda intenta. Inedia crebra, etiam cum quotidie concionem haberet. Cilicium aspectu quoque horridum. Flagra vel intra diem vnicum non semel repetita, qui-

bus in se aded sæuiebat ut sanguine affluenter maderet, cubiculumque perspergeret; noctu quoque sæuire in se auditus,

XXII. DIE DECEMBRIS.

P. IOANNES

ROGERIVS.

22. Decēb.
Hispanus
Calati 1609
ætat. 30.
Societ. 15.

B V.

Humil.

ATeneris Deiparæ deuotus, ante initam Societatem voto se in obsequium Virginis Matris obstrinxit. Reperta est scheda, in qua conceptis verbis votum suum descripserat; nihil se eorum vnquam dene-gaturum, quæ à se B. Virginis interposito nomine efflagitarentur, si posset annuere. In studendo, & aliis quæcumque occurrebant officiis fuit assiduus; & multa in Deiparæ honorem, velut apis argumentosa eruditè collegerat quibus eius mors lucem inuidit. Humilitate fuit tantus, ut quemadmodum superbiz Angelus Coadiutoribus tentatis persuaderet, ut ad Sacerdotum dignitatem aspires; ita illi humillimæ Virginis Matris amor atque humilitas persuaserit ut apud Superiores enixè contenderet in Coadiutorum album adscribi, & abiectionis ac difficillimis quibusque laboribus admoueri.

P. THOMAS

HOLLANDVS.

Anglus I.ō
din. 22.
Decembris
1642. ætat.
42. Soc. 19.

Morum elegantia, ac virtute in placido ingenio magis gratâ & enitescence fuit eximius. Puer olim in Audomarenfi ephebio cum Sodalium Deiparæ albo esset inscriptus, cum

duobus aliis è Parthenio illo cœtu in præstitutum locum conueniebat. Ibi

preces ad cæli Augustam fusæ, habitaque de illâ pia colloquia. Tum in eiusdem Virginis honorem ea humilitatis exercitatio est inita, ut vicissim alter alterum commonefaceret de erratis, si quidpiam in Socio aduertisset. In Societate quoque tantâ pollebat gratiâ & eruditione in serendis diuinis colloquiis, ut *constatus è spiritu, & Bibliotheca librorum Spiritualium* diceretur. Cum iuuenes in Seminario regeret, illos præclare in spiritu educabat, & persæpè se pro salute illorum flagris accipiebat. In Anglia totus licet in Catholicorum salutem esset intentus, tamen dexteritate mirâ se ab hæreticis tuebatur, alium pro alio scitè simulans, citra mendacium. Londini ab Apostata fidei proditus, 14. Octobris tentus, postea capitis damnatus est; Iudice ipso disertè falso pro tribunali palam: nihil criminis illum habere quàm quod sit Sacerdos Catholicus. Auditâ capitali sententiâ Thomas latè respondit: *Deo gratias!* In carcere autem, Socios ad *Te Deum laudamus* vnâ recitandum inuitauit. Morturus, aiebat se esse Catholicum Sacerdotem, & Iesuitam; paratum autem religionis causâ pro Deo ponere vel tot vitas quot haberet capillos in capite, quotque in Oceano essent guttæ, ac perfectiones in Deo. Cum iam suspendendus esset, clausit oculos tantisper; ac mox apertos in quendam

B V.

Humil.

Pia colloquia.

Mortificat.

Fides.

Amor Dei.

de

de Societate istic præsentem coniecit ex inita pactione; quod erat signum eum peccata fatentem è formula Ecclesiæ absoluenti. Tum appensus,

strangulatus, deiectus è furcâ, & in partes quadrifariam sectus est, pro more Anglicano.

XXIII DIE DECEMBRIS.

PAVLVS

ALACZKAI SCHOL.

P. ROBERTVS

CVISSOTVS.

23 Decemb.
Hungarus
Græci. 1602

Huius obitum, hoc die signat Stratius & Alegambe, eumque vterque ornat laudibus ferè illis, quas habent annuæ quæ de illo sic. Paulus Alaczkai iuuenis eo ingenio, cā spe qualem in Societatis Scholastica requiras. Hic in Hungaria præter diligentiam in informanda literis iuuentute probatam, zelum etiam animarum concionando non vulgarem ostendit cum festis diebus cælo siue miti, siue tempestuoso, & magnis, vt plurimum imbribus, & niuibus infesto, per agros prataque sæpè ad medium crus aquis ex imbre collectis stagnantia vada transire coactus, non minus leuicam ab oppido itabat, & subditos nostros ab hæresi ad auitum religionis cultum alliciebat. Animam iam proximè redditurus, cum Deo, cum Virgine matre, cum Diuis Societatis tutelariibus sermocinationem Religioso congruam coram binis Sacerdotibus instituit. Percurrit deinde vniuersa Redemptoris nostri mysteria eaque omnia veluti in vnum collecta fascem æterno Patri præ oculis aperitisque delictis obrulit, & spei plenus ad Christum cui seruierat, demigravit.

Deo admirabiliter familiaris totus inde tam altam sui despicientiam hauriebat, vt se non nisi inferno dignum opinaretur. Vnde negabat se vllis dæmonis machinis posse ad arrogantiam eleuari vel inflari, introspecto suo Crucifixo, de quo tam crebrò meditabatur, vt plures P. Costeri de Christo patiente meditationes memoriâ tenuerit. Ante sacrum duas orationi horas dabat deinde duobus tribusue sacris intererat. Quoties noctu expergiscebatur, toties præstitutum iam ictuum numerum sibi infligebat. Aiebat Ruthenensis Antistes, solo huius Patris aspectu aspicientibus cælestem quendam diuini amoris igniculum iniici. Pro morte, præparata iam ante librorum capita sibi prælegi voluit, inter quæ fuit B. Aloysij mors, siue viuimus, aiebat, Domino viuimus; siue morimur, Domino morimur, &c. Sæpè illi in ore cælites tutelares post Christum vt B.V. S. Ioseph, Robertus, Ign. Xauerus.

Gallus
Mauriaci.
23. Dec. 1610
ætat. 65.
Societ. 40.

Humilit.

Sacrum.

Noct.

Mortific.

Mors.

P. BALTHASAR

DE BUS.

NEpos hic fuit magni illius Casaris de Bus, cuius illustre in Gallia nomen & vita conscripta passim celebratur ab existimatione summæ vir-

Gallus Car.
pentora di.
23. Decemb.
1618. ætat.
68. Soc. 51.

VVV 2

tutis.

Vacatio.

tutis. Hic Cæsar aiebat se per ipsos quatuor annos à Deo supplicem petiuisse, ut Balthasarem ad Societatem Iesu adscisceret. id quod etiam obtinuit.

Mortific.

Ab ipso aditæ Societatis exordio totus erat ut austero viuendi modo carnem spiritui subderet, ac diuino amoris in holocaustum daret. Unde per diligentem librorum volutationem inuestigabat exempla tum veterum Patrum, tum domi recentia, in quibus heroicæ quædam carnem afflictiendi artes potissimum elucerent, eaque collecta seruabat pro inuitamento ad imitatricem industriæ suæ incitationem. Et verò adeò fortiter summos quosque in illo virtutis genere est imitatus, quoad ei per obedientiam, id licuit, ut iis quos latere non poterat fuerit magnæ admirationi.

Lectio.

Interea verò dum Balthasar carnem tantâ duritie cruciaret, Deus eius animum eò maioribus è cælo voluptatibus perfundebat: adeò ut ei suspectæ viæ fuerint aliquando tantæ illæ deliciæ quibus toto animo æstuabat.

Obedient.

Parendi studium in illo maius erat quàm ut quocunque quantumlibet arduo imperio labefactari posset. Neque quicquam infra dignitatem suam esse putabat quod diuinæ voluntatis interpretis obedientia nunciabat. A Theologicis disciplinis, quas cum laude tradebat, ad Rhetoricam cathedram redire iussus, eâ alacritate animi obtemperauit quâ decebat eum qui in hoc & aliis obedientiæ documentis vir erat omnium temporum, seu horarum, paratus vbique semper ad omnia.

Tamen si sese ad infimos quoslibet potius demitteret, ac illos præ aliis

quereret; tamen à summis etiam quærebatur, & amabatur; ob suauissimam quandam scientiam Sanctorum quam ex eius ore legebant audientes, nunc verò discunt è libris qui eius lucubrationes cælesti nectare conditas voluunt.

Anno ætatis quadragesimo potissimum videtur ad excelsiora quædam diuini amoris adyta penetrasse in Deo vbique præsentem amanter cogitando assiduus; longo vsu facilem ei reddente illam diuini amoris industriam, ut semper habitaret in abscondito vultus præsentis Dei, fatereturque cuiuspiam aliquando, se per amorem Deo adeò adherere, ut haud facile posset mentem ab illo ad creata hæc auocare.

Biennio ante mortem videbatur eius venientis tempus non ignorare. Quicquid sibi in tempus illud extremum præparauerat exercitationum, cum magna tranquillitate est executus. Sub extremum, hymno, *Te Deum laudamus* recitato, gratias egit Deo quod in Societate moreretur. Cruci affixo Christo arrepto ea dixit quæ Dei sui amantissimus animus dictabat, & quæ decebant virum verè humilem corde. Adiecit demum velut pro coronamento vitæ suæ actus amoris Dei, & doloris, recitato solenni illo Ecclesiæ carmine, *Dies iræ, dies illa*, magnâ cordis teneri ac dolentis significatione,

Adiunt cordium secreta quædam introspectisse nonnunquam; & Sanctimonialia aliquando monuisse, ut è loco in quo congregatæ erant omnes illicò discederent. Paruisse illas: & fornicem corruisse, illas oppressurum nisi Patris consilio obtemperassent.

XXIV. DIE DECEMBRIS.

PETRVS CORREA, P. GEORGIVS

ET IOANNES SOSA.

ALVAREZ.

24. Decēb.
Lusitanus
in Brasīl.
1554. Soc. J.

Charitas.

HOs hoc die collocat Stratus in Menologio; Catalogus tantum in Decembri ponit. Correa vir nobilis, Brasīlos cum ea quam ductabat militum manu capiebat, & ad Lusitanorum seruitutem venales damnabat. Monitus, respuit, & Societatem iniit, ad eosdem pro cælo capiendos, id quod per annos quinque impensè præstitit, ad Carigos vñ cum Sosa coquo Coadiutore profectus, & Brasīlis *Doct. eloquentia* appellatus. Ceruix ei vesperi lethali vulnerè saucia, postridie repenti sana, & oculorum dolor accerrimus confestim extinctus, precibus Sociorum. Homines epulis barbaris destinatos: clam dextrè baptizabat, aqua è strophio expressa. Apud Carigos cum socio feliciter rem gerebat: sed quidam furcens libidine (quem ille à deuoratorum illum Brasīlorum cultro caruatio liberarat) qui auulsam à se (è ritu legis Christi) pellicem dolebat, barbaris in eos concitatis effecit, vt mortem illis consciscerent. Ergo Sosam primum, deinde Corream, vtrumque in genua procumbentem, sagittis interrimunt; Christianis cum lugentibus, & vnicum veritatis interpretem, omniumque Patrem, fratrem, amicum do lenter clamantibus.

MOrientem Rodericum de Flores rogabat P. Georgius vt mortem illi citam à Deo impetraret. An non posses, aiebat, mihi à Deo obtinere, vt proximum Christi nascentis diem in cælo celebrem? Recepit Rodericus id se facturum. Et P. Georgius è sano breui (11. Decembris) æger, 24. Decembris optatâ morte migravit è vita. Visus est non ab vno sæpè in nouo quodam sacello; clausâ fenestrâ & portâ, ad aram quodam lumine, ac decore insigni circumdatus. Magnâ siti animarum ardebat, magnâ in permouendis ad lachrymas obstinatis efficacitate pollebat. Persuasit suo parenti vt se ad exercitia apud nos facienda reciperet. Sed ne istic otio nimio torperet, P. Rectorem rogauit, vt illi calceos faciendos vel reficiendos mitteret: illum enim arte suâ sutorem esse, nec debere tempus otio terere. Eius vita dabitur ad annum 1584. quo anno eius laudatè meminit Societatis historia.

Hispanus
Hispani. 24.
Dec. 1584.
ætat. 55. Soc.

Mort.

Humilis

P. CLAVDIVS

MATTHÆVS.

HVmili stirpe, ac paupere domo natus, virtute, ac ingenio tamen eò euasit, vt Henricus III. Gall. Rex frequenter per duas tresue horas ab eius ore penderet; Et Guisianus Dux ferè quotidie cum illo versaretur familiariter, ac iucundè, atque ab eodem per dies 40. asceti S. P. Ignatii

Gallus An.
con. 24.
Dec. 1587.

V.V.V. 3

exer-

Exercitia. exerceretur, per eos dies nemine ad se, nisi famulorum vno, admissio. Romæ in Comitiis generali de Præposito Societatis vniuersæ deligendo agebatur. Aderat & Claudius; atque ut suffragatio è Dei gloria cederet, Deum flagrantius precabatur; eò tempore Beatissimam Dei Matrem conspexisse fertur cum S. Bernardo è Cælo venientem, quæ P. Claudium Aquaiuum Christo susebat, & pro ea præfectura vnicè commendabat. Videbatur verò haud ignarus Claudium in eâ rectione diu victurum. Etenim aiebat Sociis in Gallia; Bono ut animo essent: neque enim (ut sit) pro Generali eligendo illos disciplinam subituros, ante annos facile triginta elapsos. Et vates fuit. Cum Prouinciam gubernaret certior fiebat diuinitus quoties aliquis in Prouincia moriebatur. In postremo Romam itinere quotidie per horæ dimidium exhortationem habebat ad Comites, vel ad aliquem famulorum; quotidie item se acriter verberabat. Redeuntem Anconæ mors occupauit.

Oratio.

P. Aquai.

B.P.

Mors.

Mortific.

Her.

P. ANDREAS

CARO.

Italus in Philippinis.
24 Decemb.
1620.

Oratio.

Orandi studio assiduus fuit efficacitate mirabilis. In Philippinis apud Tagalos scemina mortuali quodam deliquio (alii mortuam opinabantur) absorpta, orante Deum instantèr Andrea, velut à profundo somno exporrecta, Sacramentis munita requieuit in pace, magnâ omnium

admiratione. Totus erat in Deo, totus in studiis vitæ Apostolicæ, adeò ut cognomentum *Patri Spiritualis* illi adhæserit etiam inter domesticos. Franciscus Colin Prouincialis in sua historia impressâ de Philippinis ait: *Amor Dei.* illum diuino amore arsisse: ac circa festa Pentecostes delectorum quorundam è Sociis opem, velut pacto mutuo inito, implorasse, ut in partem venirent apparationis & impetrationis amoris diuini à Spiritu sancto, qui amor est. Mirabilis erat viri ardor ac teneritas cum de Christi vulneribus, ac potissimum de vulnere lateris, loqueretur. Extremâ ante supremum suum diem nocte ijs qui agro aderant narrauit exempla eorum quorum singularem erga Christi vulnera pietatè variis deliciis, & morte suauissimâ coronauit Deus. Et disertis verbis hortatus est omnes ut quàm maximopere amarent Deum: addebatque momenta rationum quibus audientium pectora, & cordium veluti meditullium penetrabat. Vitæ ac virtutis eius compendium in eo situm erat, ut communem Societatis viuendi normam vndequeque persanctè implexer. Rogabat Superiores ut securi de illo dispo-
Mors. nerent, & eum quando ac vbi vellent adhiberent. Vnde solatium erat omnium, arque refugium. Deiparæ in Monteferrato per iter olim visitatæ fuit longè addictissimus; & in S. Michaelè, altare illi erexit, in quo Deiparæ de Monteferrato imaginem collocauit ad incitandam populi quem ipse Christo genuerat, pietatem in Philippinis.

XXV. DIE

XXV. DIE DECEMBRIS.

P. DANIEL

PAEIBRVCK.

25 Decēb.
Belga Pa-
noimi 1558.
Societ. 14.

Angelus.

Mors.

AD opus animarum, & ad regen-
dum fuit apprimè solers, atque
idoneus, vt habet latius Socie-
tatis historia. Ante mortem diebus
aliquot significauit P. Paulo Achilli
Rectori, & P. Domenecio Prouinciali,
se ad cælum à tribus adolescentibus
inuitatum. Apparuisse sibi iuuenem
cum duobus Comitibus, qui dixerit;
migraturum è vita die natali Christi
post prandium. Vaticinationi respon-
dit euentus. Non caruit tamen aliquo
conscientiæ morfu moriens P. Daniel,
ne fortè quid studij contulisset in pe-
grinas linguas quod animis potuif-
set impendi. Elogia è Sicilia missa,
aiunt illum à cælitibus, & ante mor-
tem de morte tali die obeunda moni-
tum, & ipso mortis die ab iisdem cul-
tu splendido gloriosis, in ipso agone
visitatum; ac ad cælestem felicitatem
deductum. Ad hæc post mortem et-
iam cuiuspiam, cui confitenti aures da-
bat cum viueret, promissi memorem
apparuisse.

P. EMMANUEL

FERNANDEZ.

Lotharus.
Fremonæ.
25. Decemb.
1593, Soc. 40

PAndreas Quiedo superstes socius
multa cum illo, multa post illum
tolerauit, & fecit apud Indos, ac Æ-
thiopes; non sine præsentissimo capi-
tis periculo. Nestoriano Monacho
contra Catholicos Imperatorem con-
citare contendente, prædixit Catho-

licos ab eo quod illis ille machinare-
tur intactos fore; illum autem breuè
de vita exiturum. Ita euenit. Octavo
ante mortem die iam æger affirmauit
sperare se vitam inchoaturum in cælo
ipsâ die Christi nascentis in terris. *B. V.*
Moriendi adfuisse aiunt præsentem, &
solatam Virginem Mārem; id quod
ille ipsâ suæ mortis horâ Francisco
Lopez Coadiutori disertè dixit. Ad B.
Virginem; *Ah, aiebat, Dominā meā!*
Ah Dominā meā! Roganti Francisco
Lopez, ecquid esset; *Vidi;* inquit, *Vir-*
ginem Desperatam pulchritudine diuinā mi-
rabilem. Sine, me abeuntem sequi. Et
securus est.

MICHAEL

NACASCIMA.

PER annos quindecim, Patribus
seruiens multum operæ contulit
ad Christianam rem benè gerendam,
& ipse quoque Christianos erudiuit,
adiuuit. Ea propter captus, fustibus
non semel vapulauit; & aliquando ex
alto in aquas deiectus est. Supinus,
aquâ in os infusâ, & vi rursum cum
sanguine de corpore arctè compresso
expressâ cruciatus, Soli torrendus ex-
positus, ibi leni aurâ è cælo aspirante
recreatus est. In Vrgenio, ad Nanga-
sachum monte præalto, & incus ig-
neo instar Vesuij, atque bullientes
aquas quæ in stagnum confluunt, ef-
fundente, aquis illis perfusus est. Sunt
autem aquæ illæ noxiæ, bestiis etiam
auiibusque illac fortè volantibus. Si
verò illis tingantur humana corpora,
viceribus doloribusque miserè cruci-
antur.

Iapon. in
Vrgenio
Monte. 25.
Dec. 1628.

Fides.

Mors ignem.

antur. Hos cruciatus expertus est
perſep̃e Michaël, etiam per bullien-
tia illa stagna traductus: atque inter
hæc tormenta, cum Chriſtum ac fi-
dem ſemper profiteretur, extinctus
eſt. Luber hac occasione hic offerre
legendum.

EDICTVM IAPONICVM.

Toxogunus Imperator, comperto
Luſitanos Macaëſes violare legem
toto Iaponico imperio promulgatam,
aduerſus legem Dei, *miſſis Macao clam
Prædicatoribus Euangelicis, qui inducendo
Iapones ad mutandam Religionem, ſuſcep-*

*tâ Chriſtianorum lege grauiſſima admira-
tunt ſcelera morte digna.* Ad hoc, eoſ-
dem Luſitanos Macaëſes annonam,
& alia neceſſaria ſubmittere, ac ſuc-
currere prædictis Prædicatoribus, &
*Chriſtianis, qui occultè viuunt in Iaponia
id quod eadem lege vetitum eſt.* Idcirco
publico edicto Luſitanis omnibus in-
terdicit abſolute navigationem &
commercium Iaponiæ ſub pœna mor-
tis, & comburendæ nauis ac mercium.
Die 4. Auguſti 1639.

Hinc liquidò patet, exilium, &
mortes Chriſtianis apud Iapoæſes odio
fidei irrogari.

XXVI. DIE DECEMBRIS.

IACOBVS
VASSEROT COAD.

26. Decēb.
Gallus Car-
pentoracti.
1628. xrat.
41. Soc. 22.

Chriſtus.

Confefſio.

Ingenij ad omnem induſtriam, &
labores nati vir; cum luem publi-
cam ardere videret, vt ſupp̃etias
ferre poſſet laborantibus, impetrauit.
Pridie quàm egrederetur ad opitulā-
dum infectis, Dominum Ieſum ha-
buit ſecundum quietem præſentem,
inquit in anni 1628. heroibus Ale-
gambe, ſed aduerſum, ac ſibi terga
vertentem: quem ille cum flexis ge-
nibus ſequeretur, obſecrareque ſua
ſibi vt peccata remitteret, viſus eſt ſi-
bi eum videre rursus conuerſum ad ſe,
audireque dicentem: *Dimittuntur tibi
peccata tua;* quo facto euigilauit a-
ſtutum, tantâ animi ſuauiſſime delibu-
tus, vt dictu incredibile ſit. Mox an-
teactæ vitæ noxis generali confefſio-
ne expiatis, cum ſacro veſceretur epu-
lo, tantum profudit lachrymarum, vt
eaſ quoque Sacerdoti exprimeret ope-
ranti. Porro curâ omnium ægrorum

in Limodochio ſuſcepta, ita corpora
ſingulorum curabat & animos, vt Pa-
ter eſſe videretur vniuerſorum. Dein
Chirurgis morte ſublatis, eorum ipſe
munus ſubire, venam iſtis peſtilentiâ
ſine metu laxare. His in operibus ipſe
bis eo malo appetitus eſt; quo demũ
etiam ſuperatus, Sacramentis ex more
perceptis, inter iteranda contritionis,
& Charitatis officia vitam termi-
nauit.

Charita.

MARCVS
GRANDL. COAD.

AD officia Charitatis prompto
ſemper obſequio ſedulus fuit. De
illo ſic in pretioſis occupationibus
morientium: Vitæ feliciter finiendæ
quotidie intentus, ipſe ſibi Sandapi-
lam conſtruxit; vt illam præ oculis,
mortem verò præ corde haberet. Pro-
fuit viro ea prouidentia, ne mors
aliud agentem opprimeret. Nam
dum vniuerſæ vitæ labes confefſione
diligenti

Germani
Rathbone
16. Decēb.
1649. xrat.
63. Soc. 35.

Mort.

Confefſio.

diligenti ad Sacerdotis aures deponeret, ipso illum in opere apoplexia, & mox ritè absolutum, mors oppressit, in ipsa suâ intempestiuitate maximè tempestiua.

P. PETRVS

CELLOT.

Galus Rhe-
mis. 26. Dec.
1654. stat.
70. Soc. 50.

Cum sacras literas explicaret, pro-
tribus quatuorue auditoribus
quos habebat, non minùs diligenter
parabat omnia (vt in annis 1654. pag.
107. latius dixi) quàm si frequens es-
set auditor. Humaniora per annos no-
uem, Philosophiam, moralem Theo-
logiam, ac diuinas literas per diu ex-
planauit. Rituum Ecclesiæ accuratus
obseruator, & propositorum benè
conceptorum tenax in paucis. Annis
plus quàm octo ad ignem nunquam
accessit. Ante absoluta studia, imò an-
te professionem nuncupatam, vix ad
vllum literas dedit. Quicquid ei com-

mittebatur, per diligentem ac religio-
sè exequabatur. Per ipsos 40. annos
ne semel quidem repertus est publicæ
consuetudini defuisse in surgendo ad
primum æris campani sonum cum
primis.

Manè.

P. IGNATIVS

FIALHO.

IN Mogoris imperio cum secundo
Incessu res fluere viderentur, Rege
mortuo, filius, Mahometi æquò re-
naciore susceptus est; qui rem Christia-
nam misere perturbauit, & multos ad
vomitum redire coëgit. In ea tempe-
state P. Ignatius cum Christianos ad
retinendam in suscepta religione con-
stantiam acriter hortaretur, & Cruci
affixi Christi effigiem manu efferens
ostentaret, gladiis pluribus vulnera-
tus, in opere nobili vitæ finem impo-
suit.

Lustanus
in Mogo-
rea incerto
mese. 1633.

Fides.

XXVII. DIE DECEMBRIS.

P. PETRVS

ALDEA NOVIT. SCHOL.

27. Decemb.
Hispanus
Gadiz. 1770

Ante initam Societatem liberio-
ris vitæ pertæsus, iam se totum
virtuti dederat, insigni exemplo.
Tyrocinium illi ardens, maximas de
illo virtutis accessiones promittebat
sed altero mox anno Gandiæ ereptus
est. Eodem verò tempore, quo ille
Gandiæ moriebatur, Valentia Catha-
rina Ferreria pia mulier (cuius hospitio
vlus fuerat Petrus ante quàm ad So-
cietatem reciperetur) nocte intempe-
sta orans, odore suauissimo perfundi
sibi videbatur. Postridie eiusdem ma-

rito Francisci speciosus apparuisse
fertur: & manu prehenso dixisse; se
illius memorem esse, vt olim promi-
serat. Franciscus ad Petrum spectan-
dum Catharinam coniugem excita-
uit. Negabat illa se videre quicquam:
sed eorum filius octo annos natus aie-
bat: Petrum adesse, sibi videri & cu-
biculum totum esse præclarâ luce
perfusum. Adesse cum illo socios ferè
40. sertis floreis redimitos palmisque
instructos. Manè Catharina in Colle-
gio hæc Sociis nostris retulit: & po-
stea Gandiâ literæ mortis Petri nun-
cia appulere; ubi mortis tempus cum
his benè congruere compertum est.

Serta floreæ.

XXx

P. IACO-

IACOBVS

P. ANDREAS

BIRVVA COAD.

VITVS.

Belga Lād-
spēgā 27.
Dec. 1596.
ætat 82.
Societ. 44.

Lingua.

Aqua be-
ned.

S. Benno.

Oratio.

Roma à Laynio Societatem obti-
nuit. Landspēgā Magistro No-
uitiorum adiutor datus, id officium
per annos 23. ita gessit, vt exemplo
doceret Nouitios. Per ipsos 40. annos
non iocus, non linguæ aliqua prola-
psio, non aliud quicquam in eo nota-
tum est quod aliquam peccati vel vni-
bram præferret. Inter labores assidu-
os fuit in oratione. aquam lustra-
lem vino, esculentis, & pharmacis
piè permiscebat; putantur inde in ma-
gnâ vini caritate, vasa potum conluc-
tum & pluribus, & diutius præbuisse.
Herniâ cruciatus, eam voto ad S. Ben-
nonem factio ita mitigatam reperit, vt
eius dolores rarò deinde persenserit.
Dolores illos haud adeò acres esse
dicebat quispiam; & sequenti nocte
calculi grauitate cruciatus, temerita-
tis suæ pœnas se dare agnouit, ac po-
stridie à Iacobo veniam & preces pe-
tiit, impetrauit, nec multò post con-
sanuit. Si Patrem, quem comitaba-
tur, diutius alicubi hæsurum arbitra-
batur, se in aliquem Domus angu-
lum recipiebat, piam aliquam Deipa-
ræ, aut aliam, imaginem e sinu edu-
cebat, & positis humi genibus coram
illa preces fundebat insigni emolu-
mento exempli.

Pro re Catholica in Angliâ propa-
ganda multa tulit fecitque; carce-
res quoque perpeffus, atque ad sus-
pendium destinatus. Senerus in cor-
pus, illud, cum aliis afflictationibus,
gemino quorhebdomadis, eoque ar-
cto ad panem vsque & aquam ieiunio,
atterebat; neque sibi parebat
cum iam octogesimum ætatis annum
ageret, corpore valde fracto ac tenui
In carcere id facitatem cum artoni-
tus miraretur carceris custos & di-
ceret, vt quid tam grandi natu corpu-
sculum aspero, adeò ieiunio afflicta-
ret? Si ita rem ageret, viribus minime
parem fore vt è Tiburni furcâ rectus,
pendeat. Mihi verò, respondit senex.
istud ipsum ieiunium abundè virium
subministrat ad quidlibet causâ Chri-
sti mei Domini perferendum. Postea
per diu toto corpore adeò languebat,
vt dies quilibet illi fore vltimus cre-
deretur. Sed ille, Nondum, aiebat,
nondum venit hora mea, aut dies S.
Ioanni Euangelistæ sacer. Eo die di-
luculo inter preces illa ei vox audiri
visa est: *Hodie mecum eris.* Ergò Sacra-
menta quanto citius expetiit, & impe-
trauit, licet nihilo peius habere illo
die quàm aliàs videretur. Et perceptis
myfteriis breui eodem die diem iuit
immortalem.

Anglus in
Angliâ 27.
Dec. 1656.
ætat. 80.

Martij.

Ieiunium.

S. Ioannis,
Mort.

XXVIII. DIE

XXVIII. DIE DECEMBRIS.

P. MICHAEL

GVBERNVS.

18. Dec. b.
Hispanus
Valenciæ.
1583. Soc. 31.

Mortific.

Conciones.
Infans Iesv.

Biblioth.

Obediens.

S. Iohanni.
Mors.

ECclesiastes dulci tranquilloque dicendi modo amabilis ac ob solidas, quas afferebat rationes ap-primè efficax, atque acceptus in aula, & vbique, sed negabat se obiurgare quenquam posse. Incredibili amore renebatur erga infantem Iesvm, cuius in cubiculo effigiem, habebat semper, eamque sæpè lachrymis irrigabat. Ab illo aiebat se suas discere conciones, & omnia: Bibliothecam ingredienti aliquando apparuit vt credunt, infans Iesvs: & cum P. Michael illi diceret sibi esse prohibitum. iam de illius infantie mysteriis meditari. Respondit paruulus: *I & pete veniam vt agere tecum possis*: luit, petiit, impetrauit, rediit; & cum postea cum Iesv dulcissimè tractasse fama fuit. Plura de illo in vita ad annum 1583.

ANTONIVS

RODERICVS COAD.

Lothianus
Pernambuci
in Brasilia.
28. Dec. b.
1615. ætat.
90. Soc. 32.

Sancti.

Oratio.

DE hoc sic annuæ Pernambucensis Collegij: Hac peculiari floruit pietate, vt quotquot ei Beatos singulorum mensium primordiis toto hoc tempore fors obrulerat inuariato ordine memoriâ retinens per dies singulos Litanie instar percurreret, & quoties rogaretur, id etiam facile præstiterit: Hic autem diuorum numerus ad trecentos supra nonaginta exereuit. Sic Deo vacabat, vt vnâ vel duabus horis ante alios è lecto surgens vsque ad solitam deprecationis horam pre-

cibus coram augustissimo Sacramen-
to intenderet. Postea verò lætus (vt
de more solebat) suum obibat munus,
& laborem. Interrogatus semel de
mœrore, ac lachrymis quas fundere
visus est; mortis, inquit, recordatio-
ne paulò ante pulsatus cum essem, ti-
mui: quare ipsam timoris ignauiam
his fletibus castigo. Nec immeritò
ita respondit, quia ingentem gerebat
spem salutis vnde crebro dictitabat:
*Si me damnatum fore præsciens esset Deus
nequaquam in suam recepisset Societatem,
huc verò delatus desisteret iam non au-
deo.* Eò diem suum obiit, quò sancto-
rum Innocentiam solemnitas agitur.

Mort.

Vocatio.

P. NICOLAVS

POLLIENVS.

AD virtutem magis quàm ad liti-
ras natus; & silentij, cælitum,
Deiparæ potissimum, amantissimus.
Refert vir grauis è Clero, vt ferunt li-
teræ, quòd cum æger se inuisentis P.
Nicolai precibus commendasset, die
postera luce plenâ sub vesperum vi-
sam sibi Dei Matrem Maiestate ma-
gnâ cubiculum suum ingredi, quam
pone sequeretur P. Nicolaus. Vigi-
lanti sibi id euenisse spectaculum: &
tunc à Diua Virgine se esse admoni-
tum, vt filium suum, seque, imposte-
rum coleret impenius. Eodem tem-
pore ab eadem augusta Virgine ius-
sum esse P. Nicolæum ad ægrum ac-
cedere propius, eiusque pectus ran-
gere quod & fecit nec sine fructu ma-
nifesto. Æger P. Nicolaus nostros duos
Anicium euntes rogauit vt ad B. Fran-
cisci de Sales Episcopi cineres id sibi

Sabaudus
in Gallia.
28. Decemb.
1623. ætat.
61. Soc. 34.

B.V.

X X x 2

ægro

Mors.

agro impetrent, quo anniuersaria illius mortis id est SS. Innocentium die euocetur à vita. Et verè desiderabilis die excessit.

ribus ita confecere, ut tertio post die animam exhalaret.

P. PETRVS

SOCIRO.

ANDREAS DE ZAMORA
NOVIT.

Hispanus
in Philippinis
18 Dec.
1639.

Charitas.

IN insula Mindanao videbatur semen fidei Christianæ nuper à Marcello Mastrillo iactum bonam messem promittere. P. Petrus Societate iterum impetrata, in ea secundum tyros ad eius agri cultionem destinatus est, quia virtute iam bene maturus. Apud Buhayenses milites egregia de illius sanctimonia fuit opinio, cum suo corpori pessimè faceret, aliis verò quam optimè facere pro viribus conniteretur, nobili flagrantia charitatis. In omni rerum ad vitam degendam necessarium penuriâ superabundabat gaudio, & valebat firmus corpore, animo firmior. Nitebatur omni operâ Mahometanos inter & Hispanos amicitiam componere, quod viam aperiret, ad eos Christo sic addicendos. Hoc agentem adorti Mahometani, vulne-

IN Ceilano insula per annos multos Christo militans multos ad eius fidem adduxit, pedes itinera ingentia exantlauit. Magnum in illo fuit orandi studium; incredibilis amor arctissimæ paupertatis. Opinio sanctimonie de illo tam erat peruulgata, ut sine illo in barbaros mouere Lusitani nollent: dicerentque; Deum ab eo exoratum dare victorias. Sitienti exercitui aliquando, veluti nouus Moyses fuit, quando fufis ad Deum precibus rupem baculo percussit, & aquam affluentissimè inde elicit. Captus à victoribus barbaris, viuus ad eorum ducem adductus est. At ille indignatus est, quod eum non trucidassent qui suorum Pagodum (idolorum) hostis esset tam acerbus, tamque infestus, ac noxius. Eo veluti signo necis dato, adactis in eius pectus hastis, cum in genua prolaberetur atque oraret, perfoctus est, & extinctus.

Lustratus
in Ceilano,
incerto m. &
se. 1637.
ætat. 61.
Societ. 45.

Oratio.

Oratio.

Fides.

XXIX. DIE DECEMBRIS.

MAG. IOANNES

ROSENPLVEM.

29. Decēb.
Germanus
Græcij. 1620
ætat. 25.
Societ. 7.

DŌcebat Græcij ætatem teneriorem primâ Grammaticæ rudimenta, magnum Academiæ decus, & Angelicæ modestiæ documentum, eoque omnibus longè charissimus. Leobiensem probationis domum patrimonij sui heredem scripsit. Mors illius plenâ fuit floridâ pietatis, quâ

calites patronos suos nominatim tenere compellebat. Aiebat. *Veni, veni, veni, veni Domine veni: ubi es? Quare mihi non ades? Ad te desiderat Anima mea, Deus meus!* Hærebat in aspectu imaginis dulcissimæ Virginis Matris usque ad extremum, aiebatque identidem: *In manus tuas, Domine mea, commendo spiritum meum.* Dicebat enim se Societatem ingressum, ad Deo seruandum & bene moriendum. Nomen illi erat flos rosæ; & profectò suauis-

Beneplacit.

Mors.

B. V.

Mors.

suma

si ma eius virtus domi cum nostris, in schola, & in templo cum discipulis, ac vbiq; cum omnibus, optimo singularis exempli odore fragrabat, amabili ad sanctimentiam inuitamento tanta quæ istis literis eruditur inuenturis.

I O A N N E S

DANIEL COAD.

Belga Montibus. 19.
Dec. 1651.
Stat. 61. Soc.
41.

IN variis versatus muneribus, in omnibus maximè sedulus fuit. Orandi simul, ac Deiparæ colendæ studio eximie addictus; quam ille matrem admirabilem appellabat. si de illa vel ipse loqueretur, vel alios loquentes audiret; in suaves lachrymas soluebatur. Inde coram illius imagine genua flectere, illam floribus ornare pro deliciis habebat. Per plures hebdomadas coram eiusdem *Consolatrix* imagine supplex petebat curari ab hernia, quâ miserè torquebatur, cum ecce illi inter orandum consopito adfuit Virgo Mater, & dixit: *Ioannes, vis sanari!* Respondit; se cupere, si id placeret Deo. Et euigilans gaudio lachrymisque perfusus, se penitus persanatum inuenit: id quod ab ordinario Cameracensi ritè examinatum, approbatum est, & confirmatum.

P. BERNARDVS

OPPEL.

Morauus
Pragæ. 19.
Dec. 1651.

Catecheses.

E Canonico, Societatis religiosus, & mirè ad egregias animorum utilitates natus, doctrinæ sacræ rudimenta fructu tanto, ac plausu per vrbicas plateas Pragæ tradidit, vt Archiepiscopus aliquot millia libellorum pro illis diuinioris doctrinæ rudimentis idoneorum typis edi ære suo curauerit, ac in paruos disperserit.

Magna in hoc viro fuit nobilissima quæque capita ad Catholicam fidem adducendi felicitas. Neopragæ Rector cum esset, suas etiam vestes dabat suis, cum aliunde providere per bellorum incommoda minus posset. Pro Sociis peste ictis curandis, calices aliquot conflare curauit, ne quid charitati deesset. Egeno vltimâ necessitate pressio vltimos quos habebat decem nummos argenteos dedit, & eorum loco totidem aureos nummos inuenit in scriniolo, doni authore diu quæsito, nec repperio, vt dixi in annuis.

Charitas.

Elemosyn.

P. I O A N N E S

NVNNIVS.

Assidua illi erat cum Deo consuetudo: etiam noctu coram SS. Sacramento diu precabatur. Horas Canonicas non nisi de genibus recitabat. Dorsū flagris adeo cœciderat, vt plagæ à tyrone quodam fortè inspectæ, nuntiantem eius animum in benè cœptis firmarint. Cum primus in Aula Confessarius esset, submissas inde lautitias horrebat, magnâ anni parte cibario tantum pane frigidâque soluens seuera ieiunia. Præter consueta cilicia, crucem aculeis asperam fovebat, stringebaturque complexu, quæ cadaveri quoque illius affixa reperta est. Pro lectulo nihil è lino admisit. Voto nuncupato se obligauit ad fugam honoris omnis, etiam in Societate. Sed maiorum imperio compulsus præfuit Conimbricæ Nouitiis & Magister & Rector, ac Professus Præpositus; quæ illa munia quàm inuitus adiit tam religiosè obuiuit. Palam cum Nouitiis orabat immotus. Nec deest qui eum tunc sibi splendore quodam circumfufum conspectum affirmet. Quotidie se a cruce verberabat: in quadragesima non nisi herbis vescabatur, &

Lustanum
Vlyssipponæ 19 Dec.
16. 6. Stat.
61. Soc. 45.

Mortific.

Aula.

Mortific.

XX x 3

pane.

Humil.

pane. Conscientiam confessione quotidianâ perpurgabatur, & flebat. Ad aulam eundem illi erat persæpe, non raro ad tria vel quatuor millia passuum distans: neque tamen unquam vehiculum iumentumque admisit. Inde illi maior tum in aula, tum domi autoritas. Multi proceres eius consilio usi, liberali munificentia pauperes adiuuere, religiosi familiis id luculenter expertis. Aula mores in pluribus emendauit. Multæ sœminæ principes ab eo didicere usum orationis quæ mente peragitur, & conscientia exploranda. Vnde mira earum modestia, & in templo religio admirationi fuit: pluribus quàm unquam ferè alias, etiam in sacra cœnobîa sese abdentibus. Mortuum, in feretro per proceres adornato sex primæ dignitatis optimates humeris extulere. Tota cubiculi illius supellex erat Christi flagris concissi effigies. Cilicium setis asperis horridum (quod ille vix unquam ponebat) certatim à summis quibusque est expetitum.

EMMANUEL

HENRIQUES COAD.

Hunc extremus vitæ dies ad B. Virginem de Lapa dictam inuenit, virum eidem Virgini apprime addictum. Si tantum orij nancisceretur, tres ipsas horas quotidie in oratione ponebat: ter se flagris cædebat quotidie: omnibus sextis feriis, & sabbatis ieiunabat: nihil omnino vel omitebat, vel faciebat quod non ex auro maiorem esse putaret. Exquisite carnis perdomandæ artes inueiebat, & adhibebat. Paupertati seuerè studebat aded ut vestem intimam ducentis circiter frustulis centonis in modum confutam gestaret; videreturque vix unquam mutasse vestes ab iis quas Societatem olim ingressus tyro acceperat. Eius vitam fustius perscriptam in Lusitania legi aiunt, quàm mihi videre needum licuit.

Lusitania
ad Coim-
bricam. 19.
Dec. 1722.
ætat. 60.
Societ. 36.

Mortific.

Paupertas.

XXX. DIE DECEMBRIS.

P. IOANNES

MONTÓYA.

30. Decēb.
Hispanus
Potosij.
1590. ætat.
80.
Oratio.Zelus.
Animarū.

AB ipso S. P. Ignatio ad Societatem admissus, ab Euerardo Mercuriano Peruanam Prouinciā impetrauit, cum in Europa Prouincialis esset. Rebus desperanter afflictis ipse orando remedium inuenit. Jam 70. annos natus duas Indorum linguas didicit; aded desiderabat animarum illarum lucris intendere. Eadem de causā in missionibus plusquā centum leucarum iter confecit pedes. Vnde pedes illi putrescebant, & tibiæ

plagis exulcerabantur. Famem, sicim generosè patiebatur, & paupertatem. Negabat tamen se pauperem esse: quippè Cui ea quæ ad vitam degendam necessaria sunt non desint.

Itinera.

P. EMMANUEL

SA.

Adolescens licet iam tamen scientias sublimes docuit, B. Borgiæ quoque Magister domi. Scientiam singularem singularem cum virtute coniunxit. Aliquando à Issy paruulo, & B. Virgine visitatum, & recreatum aiunt.

Lusitania
Araxe. 70.
Dec. 1571.
ætat. 75.
Societ. 40.

Issy.

S. T. Ignat.
3 V.

aiunt. Obitus extremo die (quem prædixerat) illum Beatiss. V. Mater, & S. P. Ignatius inuiscere, vt fama est.

P. IOANNES

STREMOSIVS.

Lustranus
Eboræ. 30.
Dec. 1600.
ætat. 110.

DE hoc duo præ aliis memorabilia comperio. Alterum quod centesimum decimum ætatis annum viuendo exceßerit: alterum, quod cum agere iam nihil posset, pati certe uoluerit. Etenim, vt scribunt Eborenses, non obrusus illi erat animi ad pietatem vigor, vnde senile corpus multis quotidie flagris iuuenili prius, & hostili brachio feriebatur.

Mortific.

P. PETRVS

DE VRTEAGA.

Hispanus
Hispani. 30.
Dec. 1644.
ætat. 76.
Societ. 62.

AD populum plausu admirabili, & fructu dicebat. Cum præfesset, oratio illi erat asyllum in egestate. Vnde in mensura bonæ, & præfenti inopia opportuna domi purum triticum repertum est ubi ante non erat: neque resciscere vllus potuit vnde istuc aut à quo fuisset allatum, nisi à Deo cui Petrus rem domesticam in arcum redactam impensius commendarat. Extremo vitæ biennio cum illi per paralysim diuinis operari non liceret, quotidie diuino epulo reficiebatur. Hispanensi Professorum Domui Præpositus, cum deliberaretur an in luto, ac turbato cælo exeundum esset ad

Oratio.

Eucharist.
Mortuus.

catechesim per plateas rudibus, ac pueris faciendam. Respondit Petrus: Eundum esse: Deum rebus non defore. Vidit socios tunc ad templi principis gradus elementa doctrinæ Christianæ tradentes nobilis quispiam & locuples cantaber, & illico ad P. Petrum aduolauit, seque illo Patrum doctentium exemplo permotum dixit vt consueta alias elemosynæ alterum tantum adici iuberet à domesticis suis pro sustentandis Patribus tam sanctis. Syngrapham quoque P. Petro restituit, & simul dimisit quod in ea continebatur trium millium regalium debitum.

P. BERNARDVS

NUGVEIRA.

LVitano Patre viro nobili Fremo-
na in Æthiopia natus, ab Em-
manuele Almeida nostro diuinis lite-
ris egregie imbutus, Alphonsi Men-
dez Patriarchæ comes, deinde Vica-
rius, & Rasselæ Christos in fidei odiū
a nepote Imperatore sui fratris filio
postea suspensi confessarius fuit. De-
mum Societatem impetravit; & in
Regno Tygræ, ac deinde in Regno
Goiamæ Catholicis magno fuit præ-
sidio. Proditus tandem, ac tenus, de-
tentus, decreto Catholicis qui Roma-
nam fidem deserere nolunt supplicio,
suspensus est; falsis ipsius quoque Schis-
maticis, & Rasselam Christos, & P.
Bernardum eā que Romana fidei cul-
toribus infligi solet morte multatos.

Athiops in
Regno Go-
iamæ. mēse
ac die inces-
to. 1653.

Fides.

P. IOANNES

FRANCISCVS REGIS

ANNO DOMINI MDCCLXXII
Mense I. inuentione mēbris: Dei
illius corpus, idque fidei iacta, po-

XXXI.DIE

XXXI. DIE DECEMBRIS.

MARCELLVS

SCAGLIONE COAD.

31 Decemb.
Italus Mef
lanx. 1630.
ætat. 81.
Societ. 56.

Mortific.
aff. confang.

Humil.

Sancti.

Vocatio.

Mensa.
Amor Dei.

Mortific.

Angeli.

B.V.

Gallus La-
bouesii. 31.
Dec. 1540.
ætat. 44.
Societ. 25.

AB hoc, dum de incunda Socie-
tate deliberaret, radium splen-
didum Societatis inuendit in-
diem in medio duorum obscuriorum
visum ferunt in ære; tunc animum ad
Societatem adiecit: in qua dicunt
eum ab Angelis & ab ipsa Beatissima
Virgine visitatum. Consanguineorum
litteras (ne lectas quidem) discerpebat
aut comburebat. Cum & nobilis esset,
& Sacerdotio idoneus, tamen elegit
Coadiutoris in munere abiectus esse
in Domo Dei. Ad perseverantiam a
Deo in Societate obtinendam, quoti-
die unum e Sanctis præsentis diei eli-
gebat, per quem id a Deo postulare.
Intra 32. annos non nisi semel petiit
exire domo. Per omnem vitam in
prandio, & cena eligebat aliquid me-
lius a quo abstineret, illudque diuino
amori offerret. Lachrymarum dono
ad eum pollebat, ut illas nec aliis præ-
sentibus posset continere. Angelos,
adolecentum instar, Beatissimam ve-
rò Virginem vidisse fertur in folio ex-
cesso, & veste aureis stellis distinctâ.
Elogia Prouinciæ Bæticæ hoc die col-
locant P. Alphonsus Barzanam. Nos
plures secuti, de illo egimus i. la-
nuarij.

P. IOANNES

FRANCISCVS REGIS.

Magno animarum studio iam in-
de a iuuentute ardebat; Dei
amore, ac sui odio plenus. In schola

& artes Dei Matrem colendi, & mo-
dum eliciendi actum contritionis do-
cebat suos discipulos: id quod cum
ageret aliquando, in lachrymas assu-
enter effusus est. Paupertatis, ac pau-
perum erat amantissimus: & qui erat
filius paupertatis ut Matris; etiam Pa-
tris pauperum, ac Sancti nomine vul-
go appellabatur. Area pauperum in
qua apud Ciuem quendam Anicij
frumentum pauperum condebatur, il-
lo id procurante, cum propè iam ex-
hausta esset, eamque videre optaret,
plenam inuenit, stupente foemina quæ
ipsa frumentum inde in pauperes ero-
gârat. Missionem sanctæ cum fructu
exantlandarum viuæ imago erat, So-
dalitatis erectis, labore magno per al-
tas niues, per plura pericula & arum-
nas, montes perreptans, & sudore glo-
rioso, fame, siti gloriosus. Incisa æri
Antuerpiæ illius effigies epigrammem
habet in qua ab animarum zelo, ab
obedientia, & humilitate laudatur.
Cuidam peccata confessio pollicitus
est, se pro eo sibi verbera quadragies
infecturum, illi leui poenâ impositâ,
cum ita res postularet. Terribilis
morbis affictos amantissimè procura-
bat: pesti quoque sese offerens ad in-
fectos, quod tamen haud potuit ob-
tinere. In assere ferè cubabat, & veste
non positâ: neque nisi tres horas dor-
miebat; sed in sacris expeditionibus
foris sæpè vix duas, ut contentes
audiret, diuini officij pensum persol-
ueret, ac ad populum dicenda medi-
taretur, parabili quidem apparatu, sed
efficacitate omnis artis industriam su-
pergressâ. Cum foris ageretur, neglecto
prandio, vesperi tantum reficiebat
fessum corpus, idque ferè lacte, po-
rais

Amor Dei.

Charitas.

Mortif.

Oratio.

mis &c. non carnibus; Et vino parè
ac rarò; pane autem cibario, & men-
dicato; singulis propè noctibus acri
sui verberatione adiectâ. Huic sui
afflictationi orationem addebat. In
pago S. Boniti missionem celebrabat;
ibi cum nocte intempestâ. Parochus
erudâ hieme reperit pro templi fori-
bus pernoctantem in oratione Dei.
Quare, templi clauibus illi datis, po-
testatem ei fecit ingrediendi cum vel-
let. Fecit id P. Franciscus; noctium-
que partem maximam sapius istic e-
git nunc stans, nunc nixus genibus,
nunc humi prostratus, dum illum som-
nus opprimeret. Inde illi efficacitas
ad morbos animi, pellendos; & lumē
ad arcana quædam introspectiunda, &
ex vero prædicanda absentia. Que-
stum rusticum raptos sibi à grassatore
milite boues, monuit vt adiret mili-
tem, suosque boues reciperet: nemi-
nem prohibiturum. Iuit: recepit: ne-
mo prohibuit. Flagitiosæ cuidam, item
alteri probæ improbi mariti coniugi
de illo, prædixit fore vt mores pesti-
mos cum optimis commutarent: v-
trumque ita euenit. Matri cuidam de
sano adhuc eius filio prædixit non diu
victurum: & anno necdum elapso puer
mortem oppetiit. Quædam ab illo
monita non respicebat, effrons, &

procax, huic repentinam mortem præ-
dixit; quam illa obiit non ita multo
post, quando sclopus in eius caput ex-
plosus illam in eo ipso loco peremit
cum illa iuuenes erubescendis illece-
bris ad flagitium inuitaret. Libenter
monebatur, imò & carpebatur, ac ri-
debat. Ad missionem profecturus,
flexis genibus benedictionem à Con-
fessario flagitabat. Ad nutum legum
& Superiorum erat totus, adeoque
cum loqui per legem nostram non li-
cet, ne verbulum quidem ab eo pote-
rat extorqueri. Carnem spiritui obe-
dientem habuisse aiunt citra vllam re-
bellium motuum perturbationem;
nunquam illam expertum: imò id
genus sordes familiari suo sermone in
aliis exinguebat; perditis fœminis
quoque id falsis; quarum plures ad
pudicitiam reuocauit, eapropter à pro-
cis noctu aliquando ægri alicuius ex-
piandi obrenu foras euocatus vt malè
vapularet: sed aiebant postea tam illi
quam alij (qui eadem de causa sicam
eius gutturi, sclopum capiti admove-
rant) se arcanâ vi prohibitos ne illum
interimerent. Aiunt nonnulli, obscœ-
nas cogitationes eius ope extinctas.
Si Confessarij copiam haberet, confi-
tebatur (vt Xauerius olim) quotidie.

Humil.

Silentium.

Castitas.

*Ad Maiorem Dei Deiparæ S. P. Ignatii
Xauerij & omnium Sanctorum gloriam.*

YYy

Serius

*Serius exhibita sunt hæc duo elogia quàm ut possent
suo loco excudi.*

P. IOANNES

YONGVS.

Hibernus
Romæ 13.
Iulij 1664.
ætat 75.
Societ 54.

Post Latinas, & Græcas literas per
plures annos diligenter traditas,
præfuit pluribus, ut vocant, Residen-
tiis, ac deinde Hibernicæ missioni; ad
quam illicò profectus est, cum auoca-
retur ab ipso Philosophici curriculi,
cui docendo se præparabat, vestibulo.
Nouitios quoque ibidem, ac postea
Patres tertiæ Probationis in Romana
Prouincia instituit, verbo, ac exem-
plo, velut ambabus manibus mutuo
se se iuuantibus. Denique post annos
facile triginta in Missione ardua va-
riè exantlatos, Romæ per octo annos
Rector præfuit Collegio Hiberno-
rum, optimo semper exemplo.

Regula.

Legum nostrarum iam inde à tyro-
cinio vsque in senectam, & senium
fuit mirabili accuratione obseruans,
ne in legem illam quâ iubetur quili-
bet eius in qua versatur regionis lin-
guam ediscere, peccaret; in tyrocinio,
facultate ad id ritè obrentâ, voto pro-
misit, se Latinè non locuturum. Etiam
per sex illos menses quibus vltimum
æger decubuit, ut legi regulas singu-
lis mensibus legere vel audire impe-
ranti pareret, nullum mensem omisit
quin legentem quempiam audiret,
regulas communes, Sacerdotum, at-
que Rectoris. Si quid agendum esset;
ante omnia legebat regulas, quæ ad
rem aggrediendam pertinere vide-
bantur. Vestes illius locupletes fuere
testes positæ ob omnium oculos pau-
pertatis, quæ in illo splendebat, cum
pura quadam luce maturæ perpetuæ-
que modestiæ. Ne in legum accura-

tione elanguesceret, admirabili ei sti-
mulo fuit id quod Louanij contigit.
Constituerat ille, cum Theologiæ
studia inchoaret, ut ad illa esset magis
expeditus, de tanto illo regularum ob-
seruandarum rigore, confessario et-
iam annuente, non nihil remittere,
cum ecce in triduo renouationis vo-
torum, vidit in suo cubiculo parietes,
ac omnia, & particulatim etiam re-
gularum libellum, lurido colore mu-
cescere: cumque attronitus mucorem
è regularum pagellis veller, nec pos-
set, abstergere, ideoque solum è li-
bello euellere; sanguinem inde erum-
pentem vidit: ac se moneri ratus, de-
creuit ad amissum summâ contentio-
ne seruare quicquid vllò regulæ cu-
iuscunque apice continetur; nullo
studiorum, aliouè obtentu ab ea men-
te abducendus.

Renouatio
votorum.

Dicente quopiam; difficilem, &
Metaphysicæ speculationi quàm praxi
propiorum videri legem illam quâ
sancitur, ut maius, ac impensius stu-
dium cuiusque sit, quærere in Domi-
no maiorem sui abnegationem, &
continuum in rebus omnibus, quoad
poterit, mortificationem; respondit
ille: Sanctionem illam non esse specu-
latiuam tantum, sed verè posse ex-
ecutioni mandari: neque meminisse
se illam vnquam fuisse transgressum.

Mortific.

In Hibernia inter tot Missionis la-
bores, duas quotidie horas dabat ma-
nè orationi quæ mente peragitur;
quam sæpè de Christi cruciatibus in-
stinguebat, plenam dulcium lachryma-
rum; quibus persæpè se in oratione
perfusum testis est in gemino suo li-
bello in quem retulit arcanos suos sen-
sus quos in oratione de cælo haurie-
bat.

Oratio.

bat. Inde illi per 30. annos ad concionem dicenti efficax ad persuadendum nervus; Corcagię potissimum. vbi permolesta sed longē vtilissima adolescentum institutio plurimum debuit P. Yongo; & nobilis illa ciuitas ab illo in fide firmata, magna dedit documenta constantiæ cum heroicis illis Ecclesię temporibus conferendæ. Ibidem cum lues in secretissimo ergastulo grassaretur, humi prostratus inrerilla cadauera potius quàm corpora, agros expiabat pœnitentiæ Sacramento. Ibidem vt Catholicis adesse posset flagrantem quàm maximè incendio persecutionis; molitoris personā testus, ad eorum domos cum equis & saccis penetrabat, & vigiles hæreticorum oculos eludebat. Ibidem Anglum hæreticum ægrum sæpius inuifit, iuuit, solatus, ac demum lucratus est, & ille Sacramentis munitus, vno alteroquē post die de vitā migravit. Infantem vix natum baptisauit, sinē baptismo aliās moriturum, id quod Ioanni magno solatio, & in arduis quibusdam rebus illi suo paruulo commendatis, cum aliās tum illā ipsā nocte, præsentissimo auxilio fuit; vt ipse postea testabatur. Corcagia denique ab ore illius pendebat, & si quem abusum tolli vellet Ioannes, efficacitate suā id peruincebat. Romæ in Collegio Hibernorum, pios illos adulescentes ad insignem Deiparę cultum excitare conabatur: & in morem induxit vt quolibet die Sabbati exemplum vnum narretur de B. Virgine tempore recreationis. Aiunt, illam ei aliquando exercitiorum tempore se dedisse spectandam: de quo tamen certiora expecto. In morbo, SS. Eucharistiā reficiebatur quotidie, quā vltimum perceptā, & oleo Sancto vntus, ad SS. Iesv nomen manus bis eleuauit, & expirauit: ac Superiorum iussu in loculo ligneo præter consue-

tum aliās morem, & in Collegij Romani triclinio funebri laudatione, demum incisā quoque ari effigie honoratus est, vir dignus qui viuat in omnium imitatione. Perfertur ad nos ex Hibernia id quod magnus quidam Catholici illius Regni Dynasta, vir omni fide longē dignissimus, affirmavit. Ait ille; se, cum quodam die manē P. Ioannem in Hibernia tunc agentem inuifisset, pulsatoque sæpius cubiculi ostio nihil responsi acciperet, pro veteri sua cum eo familiaritate ingressum, & repertum à se P. Ioannem positus humi genibus orantem, cælesti lumine circumfusus, cum Angelo, qui oranti adstabat. Alius dixit; eum à terra visum in altum eleuatum cum oraret.

Etiam fœmina quædam de se falsa est, sibi peccatum quoddam tacere in confessione volenti, à P. Ioanne illud quod, & quale esset, disertè fuisse dictum; & fuisse peccatum cogitationis: neque alio modo quàm diuinitus innotescere potuisse.

Paruulum quemdam, hominis hæretici, ac obstinati, filium, cum pro mortuo haberetur, P. Ioannes mortuum non credebatur, sed præstolabatur orans, dum ederet aliquod signum vitæ: quò edito, paratā ad id aquā eum illicitò baptizauit, & cum ille confestim è vita migrasset; per innocentem illam animam rogauit P. Ioannes Deum, vt obstinati illius hæretici cor domaret, ac flecteret. Mirum dictū! Postridie manē vir ille hætenus peruiçax ad P. Ioannem vltro adiit; ac instructus, Ecclesiæ Catholicæ se adiunxit.

YY y 2

Admo-

Arg.
Oratio.

Confessio.

Charitas.

Renouatio
veterum.

Mortificatio.

B.V.

Oratio.

Euchar.

Adm. R. P. GOSWINVS

NICKEL DECIMVS. PRÆ-
POSITVS GENERALIS.

Germanus
obiit Romæ
31. Iulij
1664. ætat.
83. Soc. 61.

Nobili, ac locuplete apud Iulia-
censes domo natus, in Societate;
post explicatas quæ humaniores, quæ
Philosophici curriculum disciplinas, ma-
gnâ prouidæ prudentiæ ac religiosæ ad
omnes officij partes integritatis laude
rexerit Aquisgranense, Colonienſe, alia-
que Collegia: vbique de Collegiis &
ſpiritu, literis, ac œconomia bene, ſed
Aquigrani & Colonia de templis
iſtic erectis optimè meritis; ſolitus
dicere; ſe quicquid templis dediffet,
non ſine cæleſti auctario recepiſſe.
Gubernauit pari laude poſtea bis in-
ferioris Rheni Prouinciam; tum Vica-
rij Generalis nomine Societatem vni-
uerſam. Etenim Romam, ſuæ Prouin-
ciæ nomine, Procurator primùm, de-
inde ad Congregationem Generalem
deſtinatus, electo in Societatis Præ-
poſitum Franciſco Piccolomineo, pro
decem Prouinciis Germaniæ Aſſiſtens
datus, ad eò ſe probauit, vt ſupremo
chirographo ille ita ſcripſerit de Goſ-
uino: *Societatem ei commendo, quem
Vicarium nomino, & iudico iuratus aptiſ-
ſimum, P. Goſuvinum Nickel Aſſiſtente
Germaniæ. Roma 13. Iulij 1650.* Vicarij
Generalis munus tam laudatè geſſit,
vt poſt breuem D. Alexandri Gotti-
fredi (cui etiam pro Germaniâ fuerat
à Congregatione datus Aſſiſtens) in
ſupremo Societatis Magiſtratu Præ-
fecturam, eidem, plurimâ cœtus ma-
ximi ſuffragatione, ſucceſſerit, creatus
decimus Præpoſitus Generalis; ad
quod faſtigium quaſi per gradus af-
cendit, ſæpius Rector, bis Prouincia-
lis, bis Aſſiſtens, ſemel Vicarius. Quod
quidem Generalis Præpoſiti officium
quia per modèſtiam non admiſſurus

credebatur, amico vnius & alterius
Cardinalis hortatu perueniri ſe paſſus
eſt, vt ſe nihil contra id acturum re-
ceperit. Anno 1652. 17. Martij in Præ-
poſitum Generalem electus, Societa-
tem gubernauit vſque ad annum
1661. quo currente, menſe Maio cum
conuocata à ſe Congregationi Gene-
rali oſtendiſſet, ſe ob ſenij grauitatem;
& corporis impedimenta, non poſſe
amplius tot ac tantis officij ſui labo-
ribus parem eſſe; ac eo vigore, quo
oporteret, Societatis gubernationem
adminiſtrare; adeoque vltro rogaret,
vt Vicarius ſibi daretur vel ad tempus,
vel perpetuus, & cum iure vel ſine
iure ſucceſſionis, prout ipſi Congre-
gationi videretur præſeti ſtatui, rebus-
que Societatis magis conducere: Con-
gregatio obſequendum duxit volun-
tati chariſſimi, optimeque meriti Pa-
rentis ſui. Quocirca die 7. Iunij omnis
vniuerſa Societatis gubernatio rite da-
ta eſt P. Ioanni Paulo Oliuæ electo
Vicario Generali perpetuo, cum iure
ſuccedendi id quod permagno ad va-
letudinem haſtenuſ proſtraram emo-
lumento fuit P. Goſuino; qui tran-
quillum illud otium ad optimam ſeli-
cis æternitatis apparationem conuer-
tit; vſque dum anno 1664. ipſo S. P.
Ignatij die iam cadente, diem eter-
num ingreſſus eſt, vt ſperamus. Exe-
quias illi 1. Auguſti celebrantur nouus
Præpoſitus Generalis, eius Succeſſor,
magnâ vrbis frequentia, præſentibus
religioſis ac etiam Generalibus: & 2.
Auguſti ſacrum ſolenne cantatum. Po-
ſtea in Collegio Romano, præſente
Præpoſito Generali, de illo habita eſt
laudatio luculenta. Parentatum illi et-
iam per Prouincias pro more: in non-
nullis domiciliis etiam ſupra morem;
vt Monafterij, Eiſiæ, ac Pragæ, vbi à
Collegio S. Clementis, illi caſtrum
doloris, vt vocant, erectum eſt; quod
tamen plus habuit ſplendoris ab ele-
gantia.

gancia pietatis, atque ingenij, quàm a sumptuosa ostentatione.

Vir erat animo pacato, atque tranquillo, sui que semper compos, ne intemperie aliquà se abripi sineret. Aiebat quidem aliquando: *Quis infirmatur. & ego non infirmor?* ducto altiore suspirio, cum triste quidpiam nunciarent literæ, seu Europæ, seu Indicæ; tamen etiam in acerbissimis casibus animum tranquillabat, memor Dei paternâ manu mortificantis & viuificantis. Non optimè de se meritum quempiam, postea cum eidem præfisset, summis humanitatis officiis est profecturus, ad magnam eorum qui rei conscij erant admirationem. Nec rarè dum ab illo seuerius quodpiam responsum ad literas expectaretur; sedatè placideque iubebat bonas literas illi scribi qui acerbiores merebatur; & vinci in bono malum. Certè cum ab afflicto quodam, sed pœnam commérito, literas aliquando acciperet, ac videret, in illum paulò acrius decernendum; auditus est dicere: Ne addamus afflictionem afflicto; non confringam quassatam illam arundinem; adeoque literis ad illum dandis iubebar plus olei quàm vini adhiberi.

In officio Præpositi Generalis, instituto, literisque legendis affixus, vnicè hoc agebat assiduâ totius animi applicatione, omni rædio peruisito, ne valetudini quidem parcens. Erat cum in rectione, tum aliàs, vnde quaque rectus, & qui decipi mallet quàm vellet deciperet. Omnis facundia, artificijque supellex in eo fuit, *est, est; non, non.* aded vt de illo exierit sermo inter domesticos, & latè percrebuerit, ac faciliè fidem inuenerit; in ore illius nunquam fuisse inuentum mendacium; id est, ne ante initam quidem Societatem eum vnquam fuisse mentitum. Quapropter securus erat, can-

didè secum agi cuiumque seu promittebat aliquid, seu negabat.

Factis ostendebat, magni se facere studia literarum, & eos quos videbat non ingenio tantum, sed & doctrinâ in aliqua disciplina excellere, & tamen non esse refractarios in accuratione domesticæ disciplinæ. *Splendor charitatis*, quem S. P. Ignatius in successoribus suis requirit, elucebat in Gosvino etiam in tuenda perseueranter innocentia eorum quos aliquando traduci videbat. Eos ille defendit, etiam contra iras potentium, quantâ potuit modestiâ & efficacitate, licet non sine suo incommodo, feliciore tamen successu quàm timidus quispiam expectasset. Aiebat verò, se paterna charitatis lege teneri ad suorum existimationem cordi habendam, quantò magis eam ipsi negligerent. Externorum quoque dignitati fauebat: neque parum ad id conferebat. Memini me non semel audisse; illum apud summa quædam nomina aded fuisse amabilem, vt ipsum etiam *Nickel* nomen absque vlla sanguinis necessitudine, cuiuspiam profuerit; dicente Principe: à se, in illo viro, aliàs quoque idoneo, P. Gosvini *Nickel* cognomen honorari.

Cum Domus Professa gerneret sub tanto onere xris alieni, vt quicquid ab eleemosynis quotannis corrobatur subsidij, par non esset vel censibus annuis exoluendis; misertus mendicissimæ paupertatis, iussit Patribus necessaria non deesse: vtque id fieri posset, domum omni censuum pendendorum onere liberavit, curâ illâ in se translata; magno & eorum qui Præpositi vices gerebant solatio, & Procuratorum leuamento. Et verò id per insigni demûs commodo præstitis; debitis quoque ita scitè accommodatis, vt diceretur, Domum Professam Romanam, post S. Ignarium,

Y Y y 3.

primum.

primum eius Præpositum, nulli Præpositorum Generalium plus debere quam P. Gofuino, circa paternam æconomiam curam ac nomina.

Paupertas. Societatem, ac eius pro auctorem Ignatium amabat, æstimabat, colebatque summopere. Et quia paupertatem Matrem Societatis, ac murum firmum vocat Ignatius; de huius perfectione accuratam epistolam dedit ad Societatem vniuersam, strinxitque calamum in sententias quæ in paupertate laxamentum quærunt, & faciunt. Omnia è Christi & Ignatii Magistris, ac spiritu, actuosâ institutione ostendit. Eiusdem veluti reuerentiâ ductus, ne in Breuiario quidem quicquam auri ferre volebat, iubebatque colore obduci.

Alteram, ac eam etiam apprimè luculentam epistolam scripsit de Nationali, Prouinciali quæ, pernicioso spiritu in Societate vitando. In vtraque disertè demonstrauit quantum dilexerit decorem Domus Dei, seu Societatis: precaturque ibi Deum, vt excitet in Societate sua spiritum cui B. Ignatius Loyola seruiuit: singulos vtrò de Societate obsecrat, vt succurrant periclitanti Societati à Nationalibus affectibus, & contendant *reacendere charitatem*. Noua in Societate induci onera, vel disciplinæ laxamenta non patiebatur. Volebat i.e. quemlibet more maiorum per vestigia impressa in legibus, exemplisque domesticis. Aiebat enim, satis superque prouisum esse Societati à legibus profectis à magna mente Ignatii. Qui eas constanter & exquisitè obseruet; nihil in eo desiderari posse ad veram Satisfactionis laudem, atque splendorem. Non contemnendam auri vim aliquando oblatam, non accepit; quòd conditionem quampiam appositam Instituti nostri amissis haud satis probaret; licèt id videretur posse be-

nignâ interpretatione leniri.

Leges quanti faceres, ostendebat auctoritate constantis exempli. Cum non nemo in morbo nescio quid illi obsequij blandius exhiberet, non admisit, aiebat enim id regulæ cuidam satis consentaneum haud videri. Amabat, & obseruabar in se ac aliis id quod recti exempli erat. Magnificiebat disciplinæ domesticæ sanctam seriem; velut catenam auream, quæ nos tenet cum Deo inuicemque coniunctos. Vnde, quamdiu per valetudinem (quæ illi ante omnia omnem pedum vsum admittit) prodire de conclau potuit, ad commune cœnaculum itabat; gaudebatque ijs vesci quibus vescuntur omnes. Vidimus illum ibidem, pro more in Societate recepto, exercitationes virtutis varias obeuntem. Imminentibus celebrioribus quibusdam festis, ad humiliâ culinæ officia (iuxta vsum ab alijs Præpositis Generalibus usurpatum) descendebat, & alios trahebat exemplo. In publica verò, vt moris est, verberatione, primus nos in triclinio anteibat iam Præpositus Generalis. Licèt in mensa cibi ac potus esset adedò modicus; vt moneri debuerit consilio medicorum, vt plus cibi, & potus potissimum caperet, ac necessitati indulgeret; tamen extra prandij ac cœnæ tempora, nunquam vinum, aquam, edulia, vllò obtentu admittere visus est illi qui ei ministrabat. Volebat, etiam ager, ea sibi præberi quibus alij vescerentur: & siquid pretij maioris videretur; ad egros mittebat. Cum verò in siti, linguâ, faucibusque aridis, iubere medico, niuaturn potum aliquando admisisset, postea reiecit. Dicebat; nolle se ijs resciri quæ alij non haberent: neque in refrigeratione illa specie necessitatis delicias admitturum. Placebat illi mirum in modum cum nostris in corona ijs exercitationibus adesse quæ palam in omnium

Mortific.

nium cœtu sunt, ubi quædam Societatis imago relucet. Vnde menstruarum Sanctorum fortitioni, exhortationibus domesticis, consueta litaniarum comprecationi aderat diligenter. At illas postea in cubiculo recitabat, cum iam in publicum prodire non posset. Nam & in priuato conabatur se accommodare vitæ communi. Societatis Venetias reducenda spem nunquā deponebat: quæ tunc illi potissimum increuit, quando Fabium Chisium Cardinalem, Sedis Apostolicæ olim Coloniarum Nuncium, at Societatis vnicæ amantem, ad Sedis Apostolicæ fastigium euectum, non sine insigni lætitiæ significatione aspexit. Et verò multis apud Deum precibus fuis id cum illo tractauit, ac rem ab eo ex animi sententia confectam vidit, & gaudius est.

Exercitia.

Ab eodem, anno 1657. 12. Octobris indulgentiam plenariam impetrauit pro iis qui per octo dies obeunt exercitia S. P. Ignatii in aliquo domicilio Societatis. Aliam item pro cubiculo in quo habitauit, & diem extremum clausit S. P. Ignatius, cuius etiam sepulchrum augustius reddere desiderabat magnopere; neque labori pepercit ac operæ: sed rem omnem reliquit in spe. Optabat nempe, ut sicut Bononia Dominicum, Assisium Franciscum, aliæ Vrbes alios colunt Religiosorum Ordinum Fundatores, quorum habent corpora, & sepulchra: ita Roma videret sepulchrum sui Ignatii gloriosum; quippe quem Deus vnicum huic Vrbi dedit, aliis Religiosarum familiarum Fundatoribus per Italiam ac Orbem reliquum dispersit.

Eiusdem S. Fundatoris honori propagando eius imaginem æri Romæ incidi curauit cum hac epigraphe: *Vera effigies S. Ignatii Fundatoris, & primi Generalis Societatis I E S V, expressa à*

Iacobo del Conte, pictore sui æui valde excellentie, ipso die quo Beatus sanctam suam animam Deo reddidit. 31. Iulij 1556. æt. 65.

Eiusdem Sancti sui Patris examinis particularis vsum ad mortem vsque retinentis exemplo, in eodem fuit ad extremum vsque assiduus: cumque hospes Nouitius illum aliquando quidpiam notantem videret, ac diceret videri sibi eum in adnotando particulari examine esse occupatum; non negauit Golsvinius! & adiecit; se toto sexaginta & amplius annorum spatio quo in Societate vixisset, examen particulare quod in tyrocinio didicerat, nunquam omisisse, quod quidem quanti momenti sit, æstimabunt ij qui sciunt in pondere Sanctuarij artes ascepticæ suis momentis expendere.

Do ad extremum id quod in Successoribus suis primum esse vult S. P. Ignatius, & est, amor Dei, oratio, seu familiaris cum illo vsum. Inter dotes, inquit Ignatius, quibus ornari Prepositum Generalem optandum est, prima hæc erit, ut cum Deo, ac Domino nostro quàm maximè coniunctus, & familiaris, tam in oratione quàm in omnibus suis actionibus sit. Videbat illam dotem nulli hæcenus nouem Generalium defuisse, ut in loco dixi de S. P. Ignatio, Lainio, B. Borgia, Euerardo, Claudio, Mutio, Carafa, Piccolomineo, Gorisfredo. Ante alios surgebat iam inde à primis annis, tum quoque quando in itineribus fessus ad Collegium quodpiam appellebat: quam consuetudinem tenuit etiam dum Societatem gubernaret; ut nec officio deesset, & tamen orationi & Sacrificio Missæ tempus præstitutum daret, nullâ eius decerpit particulâ. Atque ut fidelitatis suæ sibi esset magis conscius, elephidram adhibebat; quam inclinabat ut sisteret, si fortè inexpectatum aliquid orandi tempus abruptisset. Tum redibat;

Io. Mari. mil. ab Althau.

Examen particulare.

Oratio.

Mortific.

bat; ac ad clepsydre mensuram, orandi spatium omne explebat. Cum Rhēni inferioris Prouinciā inuiseret, illi per duodecim annos Præpositus; vel aliās iter susceperet; celebre fuit P. Gossuini itinerarium; in quo præscriptis consuetis clericorum iter agentium precibus addebat Lauretanas B. Virginis & Sanctorum omnium litanias, cum antiphona: *Sub tuum præsidium confugimus*; Oratione, *Defende quasumus, Domine &c.* ac altera de SS. Ignatio atque Xaverio: *Deus, qui glorificantem te glorificas.* In quo cum nonnulli sunt feliciter imitari contra pericula, hostesque infestos.

Patientia.

Cum per plures annos sed affixus hæreret, aliis quoque ingrauescentis ætatis, & morbi non vnius molestiis valde obnoxius, si difficiles Ministri cuiuspiam (nec defuit occasio) mores ac ingenium experiretur; amor Dei, ac oratio ei fuit serenæ ac longæ patientiæ condimentum: id quod verbis quoque apud conscios testabatur. Ad mentem sibi prælegi iussit libellum *de pretiosis occupationibus morientium in Societate*: tum alios; & semper eos qui ad pietatem incitandam essent idonei. Vnde & in morbo extremo, quæ pretiosas illas occupationes, quæ S. Augustini meditationes aut soliloquia audiebat, sibi præsens, nunquam querulus, & pudicissimæ verecundiæ semper memor. Id quod valetudinarij præfectus in eo non sine admiratione suspexit, atque laudauit; qui etiam longum eius virtutum catalogum conscripsit. Legebat perlibenter

in suo illo orio libros, & vitam P. Ludouici de Ponte latinè ab Henrico Lamparter editam, & sibi dedicatam. Excitabat se identidem ad ea ætatis, & morborum incommoda cum lucro ferenda, illis P. Ludouici de Ponte verbis, quæ suâ manu descripta habebat præ oculis: *Fiat, Domine, in me, de me, per me, circa me, & circa mea omnia, sanctissima voluntas tua, in omnibus, & per omnia, nunc & in æternum, Amen.* De Deo, & Deiparæ, de vocationis religiøsæ pretio, ac centuplo, ita scire, & cum sapore quodam loquebatur, ut à nonnullis ea in re *infa-* *Eucharist.*
tabilibus diceretur. Illo in orio SS. Eucharistiam, in sella eò prouectus, vivebat identidem; & diuino illo epulo, in sacello Deiparæ quotidie reficiebatur: voluendæ postea Dei Matris corollæ, ac aliis precibus, iaculatoris potissimum, impensè addictus.

Addo pro coronamento ea quæ Sfortia Pallauicinus (postea S. R. Ecclesiæ Cardinalis) vir ab ingenio, ac Theologico, & Historico calamo eminentissimus, de illo inter alia laudis plena impressit in octauo Theologicarum suarum assertionum libro, quem ei dedicauit: ubi ait; *eum præclarissimum de se iudicium à Societate vniuersa, ab externis Magnatibus, & à Magnatum maximo reportasse.* In Societate omnem ei præfecturam: cum plausu creditam, cum plausus incremento peractam esse: utpote qui semper eas administrârit *Subditis charis, imperantibus probatus, successibus felix.*

INDEX